

PHILIPPI MASSINII

Ab Innocentijs I. C. Et Equitis Perusini

CIVIS TICINENSIS

IN PISANO GYMNASIO INTERPRETIS PRIMARII.

In Primam Digesti Veteris Partem.

COMMENTARII

Opus, in quo eleganti methodo, & summa perspicuitate, difficillimum Iuris argumentum explicatur, tam in foro, quàm in scholis versantium vsui, mirificè accommodatum.

Accesserunt rerum, & verborum summæ, & index locupletissimus.

AD SERENISSIMAM

MARIAM MAGDALENAM

ARCHIDVCEM AVSTRIAE

MAGNAM ETRVRIÆ DVCEM.






PERVSIAE

Ex Typographia Augusta. CIↃ. IↃ CXV.

SVPERIORVM PERMISSV.



MARIAE · MAGDALENAE.
AVSTRIAE · ARCHIDVCI ·
SERENISSIMAE.
SVMMIS.REGIBVS.ET.CÆSARIBVS.AVGVSTIS.
SANGVINE · ET · AFFINITATE ·
CONIVNCTISSIMÆ.
COSMI·II MAGNI·HETRVRIAE DVCIS·
IIII·
VXORI . FOECONDISSIMÆ .
PVDICITIA·PIETATE·MVNIFICENTIA·PRVDENTIA.
CÆTERISQVE . HEROICIS . VIRTVTIBVS.
INSIGNITER.ORNATAE.
PHILIPPVS. MASSINIVS. AB. INNOCENTIIS.
I·C· PERVSINVS·
IN · PISANO · GYMNASIO· INTERPRES·
PRIMARIVS.
SVOS.
IN . PRIMAM . DIGESTI · VETERIS .PARTEM .
COMMENTARIOS.
DAT · DEDICAT · CONSECRATQVE.



ANTONIVS MARIA NARDVCIVS
In Perusino Gymnasio iuris ciuilis interpres ordinarius.

LECTORI BENEVOLO S.



IN tibi, Lector humanissimè, præceptoris mei Philippi Massinij ab Innocentijs noua commentaria, noua inquam; quòd, & post alia eius opera in lucem prodeant, & ante alia, pleraque noua contineant, nonnulla etiam singularia, omnia tamen ordine quodam, huiusmodi auctori, non nouo, & propria quadam, ac solemni dicendi, perspicuitate digeruntur: vt difficillimum iuris ciuilis caput, facile possit vnusquisque, vel primis imbutus iurisprudentiæ elementis, percipere. Scio quidem (vt est promptum ad calumniandum hominum ingenium) in Massinio nostro, a quibusdam vtcumque damnatum, methodum scilicet; quod semper, in rebus quoque diuersis, eadem sit; & dicendi genus; quòd nimis planum, ac vulgare propemodum videatur. sed illa plures iam habet imitatores, quàm olim obtrectatores: hoc autem (vtrumque in alijs sese res habeat) certè in huiuscemodi, quales nunc eduntur, lucubrationibus, planissimum esse oportet. ridiculum enim est interpretem ipsum, interpretatione indigere, & Massinio id fuit propositum, non tantum scribere doctis, & iuris interpretibus; sed etiam indoctis, & iuris candidatis; vtque, si, quispiam viua præceptoris voce destitueretur, posset tamen, eius addiuuantibus commentarijs, omnia, legitimi huius nostri stadij, curricula peragere, & denique doctoratus lauream adipisci. interpretatus est enim Massinius noster omnes, tum Digestorum, tum Codicis partes, quę quotannis in Italiæ gymnasijs ab interpretibus, tam matutinis, quàm vespertinis, vt appellant, explicari consueuerunt. quorum operum alia iam edidit, alia propediem editurus est; vltra quæ habet Massinius in manibus, & alia multa; nempe tractatum de communi vsu loquendi, distinctionum, prçter iam editam centurias aliquot, selectarum differentiarum,

rum, diffinitionum, & diuisionum libros, & miscellanea quam plurima, quæ omnia quidem absoluit, quædam tamen supremam adhuc manum desiderant, plura, ad ymbilicum vsque perducta, iam parturit. prætereo responsorum myriadas: missa facio opuscula varia, varia: ac multiplici referta eruditione, carmina etiam permulta lepidissima, suauissima; quę duo materna lingua conscripta olim euulgauit: vt mirum planè sit hominem vnum, innumeris implicatum fori negocijs, perpetuis pressum interpretandi laboribus, insignibus ferè obrutum domesticis calamitatibus, tam multa, tam varia, tam grauia, & mente agitasse, & aggredi ausum, & exequi potuisse. Habuit etiam in animo aliquando Massinius noster Authenticorum librum perpetuis illustrare commentarijs: ad quod, cum res ipsa eum hortabatur; quod opus sit vtilissimũ, & alijs fere intactum: tum frequentes olim, & amoris, atque honoris plenæ admonitiones Iurisconsulti longe clarissimi Ioannis Pauli Lancellotti. Eius de hac re ad Massinium scriptam epistolam; ideo huic operi præfigere libuit, non solum quod senis sapientissimi de iuuene tunc temporis optimæ indolis, quem, & auditorem habuerat, iudicium contineat non vulgare; verum etiam quod alijs quoque iura profitentibus scripta sit, si Massinius, id præstare nequisset, quod suadetur. igitur ingrauescente iam ætate, & solemnibus occupationibus Massinio impedito, iam ęquitatis ratio postulare videbatur, vt sibi delatam a viro gloriosissimo glorię, vt ita dicam, successionem, conditione defecta, litteratorum Reip. denunciaret vice pręmij legitimi, bonam ab ijs gratiam initurus. Suscipe igitur, lector, facili, atque hilari fronte scriptoris pręclarissimi vere aurea commentaria. ea continent difficillimum quidem, vt dixi, argumentum, &, a nostris interpretibus, ob antiquitatis ignorationem, male acceptum; pulcherrimum tamen, vtilissimum, necessarium. agunt enim de iurisdictione, & pręsertim, vt appellant, delegata, deque assessorum, interpretum, & viliorum operarum honorarijs, atque mercede. perlege, vtere, fruere, & fructus in dies vberiores ex vberrimo hoc fundo expectato. Vale.

IOANNES

IOANNES PAVLVS LANCELLOTTVS I. C.
PHILIPPO MASSINIO AB INNOCENTIIS I. C.
S. P. D.



CCIDIT mihi nunc (Masſini mi doctisſime) dum ad te dò has litteras, non aliter, quam contingit impudicis mulieribus, & quæ Corpore ſuo aliquando quæſtum fecerunt. Hæ enim ætate ingraueſcente, & effœto iam, anniſque confecto Corpore, cum amatores non inueniant, niſi precio redimant, & conducant, & ad priſtinas perditæ Iuuentutis libidines redire non valeant, turpisſimo denique lucro ceſſant, & re familiari, eiſdem artibus: quibus parata fuerat, pœnitus abſumpta, ad præſtandum Iuuenculis lenocinium ſe conuertunt, vt eam voluptatem, quam ob Senectutem proprio Corpore capere non poſſunt, ex aliena impuritate, recordatione, ac quaſi obtutu conſequantur. Non aliter quàm helluones, cum epulis arcentur, nidore ipſo Culinæ capi ſolent. Sic ego (ſi, in re præclara, tàm ſordidis comparationibus vti licet) qui Iuuenis pruritu quodam, ac deſiderio ſcribendi ſemper laboraui, & nõnulla etiam (quantũ vires, & Iudicij tenuitas paſſæ ſunt) litteris mandaui, nunc cũ ab ætate decrepita non multũ remotus, ſtudijs, & libris ſcribendis vacare non posſim, & tamen adhuc ſcribendi quadam libidine, ac quaſi titillatione asſiduè vexer, nec explere valeam, quodam ſcribendi lenocinio in alios vtor. atque vt lenæ ipſæ, quæ aliquando meretricium exercuerunt, nobiles, ac pulchritudine præſtantes puellas aggrediuntur, & ad mores ſuos, impudicitiamquè, arte quadam, & aſtu, & magnis propoſitis præmijs, transferre, ac inducere conantur. Sic ego, ſi quando in eos Iuuenes incidi, qui præſtantia ingenij, & mentis viribus præcellere mihi videantur, & ad ſcribendum proniores, ſoleo non ſolum illos ad eam rem adhortari, ſed etiam ſponte currentibus calcaria ſubdere, & argumenta, materiamque ſcribendi ſufficere, & expiſcari; quæque ego, vel imbecillitate Corporis, vel Ingenij excluſus, vel alio negocio impeditus aggredi non ſum auſus, vel inchoata abſoluere non valui, vt ipſi aggrediantur, vel abſoluant, vehementer adhortari. Inter alios autem, tù mihi aliquando (mi Masſini eruditisſime) viſus es, eodem quo ego pruritu ſcribendi laborare; quod illæ tuæ in diſertisſima, nobilisſimaque INSENSATORVM Academia habitæ orationes, atque in lucem editæ, non ſine quidem tua laude, teſtificantur. Inde factum eſt, vt quemadmodum in alios quoſdam, ita, & in te ſumpſerim hoc mihi licere, vt eodem lenocinio vterer. Vt enim Plato in ſuo ſymposio aſſerit ſolere his accidere, qui morſi ſunt à Vipera, qui nolunt vllis alijs aperire quanto cruciatu ex viperino morſu torqueantur, niſi his, qui eodem morſu, & cruciatu laborant; quaſi hi ſoli, eiuſdem mali non ignari, facile posſint ignoſcere, ſi ex cruciatu compulſi, & loqui, & agere aliquando imprudentius compellantur. Ego igitur morſus, ac ſaucius cupiditate hac ſcribendi, tibi, & ſponte tua prudenti, bonarumque Artium, præcipuè Iuris ſcientiæ, conſulto de ſcribẽdo conſilium, & quaſi noctuas

Athenas

nunc affero; sed sis planè, vt es, satis tua sponte, & prudens, & in vtroque iure versatus, & per plures annos, cum clarissimis Collegis interpretando exercitatus. Quid tamen impedit Iurisconsultum senem; & in eodem munere diutissimè non omnino imperitè versatum, quædam perspexisse, & perspicere, quę tu, & iuniores, nec viderint, nec animum appulerint? sanè D. Augustinus, at quantus vir! scriptum reliquit, paratum se doceri, non solum ab antiquioribus, vel æqualis, & sui similibus, verum etiàm ab anniculo. Agam igitur ego tecum, qui adhuc iuuenilem ætatem non excessisti. Agam inquam ego, ætate iam exacta, vt qui iam in portum ex alto inuecti sunt, agunt cum ijs, qui portu soluunt; hi enim summo studio percipere solent, tempestatis, prædonumque vitandorum rationem, & quæ loca inhospita sint, & sterilia, & quæ culta, & feracia. Natura enim ita comparatum est, vt ijs faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti fuimus, ingrediuntur, & si siluarum, locorumque periti, venatoribus solent, & vestigatoribus lustra ferarum indicare, cur non ego, qui cursum confeci, non modo studiorum, verum, & vitæ, tibi, hoc est homini amicissimo, tuique similibus, vrgentibus eadem studia, in quibus ipse ætatem consumpsi, & ad summam laudem, ac gloriam his itineribus aspirantibus, quæ quoquo loco lateant, pro meo captu, non ostendam, tuque, quanquam tua sponte sapis, consilium si non prudentissimi, at certè tui amantissimi hominis, non accipias? qui tibi rationem, qua labores, & vigilias tuas optimè collocare possis, conatur ostendere. Itaque si quando, vt aliquid scribas in hac nostra iuris scientia animum adieceris, quod ego te facturum, si te bene noui, non dubito, consulo tibi, vt id argumenti genus deligas, vel in eam partem Iuris tuum deludet ingenium, & industria primùm, in qua non multorum commentaria extent. deinde in qua apparere possit rerum, ac materiarum multarum varietas. his enim duabus rationibus, vt fermè quotquot iuri operam sunt daturi, sis habiturus lectores facile consequere, nam si deligas, vt in eam partem iuris scribas, in qua scribentium sint Phalanges, vt fermè necesse est euenire hisce nostris temporibus, quibus vix reperias locum inter sacras constitutiones, vel in libris Digestorum, in quo non multi prolixa commentaria coaceruauerint, vtrum lectores sis habiturus, tibi repromittere non potes, tum quia multitudo hæc, nauseam, ac laborem nimium parit, tùm quia, & si luculenter scripseris, & eleganter, difficilius est inter multos, plerunque doctissimos viros, quorum maior emicet virtus, & doctrina, internoscere, quòd vbi nullos, aut paucos habeas ęmulos, proculdubio non ita euenire consueuit. Adiuuabit, si prouincia, quam tuis scriptis illustrandam assumpseris, uaria sit, & argumentorum sedibus abundet, ac quasi scateat; nam, & hæc varietas homines ad legendum facilè allicere solet, non aliter quàm varietas merciũ, ad institorũ tabernas, emptorum multitudinem adducit, atq; attrahit, & magnum inde lucrum institores consequuntur. quippequod, qui accedunt, nõ omnes ijsdẽ rebus indigent, sed varij varijs, quòd si contingat tabernam abundare, mercibus, non solum varijs, & vulgaribus, verũ etiàm reconditioribus, & ex longinquo adductis, & quas apud alios vix reperias, tum nescio quid prope diuinum accidit, nempe vt ad huiusmodi scriptorem, quasi ad Phenicem, necesse sit recur-

rere,

rere, quam rem, meo iudicio, testatissimam inter alios facit Andreas Tiraquellus, non solum rerum omnium notitia, verum etiam materiarum, quas tractauit, delectu, præstantissimus; Id, & tu facile consequeris, si accuratè in eam partem librorum Iuris scribere in animum induxeris, in quam ego aliquando scribere statueram, perfecissemque, nisi magna moles occupationum, & molestiarum, tibi non incognitarum, oppressisset. Ea autem est volumen, quod appellamus Authenticorum, distinctum in nouem (quas appellant) collationes, in quo nemo alius commentaria edidit. Nam Bartolum, & Angelum inter commentatores huius voluminis vix reponendos censeo, quippe qui tam breuiter, vt ne summis quidem labris, quæ in prolixo illo contextu continentur, attigisse videantur, cuius rei illa forte est causa, quòd magna pars eius libri, per Irnerium veterem Iurisconsultum, ante Accursianas glosas, fuerit in Codicem Iustiniani translata, atque locis opportunis, constitutionibus Imperatorum, tanquàm appendix, affixa, vnde existimandum est, tam veteres, quàm Modernos, quæ in volumine eiusque Interpretatione tractanda erant, secutos Irnerium, & eius ordinem, ad dictas appendices, & quas Authenticas appellamus, transtulisse. sed (inquis) si nostrates copiosè, ad dictas appendices, & translatas ab Irnerio Authenticas, congessetunt, quæ tandem vtilitas, & laus istius meæ scriptionis, si antiquiores easdem res tractasse comperiantur? Magna quidem vtraque inquam, nam in repetendis ijs, quæ iam alias tractata fuerunt, extare poterit, in repetitione ordo, & copia circa ea, quæ tractata fuerint, Item additio modernorum scriptorum, in quibus scriptoris eruditio, & Iudicium facile apparere poterit, adde quod magni faciendum est ea, quæ late dispersa sunt, e loco suo motas, in varias partes disiecta, in vnum, ac propium locum cogere, in quem, si quis incidat, non cogatur lector quid de eo, vel dictorum ibi per Accursium, alij senserint, miserè, ex varijs partibus per frustra mendicare, sed posse statim apertione vnius libri eodem tempore quærere, inuenire, perlegere, & addiscere, illud quidem, mea sententia, magni est faciendum; sed illud longe pluris, quòd in ipso Authenticorum volumine plura continenrur, quorum in alijs libris iuris ciuilis, non solum, non sunt plenè tractata, verum etiam ne minima quidem de eis habetur suspicio, siue odor, quæ, si quis aggrediatur, siue pleno stylo, & interpretatione, siue strictiore, & conciso, id erit, non tam interpretari, quàm delitescentes leges, quasi de profundo quodam elicere; credibile est autem veteres ab hac prouincia abstinuisse, & in illo libro excolendo nullam propè operam dedisse, siue exosos prolixam, & inconditam texturam eius libri, siue ob confragosam translationem, & versionem, & styli duritiem, & vertentis ignorationem, non solum iuris, verum etiam grecæ, & latinæ linguæ. creditur enim (immo clarè apparet, vt vtriusque linguæ periti testantur) eum, qui opus illud de greco in latinum vertit, nec grecam calluisse linguam, nec latinam; quo factum est, vt Aloander, succurrere nostris volens, illud de nouo verterit, in quo vertendo, si quando, & ipse lapsus fuerit, poterit is, qui in ipsum librum scripturus fuerit iuuari opera, & industria, non solum ipsius Aloandri, verum etiam cuius vis alterius, qui grecam, & latinam linguam teneat. quin extat hodie translatio Iuliani Patritij ex consulis, quæ circumfertur, stylo non ineleganti; sed compendioso, quem librum, licet doctores

nostri,vt spurium reiecerint,est tamen (si Alciato credimus) ipsius Iustiniani partus legitimus, & melior quàm ea, qua nunc vtimur,facta scilicet tempore Bulgari, hoc est in ipsa temporum fece, si bonas artes, vel vtriusque linguæ peritiam spectes, demum quid impedit posse hunc, qui prouinciam scribendi in hoc opus aggrederetur, vtramque linguam cum Iuris scientia, vel tenere, vel si non teneat, motus exemplo M.Catonis,qui in senectute græcas litteras didicisse traditur. adhibito ad hoc studio, & magistro,addiscere?in quo non dubito quisquis is fuerit,futurum non solum,vt nitorem libro afferat, verum etiam, vt multa eliciat scitu dignissima, & ad iuuandam hanc Iuris scientiam,& christianam Remp.valde opportuna. Nam veluti Tellus,quę nunquam Aratrum passa fuit, vel non nisi longo iniecto interuallo proscinditur, & seminatur,copiosiores parit fructus,quàm si singulis annis aratro subijciatur, ita,cum quis eam partem Iuris,vel materiam explanare aggreditur,in qua Interpretanda, vel tractanda,nemo antea,vel omnino pauci,laborauerunt,plura sibi occurrunt, quæ nouiter, & proprio marte possit, vel inuenire,vel inuenta ab alijs illustrare,& ampliora reddere, quàm si multi in eodem agone,& palestra decertauerint, qui tanquam primi Messores vix colligendarum spicarum, quæ ipsis exciderunt facultatem reliquerunt Posterioribus, & nisi dicta ab alijs,& quasi detrita repetas,& eodem in loco Inculces, scribentis opera extare non potest, hæc autem repetitio necessario nauseam facit, & quasi crarabe repetita stomachum mouet, vnde valde apposite Ingeniosus Poeta inquit.

Non minimum refert intacta rosaria Primus,
An carpas sera pene relicta manu.

Possem ego ad hoc cogitatum meum tibi probandum,præter hæc, nonnulla alia afferre,sed apud te,qui mihi tantum tribuis,quantum nec ego agnosco,nec verè à quoquam est tribuendum,minime nunc est hoc necessarium; Illud ego, vel sacramento contenderem,in hac tanta librorum copia nostrorum temporum, & magno tam veterum,quàm recentiorum numero nullam in partem librũ iuris,tam certa spe gloriç, vel tanta legentium vtilitate posse quemquam laborare, & vigilias suas conuertere,quàm in hunc librum,quodque ego aliquando facere cogitaui,vt tu conficias,& præclaram æternæ memoriæ consequẽdæ occasionem amplectaris,vehementer, pro paterna mea in te beneuolentia,adhortor. Quod si, vt hanc prouinciam sumas tibi persuaderi non poterit,autę aliquo tuo negocio, vel incommodo (quod abominor) vt scribas non vacabit,hanc meam epistolam, non tibi soli, sed omnibus Iuris studiosis, scriptam volo, ad hoc, vt te, vel recusante, vel impedito, tentemus, an alius quispiam inueniri possit, cui nec voluntas, nec facultas huius conficiendæ rei desit. Vale Perusiæ Pridie Kal. Iulias CIↃ IↃ XC.

ELENCHVS

Rubricarum, & legum Interpræetarum, quæ hoc volumine continetur.

PHILIPPI




PHILIPPI MASSINII AB INNOCENTIIS I. C. ET EQVITIS PERVSINI,

Ciuis Ticinensis, &c, in Pisano Gymnasio, Interpretis Primarij, in primam digesti veteris partem.

COMMENTARII.

Ad Rubricam ff. de offitio eius.



SVMMAE RERVM, ET VERBORVM.

1 *INterpretes, maioris etiam nominis, in hac materia, ob antiquitatis ignorationem, grauiter peccasse.*
2 *Methodus obseruanda proponitur.*
3 *IVRISDICTIO quibus modis vsurpetur.*
4 *Iurisdictio refertur, aut ad factum, aut ad Ius.*
5 *Iurisdictio, ad factum relata, exercitium iurisdictionis significat, aut Pratoris edictum.*
6 *Iurisdictio, ad ius relata, facultatem ius dicendi, quam habet Magistratus significat.*
7 *IVRISDICTIO, an, secundum latini sermonis proprietatem, ad merum Imperium possit referri, vel ad eam duntaxat potestatem, quam habet Magistratus statuendi de ciuilibus negotijs.*
8 *Imperium, aut refertur ad personas, quae sunt supra leges, aut ad personas, quae sunt infra leges.*
9 *Personae, quae sunt infra leges, aut priuatae sunt, aut publicae.*
10 *Personae priuatae quaenam dicantur.*
11 *Imperium, relatum ad priuatas personas, significat, aut dominium, aut patriam, vel dominicam potestatem.*
12 *Persona publica quaenam dicantur.*
13 *Magistratus subesse non autem praeesse legib. ex M. Tul. lib. 3. & Platone lib. 4. de legib. declaratur.*
14 *Princeps solus, qui solutus est legib. legibus praeest, leges Magistratibus, & Magistratus populo.*
15 *Imperium, relatum ad personas publicas. I. Magistratus, potestatem gladij, ad animaduertendum in facinorosos homines, quod merum Imperium specialiter dicitur significat.*
16 *Prator vrbanus, & si plenissimam Iurisdictionem haberet, de nullo tamen crimine cognoscebat.*
17 *Iurisdictio vniuersa mandari potest.*
18 *Cognitio de criminibus mandari non potest.*

19 *Iuriſdictio ineſt mixto, non autem mero Imperio.*
20 *Genus ineſt omnibus ſuis ſpeciebus, & de illis vniuocè prædicatur.*
21 *Iuriſdictio mero Imperio non ineſt, de eoque ſecundum definitionem non prædicatur.*
22 *Imperium eſt ſupra Iuriſdictionem.*
23 *Vniuerſalius non poteſt eſſe ſpecies minus vniuerſalis.*
24 *Merum Imperium eſt ſpecies Iuriſdictionis.*
25 *Exercitatio publici Iudicij, meri eſt Imperij, & cur.*
26 *Muretus reprahenditur.*
27 *Lex non eſt impoſita verbis.*
28 *Argumentum à proportione validum eſt.*
29 *Ius dicere, ita ſe habet, ad exercitium meri Imperij, vt Iuriſdictio ad Imperium.*
30 *Ius dicere dicitur, qui Imperium exercet.*
31 *Tractatum generalem, in dubio, credendum eſſe habere generalem Rubricam.*
32 *Proconſules, & Præſides, in Prouincijs, habent pleniſſimam iuriſdictionem.*
33 *Proconſules, & Præſides merum Imperium habent.*
34 *Prætores vrbani pleniſſimam, in vrbe, habebant iuriſdictionem, quoad cognitionem cauſarum ciuilium, non autem criminalium.*
35 *Prætor non habet niſi ſpecialem iuriſdictionem.*
36 *Prætor, an habuerit merum Imperium, non ſatis conſtat inter Interpretes.*
37 *Iuriſdictio in ſpecie diſtinguitur à mero Imperio, generalis autem includit etiam merum Imperium.*
38 *Imperium merum, non eſt ſuperius, prædicatione, Iuriſdictione, ſed virtute, & auctoritate.*
39 *Iuriſdictio generaliter accepta eſt Superior Imperio mero.*
40 *Bolognettus reprehenditur.*
41 *Gloſſæ auctoritas probabilis eſt, non neceſſaria.*
42 *IVRISDICTIO vnde dicta ſit.*
43 *Ditio, vox, quæ poteſtatem ſignificat, magis, quam dictio, iuriſdictionis ſubſtantia accommodatur.*
44 *Iuriſdictio nil aliud eſt, quàm iuris poteſtas de iure publico introducta.*
45 *Iuriſdictio nullibi reperitur ſcripta, niſi cum C. & T.*
46 *Etymologia nil aliud eſt, quàm quædam vocis interpretatio, & eiuſdem vocis in proprium effectum rei, quæ demonſtratur, reſolutio.*
47 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
48 *Coniugatorum ſit eadem iuris diſpoſitio.*
49 *Ius dicens dicitur à iure dicundo, & eſt coniugatum cum Iuriſdictione.*
50 *Iuriſdictionis magis proprium eſt, dictio iuris, quam poteſtas, quæ eſt vox generaliſſima.*
51 *IVRISDICTIO, quo iure fuerit introducta.*
52 *Ius Romanorum, aliud publicum, aliud priuatum.*
53 *Ius Publicum quid.*
54 *Ius Priuatum quid.*
55 *Iuriſdictio, non niſi circa negocia Ciuilia, aut criminalia verſatur.*
56 *Genus ineſt totaliter ſuis ſpeciebus, de quibus dicitur, aut prædicatur.*
57 *Quod prædicatur de Genere, idem etiam prædicatur de qualibet eius ſpecie.*
58 *Iuriſdictionis ſpecies, vel aliqua, vel omnes ſunt de iure priuato.*
59 *Priuatam vtilitatem reſpicientia, ſunt de iure priuato.*
60 *Mixtum Imperium, & Iuriſdictio ſimplex reſpiciunt priuatam vtilitatem.*
61 *Mixtum Imperium eſt Iuriſdictio, qua officio Iudicis expeditur, priuatam vtilitatem reſpiciens.*
62 *Publicum, vel priuatum dicitur ab obiecto, circa quod verſatur.*
63 *Iudicia, quæ verſantur circa delicta publica, dicuntur publica, quæ circa delicta priuata dicuntur priuata.*
64 *Iuriſdictio ſimplex, & Mixtum Imperium verſantur circa obiectum priuatum.*
65 *Merum Imperium priuatam vtilitatem reſpicit.*
66 *Merum Imperium conſiſtit in abſolutione, & condemnatione reorum.*
67 *Argumentum à combinatione duarum legum validiſſimum eſt.*
68 *Reſcriptum indulgens crimen reo, & eum à noxa eximens, valet.*
69 *Reſcriptum, contra publicam vtilitatem impetratum, non valet.*
70 *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*
71 *Magiſtratus ſunt propter Iuriſdictionem.*
72 *Magiſtratus ſunt de iure publico.*
73 *Publici iuris eſſe dicuntur, quæ publicam vtilitatem reſpiciunt, & ad ſtatum rei Romanæ ſpectant.*
74 *Iuriſdictio reſpicit publicam vtilitatem.*
75 *Actus talis eſt, qualis eſt potentia.*
76 *Cauſa qualis eſt, talis etiam cenſetur effectus.*
77 *Iuriſdictio, licet circa priuatorum negocia plerunque verſetur, non tamen cenſetur reſpicere priuatorum vtilitatem.*
78 *Iuriſdictionis nulla eſt ſpecies, quæ ſit iuris priuati.*
79 *Iuriſdictionis definitio, à Bart. allata, authori minime probatur.*
80 *Eandem tamen quomodo ſit intelligēda, quia ab alijs non reprobatur, declarat Author.*
81 *Iudicia omnia ſunt ſimpliciter publica, reſpectiuè tamen, priuata etiam dici poſſunt.*

82 Iudicia,

82 *Iudicia, quæ fiunt de delictis publicis, magis publica, quàm cætera dicuntur.*
83 *Minus malum, respectu maioris, dicitur bonum.*
84 *Minus publicum, respectu magis publici, potest dici priuatum.*
85 *Iudicium, relatum ad populum, vel ad Magistratus, publicum semper dici debet.*
86 *Iudicium, relatum ad Iudices pedaneos, priuatum dici potest.*
87 *M. Tull. Cic. locus, ab authore declaratur.*
88 *Absolutio innocentis, principaliter respicit publicam vtilitatem, secundario autem, etiam illius, qui absoluitur.*
89 *Publica vtilitas, consistit in eo, vt Rei condemnentur.*
90 *Indulgentia, & absolutionis actus, Iurisdictionis, & Imperij est actus.*
91 *IVRISDICTIO, an, & quando iuris publici; vel priuati sit, distinctione declaratur.*
92 *Iurisdictio per se, & in sua primeua institutione considerata, quatenus pro ea Ius redditur, dicitur iuris publici.*
93 *Iurisdictio respiciens publica delicta, & Iudicia, etiam quoad exercitium, est iuris publici.*
94 *Iurisdictio, quæ refertur ad negocia ciuilia, si non simpliciter, saltem respectiue dicitur esse iuris priuati, & ratione obiecti.*
95 *Vna, & eadem res, diuersis respectibus, diuerso iure censetur.*
96 *IVRISDICTIO qua ratione introducta.*
97 *Iudicia omnia, aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum gratia esse reperta, M. Tull. pro Cecinna authoritate declaratur.*
98 *Iurisdictio, introducta est ob publicum bonum Ciuitatis, vt benè quietèque viuat, secundum Philosophum.*
99 *IVRISDICTIO, quid sit.*
100 *Iurisdictionis definitio, a Corasio allata.*
101 *Iurisdictionis definitio Vacony.*
102 *Iurisdictionis definitio, à Gouеano allata.*
103 *Definitio, debet constare genere, & differentijs.*
104 *Potestas in genere, quid sit.*
105 *Potestas, est nomen genericum, quod prædicatur, & de potestate iuris, & de potestate facti.*
106 *Potestatem facti triplicem esse, ex Arist. declaratur.*
107 *Potentia iuris, triplex est.*
108 *IVRISDICTIO, quotuplex sit.*
109 *Iurisdictio voluntaria, quid sit declaratur.*
110 *Iurisdictio contentiosa, duplex est.*
111 *Iurisdictio Contentiosa, cur sic dicta.*
112 *Iurisdictio Ciuilis, duplex est.*
113 *Iurisdictio simplex, nil aliud est, quàm potestas iudicandi, iudicesque dandi, de ciuilibus controuersijs.*
114 *Mixtum Imperium, quid sit declaratur.*
115 *Merum Imperium, quid sit.*
116 *Iurisdictio, in genere sumpta duplex est.*
117 *Iurisdictio delegata, duplex etiam est.*
118 *IVRISDICTIO, quæ requirat, ac hoc, vt illi sit locus.*
119 *Iurisdictionis circunstantia rei.*
120 *Ius dicere, qui non possunt.*
121 *Iurisdictionis circunstantia personæ.*
122 *Iurisdictionis circunstantia loci.*
123 *Locus, vbi Magistratus, salua maiestate Imperij, saluoque more maiorum, ius dicere constituit, ius rectè appellatur.*
124 *Iurisdictionis circunstantia temporis.*
125 *Iurisdictionis circunstantia modi.*
126 *IVRISDICTIO, quos operetur effectus.*
127 *Iurisdictione concessa, omnia necessaria concessa videntur, sine quibus, Iurisdictio explicari non potest.*
128 *Litigans si post litem contestatam, forum, vel domicilium mutauerit, nihilominus, Iudex prior in eum procedere potest.*
129 *IVRISDICTIO, quibus modis finiatur.*
130 *Iurisdictio, in singulis causis finitur, aut finita instantia, aut Iudice recusato.*
131 *Iurisdictio, vniuersaliter finitur, aut ipso iure, aut facto hominis, & ipso iure, aut natura, aut lege.*
132 *Iurisdictio, dicitur finiri natura, si finiatur morte, & in delegato, spirat morte delegantis.*
133 *Iurisdictio delegata, quando spiret morte delegantis.*
134 *Iurisdictio finitur lege, in ordinario, finito magistratu.*
135 *Magistratus vrbani, & prouinciales, quando finirentur, & deponerent insignia Imperij.*
136 *Magistratus prouinciales, quandiu vrbem non ingrediebantur, poterant semper Iurisdictionem voluntariam exercere.*
137 *Iurisdictio, quando lege cessare dicatur in delegato.*
138 *Iurisdictio, quo pacto finiatur facto hominis.*
139 *OFFICII nomen, quibus modis vsurpetur.*
140 *Officium, latius patet, quàm artificium.*
141 *Officium duplex est, methaphoricum, & proprium.*
143 *Officium, ad res incorporales relatum, significat Imperium, potestatem, & dignitatem Ius dicentis, aut beneficium.*
143 *Officium, ad res corporeas relatum, significat locum, in quo consistunt Officiales, vel cellulam, in qua scripta quædam, ad ea, quæ pro Tribunali agenda erant, pertinentia, reponebantur.*
144 *Officium, ad personas relatum, significat Magistra-*

Magistratum, officialem, vel iudicem.
145 Officium refertur ad Ministros Magistratuum, & Praesidum.
146 Officium propriè est aptum, idest quod vnusquisque debet efficere, secundum personae, quam sustinet qualitatem, ex M. Tull. declaratur.
147 Officium deserere is dicitur, qui contra publicam honestatem, aliquid facit.
148 Inofficiosus dicitur parens, qui sanguinis ex sese procreati, & pietatis obliuiscitur.
149 Officium, ad personas priuatas relatum, duplex est.
150 Officium, sine artificio, quodnam sit declaratur.
151 Officium cum artificio duplex est.
152 Officium liberale, & mechanicum, quodnam sit declaratur.
153 OFFICIVM vnde dicatur
154 STATVTVM de Officialibus communis Florentiae, an Pistory potestatem comprehendat.
155 Statutum loquens de officialibus Papae, est intelligendum de ys, qui sunt propriè, & strictè officiales.
156 Statuta, propriè, & strictè sunt intelligenda.
157 Officialis, propriè, & strictè, est is, qui gerit, vel magistratum, vel qui, in ipsius sedis Apostolicae obsequys, existit.
158 Delegatus Papae, certum magistratum gerere non dicitur, nec in obsequys sedis Apostolicae existere.
159 Statutum, loquens de officialibus, est intelligendum de ys, qui, secundum communem vsum loquendi, dicuntur Officiales.
160 Communis vsus loquendi, in interpretatione statutorum, praefertur proprietati.
161 Delegatus Papae, secundum communem vsum loquendi, non dicitur Officialis ipsius Papae.
162 Officialis, secundum communem vsum loquendi, est, qui sub alio ministerialiter iurisdictionem exercet.
163 Delegatus Papae, tàm secundum proprietatem, quam secundum communem vsum loquendi, dicitur Officialis Papae.
164 Officialis alicuius is dicitur, qui circa aliqua negocia, vices eius gerit.
165 Delegatus Papae, in causa sibi commissa, vices Pontificis gerit, cum illum repraesentet.
166 Delegatus Papae, est dignior ordinario, & cur.
167 Delegatus Papae ministerialiter, idest tanquam minister iurisdictionem Summi Pontificis exercet.
168 Officialis is propriè dicitur, qui aliquod officium exercet, a quo denominatur.
169 Officiales, ex communi vsu loquendi, ij sunt, qui ad particularia officia iurisdictionalia, per ciuitates assumuntur.
170 Officialium appellatione, non solum Magistratus, & Iudices ordinarij, sed ministri etiam alienae iurisdictionis, vt sunt delegati, strictè, & propriè continentur.
171 Potissimum, dictio, significat casum minus dubitabilem.
172 Delegatus Papae, etiam secundum communem vsum loquendi, dicitur Officialis ipsius.
173 Officiales communiter dicuntur omnes exercentes Iudicia, & Iustitiam.
174 Consuetudo est optima legum Interpres.
175 STATVTVM loquens de Officialibus communis Florentiae, An locum habeat in Potestate Pistory.
176 Praesides prouinciarum non veniunt appellatione Magistratuum Pop. Rom.
177 Statuta sunt strictè, & propriè intelligenda.
178 Potestas Pistorij, propriè non potest dici officialis communis Florentiae.
179 Causa remota, non est propriè causa.
180 Potestatis Pistorij, causa proxima, & immediata, est eiusdem Pistory commune, non autem commune Florentiae.
181 Statutum potius secundū communem vsum loquendi, quàm secundum proprietatem, debet intelligi.
182 Potestas Pistorij, secundum communem vsum loquendi, dicitur officialis communis Pistorij, non autem Florentiae.
183 Iuris Ciuilis appellatione, in dubio, intelligitur Ius Ciuile Romanorum.
184 Statutum loquens de officialibus communis Florentiae, debet restringi ad officiales eiusdem Ciuitatis Florentiae, non autem ad alias extensas.
185 Officialis Florentiae dicitur etiam is, qui fungitur vice Magistratus communis Florentiae, in Ciuitate Florentinorum dominio subiecta.
186 Praetor Pistorij, gerit vices Magistratus communis Florentiae, exercens officium iurisdictionale in Ciuitate subiecta.
187 Praeses, exercens in Prouincia subiecta officium iurisdictionale, dicitur fungi vice Magistratuum Vrbis Romae.
188 Iusdicens, illius est Officialis, a quo eligitur.
189 Praetor Ciuitatis Pistorij, eligitur a communi Florentiae.
190 Perusini olim eligebant Spoleti Potestatem.
191 Officialis habet relationem ad eum, cuius Iurisdictionem ministerialiter exercet.
192 Proprietas verborum sumitur potissimum a definitione, & ab auctoritate.
193 Potestas Pistorij, est officialis communis Florentiae, secundum auctoritatem, & secundum diffinitionem.

242 *Officium Iudicis, requirit circunstantiam Personæ.*
243 *Officium Iudicis, requirit circunstantiam Loci.*
244 *Officium Iudicis, requirit circunstantiam Temporis, & Modi.*
245 *OFFICIVM Iudicis, quos operatur effectus.*
246 *OFFICIVM Iudicis, Quibus modis finiatur.*
247 *Officium Iudicis finitur, quando Iurisdictio finitur.*
248 *Officium Iudicis, in singulis causis finitur, per inhibitionem, & per sententiam.*
249 *DELEGATI appellatio, quibus modis vsurpetur.*
250 *Delegatus, significat quencunque vice alterius datum.*
251 *Delegatus extraiudicialiter sumptus, significat debitorem delegatum.*
252 *Delegatus, Iudicialiter sumptus, significat eum, cui à Principe, à lege, vel à Magistratu iurisdictio, vel notio est demandata.*
253 *DELEGATVS, vnde dictus sit.*
254 *DELEGATVS, quo iure introductus.*
255 *DELEGATVS, qua ratione introductus.*
256 *DELEGATVS, quid sit.*
257 *Iudex ordinarius est, qui Iurisdictionem habet.*
258 *VICARIVS Episcopi, an sit Iudex ordinarius, vel delegatus.*
259 *Vicarius Episcopi, licet ab Episcopo eligatur, Iurisdictionem tamen à lege habet.*
260 *Vicarius Episcopi, habet officium perpetuum, & certis limitibus circumscriptum, specialeque nomen.*
261 *Appellatio, non admittitur à Vicario, ad Episcopum.*
262 *Vicarius Præfecti Pratorio, est Iudex ordinarius.*
263 *Vicarius interponit decretum super alienationibus minorum, & super Emancipationibus.*
264 *Iurisdictio, apud duos, in solidum esse non potest.*
265 *Vicarij Iurisdictio, est Iurisdictio Episcopi.*
266 *Argumentum de dominio, ad Iurisdictionem, validum est.*
267 *Iurisdictio Ordinarij, morte concedentis non extinguitur.*
268 *Iurisdictio Delegati, morte Delegantis finitur.*
269 *Iurisdictio Vicarij, morte Episcopi finitur, etiam quoad causas inchoatas.*
270 *Iudex ordinarius non est, qui alterius vices gerit, ita vt Iurisdictio possit ab eo, cuius vices gerit, quandocunque reuocari.*
271 *Vicarius Episcopi, cuius vicem gerit, nihil proprium habet, & illius Iurisdictio pendet à vita, & voluntate Episcopi.*
272 *Vicarius Episcopi, est similis legato Proconsulis.*
273 *Legatus Proconsulis, non est ordinarius, sed ad vniuersitatem causarum delegatus.*
274 *Iudex ordinarius, potest Iurisdictionem suam, ad causarum vniuersitatem, alteri demandare.*
275 *Vicarius Episcopi, non potest constituere delegatum, ad causarum vniuersitatem.*
276 *Vicarius Episcopi, non habet Iurisdictionem à lege, sed ab Episcopo.*
277 *Genetiuus possessiuus, non necessario dominium, & proprietatem significat.*
278 *Cap. sua nobis, de offic. Vicarij declaratur.*
279 *Iudex datus, & is, cui mandata est Iurisdictio, differunt.*
280 *Vicarius Episcopi, longa differentia distat à Vicario Præfecti Pratorio.*
281 *Cap. si contra de offic. & potest. Iudicis delegati declaratur.*
282 *Vicarij substituti à Principe, in locum Iudicis ordinarij absentis, vel impediti, Iurisdictionem ordinariam habent.*
283 *IVDEX ordinarius, & Delegatus, quibus nominibus differant.*
284 *Ordinarius, Iurisdictionem habet iure proprio, Delegatus, alterius beneficio.*
285 *Ordinarius, potest mandare Iurisdictionem, non Delegatus.*
286 *Ordinarius, est in dignitate constitutus, non delegatus.*
287 *Ordinarij Iurisdictio, non spirat morte concedentis, Iurisdictio autem Delegati, spirat morte delegantis.*
288 *Delegatus, qui semel tulit sententiam nullam, non potest amplius in eadem causa iudicare, secus in ordinario.*
289 *Delegatus potest recusari, tanquam suspectus, non ordinarius, sed datur ei adiunctus.*
290 *Ordinarius, habet salarium ex publico, non capit sportulas, secus in delegato.*
291 *Ordinarius, exequitur suam sententiam, non Delegatus.*
292 *Delegatus, secundum aliquos, vbi diuersa sit consuetudo, in procedendo vtitur consuetudine Delegantis.*
293 *Delegati plures ad aliquam causam, non censentur singuli Iurisdictionem in solidum habere, ideo vnus sine alio non potest, secus in ordinarijs.*
294 *Iurisdictio, coram Delegato, non potest prorogari, de persona, ad personam, sed tantummodo quoad rem, locum, & tempus; in ordinarijs autem, potest prorogari indistincte.*
295 *Ordinarius, potest dare potestatem subdelegandi, non delegatus.*

296 *DELEGATVS quotuplex.*

297 *Iudex datus, & is cui mandata est Iurisdictio, an idem sint.*

298 *Argumentum a lege cessante valet,*

299 *Delegatus, cui mandata est Iurisdictio, nihil proprium habet, sed vtitur Iurisdictione mandantis.*

300 *Iurisdictionem non potest mandare, qui eam iure proprio non habet.*

301 *Iudex idem modo datus, modo delegatus appellatur.*

302 *Iudex datus Iudicem dare nequit, is cui mandata est Iurisdictio potest.*

303 *Iudex datus notionem tantum habet, is cui mandata est Iurisdictio, Iurisdictionem etiam habet.*

304 *Iudex datus sententiam suam exequi nequit, is, cui mandata est Iurisdictio, cum mixtum habeat imperium, potest.*

305 *Iudex datus, a delegato differt, quia ab eo ad dantem appellatur, non a delegato, ad delegantem.*

306 *Iudex datus, datur ad certam, & praesentem causam, delegatus ad vniuersitatem causarum, etiam futurarum.*

307 *Iudex datus, non nisi ab ijs datur, quibus hoc lege, Senatusconsulto, vel Principis constitutione concessum est, Iurisdictio autem mandatur a quolibet Iurisdictionem habente.*

308 *Iudex datus iubetur, & cogitur iudicare, is autem, cui mandata est Iurisdictio, volens tantum eam suscipit.*

309 *Iudicandi necessitas, inter munera ciuilia numeratur.*

310 *Munera ciuilia necessaria sunt, & inuitis iniunguntur, nisi vacationem, & excusationem habeant.*

311 *Iudex datus, non nisi partibus praesentibus, & consentientibus dabatur. Iurisdictio autem ex magistratus arbitrio mandabatur.*

312 *Iudex datus, vnus semper erat, ex numero selectorum, qui in Albo praetoris erant descripti, mandatam autem habere Iurisdictionem, omnes etiam non descripti poterant.*

313 *Iudex datus tenebatur iudicare secundum formulam sibi praescriptam, non autem is, cui mandata erat Iurisdict.*

314 *Iudex datus erat semper priuatus, & minor dante, is autem, cui mandabatur Iurisdictio, poterat esse maior mandante, cum eam suscipere non cogeretur.*

315 *Iudex datus potest recusari, non is, cui mandata est Iurisdictio.*

316 *Lex non cessat in his, quae ex lege colliguntur implicitè.*

317 *Argumentum, de vno particulari non valet ad vniuersale.*

318 *Iudex datus, nec propriam, nec alienam habet Iurisdictionem, is autem, cui mandata est Iurisdictio, alienam habet, & ideo suam exequitur sententiam, non Iudex datus.*

319 *Iudicis dandi licentia ad Iurisdictionem pertinet.*

320 *Lex a Iudice C. de iudicijs, declaratur.*

321 *Delegari potest, non solum Iurisdictio, sed etiam notio.*

322 *Iudex etiam datus potest dici delegatus.*

323 *Delegatus dicitur de Iudice dato, & de eo, cui mandata est Iurisdictio, vnus tamen non est alter, sed sunt species oppositae.*

324 *DELEGATO Iudici, vt sit locus, quae requiratur.*

325 *Delegati circunstantia rei, quae.*

326 *Causae indelegabiles, quae.*

327 *Causae omnes, iure Pontificio, sunt delegabiles.*

328 *Delegati circunstantia personae, quae.*

329 *Delegati circunstantia loci, quae.*

330 *Delegati circunstantia temporis, quae.*

331 *Delegati circunstantia modi, quae.*

332 *DELEGATIO quos operetur effectus in cõmuni, & quoad Iudicem datum.*

333 *IVDEX delegatus, quibus modis desinat esse Iudex.*

334 *Rubrica de officio eius, breuis explanatio.*

335 *RVBRICAE continuatio.*

336 *Digniora sunt praeferenda.*

337 *IVDEX ordinarius delegans, an sit Dignior delegato.*

338 *Magistratus olim Iudices ordinarij, cum extra ordinem iudicarent, non dicebantur.*

339 *Delegatus potest esse maior delegante.*

340 *Causa est dignior suo effectu, declaratur num. 351.*

341 *Capitulum canonicorum creat Episcopum, non tamen dignior est Episcopo.*

342 *Papa, licet creetur a Cardinalibus, nihil tamen in terris, eo dignius.*

343 *Imperator maior, & dignior electoribus.*

344 *Dignior quilibet est eo, qui vices illius gerit.*

345 *Dignitatem, & potestatem, qui habet, dignior est eo, qui habet tantummodo potestatem.*

346 *Iudex ordinarius magistratum gerit, & sic honorem, & dignitatem habet.*

347 *Delegatus nudam habet potestatem.*

348 *Dignior est, caeteris paribus, habens perpetuam Iurisdictionem, quàm temporalem.*

349 *Iudex ordinarius perpetuam habet iurisdictionem, Delegatus temporalem,*

350 *Dignior, & minus dignus, diuerso respectu, idem potest esse, respectu eiusdem,*

351 *Eligentes personam ad dignitatem, dignitatem non creant, sed subiectum disponunt.*

352 *Causa, non habens in se actu virtutem, quam tribuit effectui, potest esse eo minus digna.*

353 *Magistratus habet actu Iurisdictionem, quam tribuit, quoad vsum, & exercitium, delegato.*

354 IVDEX

354 *IUDEX delegatus à Principe, an sit dignior quolibet ordinario.*
355 *Dignior est, qui in officio digniorem personam repræsentat.*
356 *Delegatus Principis, eiusdem Principis delegantis personam repræsentat.*
357 *Principe nullus dignior, & num. 365.*
358 *Dignior est, qui maior est.*
359 *Honor defertur maioritati.*
360 *Delegatus à Principe, est maior ordinario.*
361 *Dignius est, quod digniorem habet causam.*
362 *Delegati causa est Princeps.*
363 *Iudicis ordinarij causa est lex.*
364 *Princeps, qui solutus est legibus, & lex est animata in terris, dignior est lege mortua.*
365 *Dignior est, qui propius ad Principem accedit.*
366 *Delegatus à Principe magis accedit ad Principem, quàm ordinarius, cum de eo à Principe appelletur.*
367 *Dignior ille Iudex dicitur, qui digniorem habet operationem, & potestatem.*
368 *Causa cognoscitur ab effectu.*
369 *Delegatus Principis, maiorem habet potestatem, & digniorem operationem, quam ordinarius.*
370 *Delegatus Principis subdelegare potest causas meri, & mixti imperij, a Principe sibi commissas, quod facere ordinarius non potest.*
371 *Dignior iubens, quam iussus.*
372 *Iudex ordinarius non potest se intromittere in causis à Principe commissis, nisi iussus a delegato.*
373 *Dignius est, quod aliud cessare facit.*
374 *Delegatus à Principe facit cessare ordinarium.*
375 *Iudex ille est dignior, qui digniorem habet Iurisdictionem.*
376 *Delegatus à Principe digniorem habet Iurisdictionem, quàm ordinarius, cum Principis Iurisdictionem habeat.*
377 *Principis Iurisdictionem praest legibus.*
378 *Magistratuum Iurisdictio subest legibus.*
379 *Dignior iudex ille dicitur, qui ampliorem habet Iurisdictionem.*
380 *Dignitas iudicis consistit in amplitudine Iurisdictionis.*
381 *Iudex ordinarius habet ampliorem, & magis vniuersalem Iurisdictionem, quàm Delegatus Principis.*
382 *Iudex dignior est, qui firmiorem, & perpetuam habet Iurisdictionem, eo, qui infirmiorem habet, & temporalem.*
383 *Nobilius est, quod perpetuum, quàm quod aliquando est.*
384 *Delegatus Principis, temporalem habet Iurisdictionem, & imbecilliorem, ordinario.*
385 *Appellatur semper, de minore, ad maiorem Iudicem, non ad parem, vel inferiorem.*
386 *Appellatur à Principis delegato ad Præfectum Pretorio, & ad Quæstorem.*
387 *Dignior est ille Iudex, in cuius creatione concurrit, tam Princeps, quàm lex, quàm ille, qui à Principe tantummodo creatur.*
388 *Iudex ordinarius à lege, & à Principe simul creatur.*
389 *Iudex quoque ordinarius Principem repræsentat.*
390 *Magistratus habet dignitatem absolutam, & ideo Principem non represensentat, sed ipse dicitur Ciuitatis Princeps.*
391 *Delegatus à maiore ordinario, non est dignior ordinario minore.*
392 *Dignior non potest dici, qui cum dignitatem non habeat, non est dignus.*
393 *Comparatiuum supponit Positiuum.*
394 *Delegatus non dicitur in dignitate aliqua constitutus.*
395 *Dignitatum quinque gradus.*
396 *Delegatus Principis non potest referri ad aliquem, ex quinque dignitatum gradus.*
397 *Dignitatem aliquam habere dicitur quicunque aliquid facit, etiam vile, Principe mandante.*
398 *Iudicare est honor.*
399 *Dignitas incerta, & innominata non datur.*
400 *Iudicare munus potius est, quàm honor.*
401 *Dignitas absoluta, & ordinaria dignior est extraordinaria, & secundum quid.*
402 *Delegatus Principis, si quam habet dignitatem, habet in causa delegata, extra illam omnino priuatus est.*
403 *Dignior est confirmans, quàm faciens actum.*
404 *Confirmatio ad maiorem pertinet, non ad inferiorem.*
405 *Legatus de latere, qui est Iudex ordinarius, potest delegati a Principe sententiam, si sibi videatur, confirmare.*
406 *Iudex ille dignior est, qui cum iurisdictione administrationem habet iure proprio.*
407 *Iudex ordinarius Iurisdictionem habet cum administratione iure proprio, non autem delegatus.*
408 *Dignior est, qui fulget proprijs radijs, quàm qui alienis.*
409 *Digniora sunt, quæ vetustiora, cæteris paribus.*
410 *Iudices ordinarij sunt antiquiores delegatis.*
411 *Delegati sunt ex consuetudine introducti, post repertos ordinarios.*
412 *Dignior is dicitur, cui maior debetur honor, & maior præstatur reuerentia.*
413 *Ordinario maior debetur honor, & maior præstatur reuerentia, quàm delegato Principis.*
414 *Consuetudo est optima legum Interpres.*
415 *Ordinarij, ex consuetudine, in ciuitatibus, quib.*

quibus præsunt, maior exhibetur honor, quam Commissarijs, & Delegatis etiam à Principe.

416 Ordinarius ob reuerentiam, quæ sibi debetur, non potest citari, Delegatus Principis potest.

417 Ordinarius illustris debet litigare per Procuratorem, vt ipsius seruetur dignitas, Delegatus Principis potest litigare per se.

418 Ordinario iniuria illata, est atrox, non illata Delegato Principis.

419 Ordinarÿ quidam maiores dantur, à quibus non datur appellatio, secus in Delegatis.

420 Ordinarÿs Illustribus conceditur, ob dignitatis prærogatiuam, vt possint ferre sententiam per alios, non Delegatis Principum.

421 Delegatus Principis repræsentat Principis personam, quia propriam non habet à lege personam, vt ordinarius, qui est Iudex absolutus.

422 Ordinarius, vt potè, qui Iudex est absolutus, & vtitur iure proprio, neminem repræsentat.

423 Comparatiuum supponit positiuum.

424 Non entium nulla sunt partes.

425 Simile nullum est idem.

426 Magnus Etruriæ Dux, licet inferior Hispaniarum Rege, dignior tamen est Neapolis Vice Rege, & Gubernatore Mediolani, qui Regem ipsum repræsentant.

427 Honor idem non est tribuendus repræsentanti Principem, qui Principi tribueretur.

428 Delegatus, Principis personam repræsentat tantummodo in causa, sibi commissa, extra quam est homo priuatus.

429 Gubernator Mediolani, non repræsentat absolutè personam Regis Hispaniarum, sed tantummodo, quatenus est Dux Mediolani.

430 Delegatus Principis est dignior ordinario, secundum quid, id est in causa delegata, ordinarius autem absolutè est dignior delegato Principis.

431 Ordinarius quoque, Principis personam repræsentat.

432 Magistratus sunt Principis ministri, cum ea expediant, quæ olim manu regia expediebantur.

433 Magistratus in communi creatus à lege, actualiter à Principe huic, & illi tribuitur, & num. 443.

434 Ordinarius quoque Principem repræsentat, & magis vniuersaliter, quàm delegatus Principis num. 436.

435 Iudex, in ciuilibus, populum repræsentat.

436 Magistratus dicitur Princeps Ciuitatis.

437 Delegata causa adhuc est sub vniuersali iurisdictione ordinarÿ, licet ab eo sit exempta, quoad exercitium.

438 Dubitabilis in iure debet esse decisio, non desponsis ratio.

439 Ratio eo melior, quo certior.

440 Ratio dicitur euidens demonstratio.

441 Capit. fane de off. Delegati declaratur.

442 Princeps est loco populi.

443 Magistratus a lege creatur in abstracto.

444 Magistratus, à quo non semper appellatur, magis similis est Principi, quàm Delegatus, à quo semper appellatur.

445 Communes opiniones, quando de alio dubitatur, supponuntur.

446 Delegatus Principis, non iubet ordinario, sed confugit ad eum, tanquam ad virtutem Superiorem.

447 Species derogat generi.

448 Delegatus Principis posset dici dignior ordinario, si illi aliquid esset commissum de reseruatis Principi.

449 DELEGATVS à Principe, an, & quando, & quibus ordinarÿs Iudicibus dicatur esse dignior.

450 DELEGATVS Principis, an firmiorem dicatur habere Iurisdictionem, quàm Ordinarius.

451 Iurisdictio Principis firmior est Iurisdictione cuiuscunque Ordinarÿ.

452 Delegatus Principis eiusdem habet Principis Iurisdictionem.

453 Iurisdictio illa est firmior, aduersus quam difficilius datur restitutio in integrum.

454 Restitutio in integrum, aduersum sententiam Delegati à Principe, non nisi à Principe datur.

455 Iurisdictio firmior est, quæ difficilius tollitur, vel suspenditur per appellationem.

456 Firmius, ex duobus, illud dicitur, quod alterum cessare facit.

457 Iurisdictio Delegata à Principe facit cessare ordinariam.

458 Firmiorem Iurisdictionem habet, qui potest meri Imperÿ causas delegare, quàm qui non potest.

459 Delegatus Principis potest causas meri Imperÿ delegare, non Ordinarius.

460 Iurisdictio firmior illius est, qui, postquam tulit sententiam nullam, rursus potest iudicare, quàm illius, cuius Iurisdictio, lata sententia, spirat.

461 Firmum est minus, quod citius euanescit.

462 Iudex ordinarius, postquam tulit sententiam nullam, rursus potest iudicare, secus delegatus.

463 Iurisdictionem habet firmiorem, qui, reseruata sibi sententia, potest eam delegare, quàm qui reseruare sententiam sibi non potest.

464 Iudex ordinarius, ita delegare debet, vt sibi sententiam reseruet, non autem delegatus Principis.

465 Iurisdictionem firmiorem habet, qui semper

per potest sententiam exequi, cuiusmodi est ordinarius, quàm qui vel exequi non potest, vel non nisi infra annum, cuiusmodi est Delegatus Principis.

466 *Iurisdictionem firmiorem dicuntur habere ij, à quorum sententijs interdum non appellatur, quàm ij à quibus semper appellatur.*

467 *Appellatio, à Praefecto Praetorio, non datur.*

468 *Iurisdictionem firmiorem habet, qui potest sententiam per alium recitare, cuiusmodi est Ordinarius, quàm qui per se cogitur pronunciare, cuiusmodi est delegatus.*

469 *Iurisdictionem firmiorem habent ordinarij, qui possunt imponere maiorem mulctam, quàm delegati à Principe.*

470 *Iurisdictionem firmiorem habet, qui potest delegare, cum facultate subdelegandi, cuiusmodi est ordinarius, quàm qui delegare non potest cum facultate delegandi, cuiusmodi est delegatus à Principe.*

471 *Iudex ordinarius, si allegetur suspectus, non remouetur, sed recipit adiunctum, Delegatus autem remouetur.*

472 *Iudex ordinarius recusatus potest per se alteri causam committere, non Delegatus Principis.*

473 *Iurisdictio illa est firmior, quae pluribus, & maioribus est suffulta adminicules.*

474 *Vincula plura magis stringunt, quam vnum.*

475 *Iurisdictio ordinaria, & legis, & Principis auctoritate nititur, delegata autem auctoritate Principis tantummodo.*

476 *Iurisdictio ordinaria est per se, delegata per accidens.*

477 *Iurisdictio ordinaria est perpetua, delegata temporalis.*

478 *Iurisdictio firmior est, apud eum, qui eam habet iure proprio, vt ordinarius, quàm apud eum, qui eam habet iure alieno, vt delegatus.*

479 *Firmior eadem res esse potest apud vnum, quàm apud alium.*

480 *Lex minor autem Magistratus in §. penult. declaratur.*

481 *Appellatio quando fiat de delegato Principis ad ordinarium.*

482 *Iurisdictio delegata facit cessare ordinariã, in causa tantum delegata, & quo ad actum temporalem.*

483 *Iudex ordinarius, quando causas meri Imperij possit delegare.*

844 *Continuatio Rubricae Auctoris.*

LIBER PRIMVS
TITVLVS XXI.
DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA EST IVRISDICTIO.



VETERI maiorum nostrorum instituto, interpretandum nobis hoc anno proponitur illud iuris argumentũ, quod ad iurisdictionem pertinet; &, ex consuetudine, exordiuntur Interpretes à vigesimo primo, libri primi, pandectarum titulo, qui inscribitur de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Conabor ego, quantum in me erit, viam vobis munire ad iurisdictionis naturam cognoscendã, & ad intelligenda ea, quæ in veterum iuris peritorum responsis, Cæsarumq; rescriptis, hunc
1 articulum tractantibus, continentur, in quorum interpretatione, supra quàm cuiquam sit credibile, peccatum est ab ijs Interpretibus, qui maioris sunt nominis, ob antiquitatis ignorationem, vt rectè obseruat hic vir eruditissimus M. Antonius Muretus. Quamobrem omnes ego ingenij, industriæ, & diligentiæ meæ neruos contendam, vt ea vtar docendi ratione, quæ & vestra attentione, & summo hoc loco, de quo Dei Opt. Max. & Excellentissimi Mediolanensis Senatus beneficio, dicimus, & docemus, possit non indigna censeri. Spero itaque fore, si quantùm ego ad docendum, tantùm vos ad discendum diligentiæ afferetis, vt vberrimos fructus, ex difficili huius argumenti explanatione, capiatis. Li-
2 bet ergo diuidere, commodioris intelligentiæ gratia, nostram hanc ad huiusce Rubricæ, interpretationem in duas principes partes, quarum prima continebit animaduersiones, ex quibus fluxerit verborum, quibus concepta est, planissima explicatio, Secunda verò ad eiusdem Rubricæ, vt appellant, continuationem pertinebit, prima autem pars rursus diuidetur in tres particulas, in quarum prima nouem solitæ nostræ quæstiones de iurisdictione in genere explicabuntur, totidem in secunda de Iudicia officio, totidem etiam in tertia de Iudice delegato, quem per eum intelligimus, cui mandata est iurisdictio, vt nullum sit in hac rubrica verbum, quod non à nobis diligentissimè & exactissimè explicetur. Redeundo igitur ad primam particulam primæ partis principalis, quæro de iurisdictione.

Quibus modis vsurpetur. —
Vnde dicta sit. —
Quo iure introducta. —
Qua ratione.
Quid sit. —
Quotuplex. —
Quæ requirantur, vt illi sit locus.
Quos operetur effectus.
Quomodo finiatur. —

3 Quod attinet igitur ad primam, respondeo iurisdictionem vocem esse æquiuocam, & multiplicem, vt docet Coras. lib. 3. miscellaneorum cap. 17. nu. 1. & Ant. Gouean. lib. 2. de iurisdictione in princip. tradunt etiam DD. hic & ad l. imperium infr. de iurisd. omn. iud. & præsertim Io. Bolog. h c num. 9. & ibi num. 2. duobus enim
4 modis potissimum vsurpatur, vno modo quatenus ad actum refertur, vel ad factum, altero verò modo quatenus refertur ad facultatem, seu potentiam, & sic ad ius, vt rectè docet Alciat. ad l. imperium infr. de iurisdic. om. iud. nu. 90.
5 vbi ad factum refertur, aut notionem, cognitionem, seu exercitium iurisdictionis significat, vt in l. 1. infr. eodem, & secundùm aliquos in l. cum ij. §. si d nec ff de transac. & est tex apertissimus in l. ait prætor. ff. de re. iudic. aut refertur ad prætoris edictum, vt in l. quan uis ff. de in ius. voc. in l. 1. §. an autem ff. de postul. in l. postquam §. imperator. ff. vt l gatorum caueat. & alija in iuribus adductis per Coras. in prealle gato lo-
6 co, & per Io. Longouall. ad d. l. imperium nu. 87. vbi verò ad ius, & facultatem refertur, eam significat, quam habent magistratus iuris dicendi facultatem, & secundo hoc modo accipitur in Rub. & toto tit. ff. & C. de iurisdic. om. iud. & in rub. & tit. nostro, &, secundum hanc acceptionem, nos quoque sumus de iurisdictione disputaturi, quatenus scilicet, tàm ad ciuile, quam ad criminale negotium refertur.
7 Verum quia non satis cõstat inter interpretes, numquid hæc vox ita generaliter possit accipi, vt etiam ad merum imperium possit referri, propterea hoc ipsum in quæstionem vocabimus, anteaquam ad secundam deueniamus: futura est igitur disputatio; an iurisdictio, secundùm proprietatem latini sermonis, ita generaliter possit accipi, vt etiam ad merum imperium possit referri, quod ad crimina pertinet, vel ad eam tantummodo potestatem, quam habent magi-

stratus statuendi de ciuilibus negotijs,

8 Pro intelligentia huius quęstionis libet prænotare, imperium quoque varijs modis accipi, vt obseruare est apud P.Greg.Tholosan. in Syntag. jur. vni. part. 3. lib. 47. cap. 13. num. 1. & 2. aut enim refertur ad personas, quæ sunt supra legem, quales sunt principes, & tunc significat imperium quoddam regium, absolutum, & independens, de quo non agimus hic, cuius tamen mentionem facit. tex. in §. sed & quod principi placuit inst. de iur. nat. gent. & ciu. in l. 4. supr. de officio præsidis,& in l. & ideo supr.de off.pro

9 cons.& legat.aut refertur ad personas,quę sunt infra legem,& personæ huiusmodi sunt in dupli-

10 ci differentia,aut enim priuatæ sunt,aut publicæ; Priuatæ sunt illæ,quæ magistratu aliquo non

11 funguntur,& vbi ad huiusmodi personas refertur imperium significat aut dominium, aut patriam, vel dominicam potestatem, vt in l. 3. vbi gloss.C.de libert.& liberis eorum in l. liber homo,huius initij secunda ff. ad l. Aquil. & in l. idonei ff. de testi.sed nec secundum hanc significationem imperium accipimus in hac disputa-

12 tione; Personæ autem publicæ sunt magistratus,qui & ipsi, cum sint legum custodes, & non domini, & secundum eas teneantur ius dicere,

13 & iudicare §. 1. inst. de off. iud. subsunt legibus, non præsunt, vt docet Marc. Tull. lib.

14 3. de legibus, id quod mutuatus est à Platone lib. 4. de legibus, ordo enim est,vt solus princeps, qui solutus est legibus l. princeps supr. de leg. legibus præsit, leges autem magistratibus, & magistratus populo, ad huiusmodi er-

15 go personas publicas, id est magistratus, vbicumque refertur imperium, potestatem gladij significat, ad animaduertendum in facinorosos homines, quod specialiter merum imperium dicitur d. l. imperium, de hoc ergo imperio, quod ad magistratus refertur, & ad crimina pertinet, dubitamus hic an iurisdictionis sit species.

Et in hac difficultate, hoc modo declarata, pugnantes reperiuntur interpretum opiniones, quarum altera est negatiua, quam tenuit hic Marc. Ant. Muret. nec ab huiusmodi opinione videntur recedere Valasch. ad d. l. imperium num. 34. & Camil. Plaut. in l. 1. infr. eod. in præfatione num. 9. & pro hac opinione plura afferuntur.

16 Primum autem Muretus hoc modo ratiocinatur, maximam,& plenissimam iurisdictionem habebat Prętor Vrbanus, eius autem de nullo prorsus crimine cognitio erat l. 1. ff.de off. Præfec. vrb. l. 1. & l. 3. ff.de suspec. tut. hic Anton. Gouean. & in l. 1. infr. eod. vbi nos quoque latius tractabimus. Cognitio igitur de criminibus in iurisdictione, tamquàm species sub genere, non continetur.

17 Secundo pro eadem sententia, sic ratiocinatur. vniuersa iurisdictio mandari potest. l. solet prætor cum l. seq. infr. de iurisd. om. iud. at

18 cognitio de criminibus mandari non potest l. solent l. si quid erit supr. de off. procons. l. nemo potest. ff. de reg. jur. Cognitio igitur de criminibus, & consequenter merum imperium non est species iurisdictionis.

19 Tertio loco probabant hanc sententiam Antiqui, vt refert. Bart. ad d. l. imperium num. 4. per eundem tex. in d. l. imperium, quatenus eam videtur constituere differentiam inter merum, & mixtum imperium; vt nimirùm in mixto imperio insit iurisdictio, in mero autem nequaquam, & quatenus iurisdictionis definitio ibi posita iurisdictioni competere non videtur; etenim si merum imperium species esset iurisdictionis, vtique iurisdictio esset in mero quoque imperio, & de eo, tàm secundùm nomen, quàm secundum diffinitionem prædicaretur: genus

20 enim inest in omnibus suis speciebus, & de illis vniuocè prædicatur, vt, post Porphyrium in suis vniuersalibus cap. de genere, tradit glos. in §. constat in vers. plebs inst. de iur. nat. gent. & ciuil. est tex. in l. 2. §. creditum ff. si cert. petat. in l. si quid earum §. inter emptum de legat. 3. tradit. Bart. ad l. 1. ff. si cert. pet. nu. 2.

21 at iurisdictio mero imperio non inest,& de eo, secundùm diffinitionem,non prædicatur. d. l. imperium; merum ergo imperium non est species iurisdictionis.

22 Quartò, ad mentem Valaschi, possumus hoc modo ratiocinari, si imperium esset species iurisdictionis, illud sequeretur incommodum, quòd imperium non esset supra iurisdictionem, sed hoc consequens est falsum per tex. in l. & si prætor infr. eod. & per l. cum prætor §. is quoque infr. de iudicijs. ergo etiam est falsum antecedens.

23 Accedat etiam Quinto, quòd illud, quod est vniuersalius, non potest esse species illius, quod est minus vniuersale, arg. d. l. si quid earum §. interemptum ff. de leg. 3. sed imperium est vniuersalius iurisdictione, cùm &, de dominio, & de patria potestate prædicetur d. l. 3. C. de libertis & eorum liber. d. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. cum similib. ergo imperium species iurisdictionis esse non potest.

24 His tamen argumentis minime negotium facientibus, plerique iuerunt in contrariam sententiam, opinantes iurisdictionis appellatione venire etiam imperium merum, secundum verborum proprietatem, quia iurisdictionis species sit, cuius opinionis videtur esse Azo in summa infr. de iurisdic. om. iud. quem sequutus est in d. l. imperium gloss. in verbo mixtum, & ibidem Bart. num. 4. Bald. num. 1. & 3. Castrens. num. 1. Alex. num. 1. Lud. Rom. ante num. 1. & num. 13. Barth. Socin. num. 1. Iason. num. 7. Alciat. num. 40. Dec. num. 26. Io. Bapt. Caccialup. num. 6. Sebast. Sap. num. 4. Io. Longumual. num. 79. Cag. num. 111. Riminal. sen. ante

ante num. primum , & num. 1. Curt. Iun. num. 2. conf. 24. & hic num. 3. Io: Bolog. num. 47. Franc. Duaren. tam in sua method. tract. infr. ad tit. de iurisd. omn. iud. cap. 1. quàm etiam lib. 1. disput. anniuersariarum cap. 53. in fine Angel. Mattheac. hic num. 3. Petrus Rebuff. ad l. pecuniæ verbum in §. actionis verbum col. 3. ff. de verb. sign. videtur sentire Hugo Donell. lib. 17. comm. iur. ciu. c. 8. verb. ex his perspici , & Ant. Gouean. hic in suo lib. 2. de iurisdic. in præludijs, circa principium , & eandem opinionem ascribit Muret. Cuiacio , à quo tamen dissentit , & hæc , vt vno verbo dicam , est communis , & recepta scribentium sententia , vt de communi testantur , omnes ; adducti sunt autem DD. ad ita sentiendum pluribus.

25 Primum autem , & potissimum omnium fundamentum est in l. 1. §. 1. infr. eod. ibi , & ideo videntur errare magistratus , qui, cum publici iudicij, habeant exercitationem , lege , vel senatusconsulto delegatam , veluti lege Iulia de adulterijs , & si quæ sunt aliæ similes , mandant iurisdictionem suam , sic inducendo. publici iudicij exercitatio est meri imperij ; cùm pertineat ad gladij potestatem , & animaduersionem in facinorosos homines d. l. imperium , at in d. §. 1. publici iudicij exercitatio, quod fuerat appellatum , iurisdictio deinde dicitur , igitur iurisdictio dicitur , & præ-
26 dicatur de mero imperio , nec argumenti huius efficacitatem eneruat Mureti declaratio, dicentis, eius loci sententiam esse , vt dum Papinianus dicit errare eos , qui , cum publici iudicij exercitationem habeant , suam mandant iurisdictionem ; sentiat tales magistratus dupliciter errare ; primùm scilicet , quia malè vtantur iurisdictionis nomine ; dùm putant eius appellatione venire publici iudicij exercitationem , & sic merum imperium ; deinde verò ; quia id mandant , quod mandari non potest , quam interpretationem dicit eo loci Muretus esse etiam Antonij Vaccæ ; quia cuiuscumque sit , primum sine dubio est diuinatina expositio, contra l. qui putator ff. ad l. Aquil. Præterea ex principio legis colligitur errorem in re ipsa, non in appellatione consistere. Nam cùm exordiatur I. C. quacumque lege specialiter , vel senatusconsulto , vel constitutione principum tribuuntur , mandata iurisdictione non transferri , iure optimè infert errare magistratus , qui merum imperium , lege , vel se-
27 natusconsulto sibi tributum, demandant , ita vt error sit in re , non in verbis , quibus lex non est posita l. 2. in fin. C. commun. deleg. & certè de verborum proprietate potius iurisconsulti , vel iurismagistri , quam magistratus notarentur.

28 Secundo argumentantur, virtute , à proportione , quod argumentum est validissimum in iure nostro , per tex. in princ. inst. quod cum eo , iuncto §. quæ diximus eod. tit. per tex. & gloss. in l. sufficit ff. de condict. in deb. cum cęteris congestis per Euer. in suis centum lo-
29 cis, in loco à proportione. ita se habet ius dicere ad exercitium imperij , vt iurisdictio ad imperium , at , qui exercet imperium , dicitur iusdicere l. 2. §. & quia supr. de orig. iur. igitur imperium potest dici iurisdictio , & quia inquit ille tex. vt dicimus , de capite ciuis Romani iniussu populi Romani non erat permissum lege consulibus ius dicere , & sic ius dicere refertur ibi ad causas capitales , quæ ad imperium pertinent .

30 Tertio vtor hac ratione . generalē tractatum credendum est habere generalem Rubricam , per ea , quæ tradunt DD. ad Rub. ff. si cert.pet. sed generalis est tractatus tam de imperio , quam de iurisdictione , qui inscribitur infr. & C. de iurisd. omn. iud. igitur credendum est iurisdictionem , à qua inscribitur d. tit. generalis vniuersaliter , tàm de imperio , quàm de iurisdictione in specie prędicari.

33 Quarto , ex sententia Bolog. proconsules , & præsides dicuntur in prouincijs habere plenissimam iurisdictionem l. si in aliquam supr. de offic. procons. at proconsules , & pręsides merum etiam imperium habent , vt probatur in l. & ideo, eod. tit. & in l. ex omnibus , cum duabus sequentibus , supr. de off. pręsid. igitur sub iurisdictione compræhenditur , & continetur etiam merum , & mixtum imperium .

34 Quinto, ex sententia Ant. Gouean. frustra dubitaretur in l. 1. §. qui mandatam infr. eod. an , mandata iurisdictione, imperium merum transiret , nisi veniret iurisdictionis appellatione , sed de hoc potissimum dubitatur in d. §. qui mandatam , venit ergo imperium appellatione iurisdictionis.

35 Non obstant argumenta ex aduerso allata , & præsertim primùm , quia dum priore loco dicebat Muret. prætores vrbanos plenissimam in vrbe habere iurisdictionem , respondendum est hoc verum esse , quoad cognitionem ciuilium causarum , secus autem quo ad cognitionem criminalium , & sic habebat plenissimam iurisdictionem in specie , non in genere , quòd si plenissimā in genere habuisset iurisdictionem, potuisset etiā cognoscere de criminalibus , vt proconsules, & pręsides in prouincijs d. l. si in aliquā.

36 Præterea non satis constat apud interprętes vulgares, prętorem vrbanum merum imperium non habuisse , vt videbimus infr. opportunius , contrarium enim videtur probari in d. l. 1. infr. eod. ibi, & si à familia dominus occisus esse diceretur , cognitionem prętor , quam ex senatusconsulto habet , mandare non potest ; prima tamen solutio vera est.

37 Nec facit negotinm secundum, quia dùm dicit Muretus. iurisdictio vniuersa potest mandari, per tex. in l. solent cum l. seq. infr. de iurisd. omn. iud. fatemur vniuersam iurisdictionem prætoris posse mandari; quia non habet, nisi specialem iurisdictionem prætor, ibi enim iurisdictio in specie accipitur.

Leue est etiam tertium argumentum petitum a d.l. Imperium, vbi definitur iurisdictio in specie, quę ab imperio distinguitur, non iurisdictio generalis, quæ imperium quoque includit, vt supra satis probatum est.

38 Quartum quoque facile diluitur, quia Imperium si propriè accipiatur, & cum ea qualitate, vt sit merum, non est superius prædicatione iurisdictioni, sed virtute, & auctoritate, & hoc modo intelliguntur iura allegata per Valasch. Iurisdictio autem generaliter accepta, prædicatione, & vniuersalitate est, re uera superior, non ad imperium fusè acceptum, sed ad imperium merum, de quo agimus, Quicquid dicat Valasch.

39 Quintum quoque argumentum ex mox allatis solutum est; quia imperium, fusiore vocabulo sumptum, est generalius iurisdictione, non imperium merum propriè sumptum, quod venit in hanc quæstionem, vt in disputationis vestibulo prædiximus.

40 Concludo igitur, iurisdictionē latinè dici etiā de imperio, non tamen admiserim cum Io: Bologn. hic num. 9. & in l. imperium infr. de iurisdict. omn. iud. numer. 2. & numer. 47. ita fusè accipi, vt etiam ad ius priuatum, quemadmodum est dominium, & patria potestas, referri possit; quandoquidem iurisdictio, non nisi potestatem illam significat, qua ius dicimus, quod non facimus virtute patriæ, vel dominicæ potestatis, nec mouent iura per Bolog. allegata, quia

41 de imperio, non de iurisdictione loquuntur, & glossæ auctoritas in d.l. 2. C. de libert. & eorum liberis probabilis est, non necessaria, per ea quæ tradit. Bart. ad l. 1. ff. si cert. pet. vbi alij quoque DD.

42 Ad secundam autem principem quæstionem respondeo, dubium esse numquid iurisdictio dicta sit à iure, & ditione, vel à iure, & dictione, & propterea paucis hoc quoque in quæstionem voco, sunt ergo contrariæ DD. sententiæ; prima est existimantium, dictam esse iurisdictionem à ditione, quæ potestatem significat, quasi sit iuris potestas, hanc opinionem probat Azo in summa C. hoc eodem tit. num. 2. sequitur gloss. longior in l. imperium infr. tit. 2. nec non Guilielmus & Cynus, quos refert Io. Bapt. Caccialup. ibi num. 5. sequitur etiam Bart. ibi num. 3. & Barth. soc. nu. 56. necnon Zasius ad Rub. infr. de iurisd. omn. iud. n. 1. & plerique ex antiquis, quorum fundamentum est huiusmodi.

43 Ab eo verbo verisimile est dictam iurisdictionem, quod magis eiusdem iurisdictionis substantiæ accommodatur, arg. eorum, quæ tradit Bart. ad l. omnes populi supra de iust. & iure num. 59. sed vox huiusmodi ditio, quæ potestatem significat §. 1. in proem. Inst. d. l. 2. C. de libert. & eorum liberis, magis quàm dictio, iurisdictionis substantiæ accomodatur, cum nihil aliud sit iurisdictio, quàm iuris potestas de iure publico introducta, vt Bart. & omnes hic admittunt, & probatur in d. l. imperium, igitur verisimile est à ditione dictam esse, quasi iuris potestas sit.

44 Cæterum, hoc argumento minime negotiū faciente, quamplurimi iuerunt in contrariam sententiam, opinantes a iuris, & dictione iurisdictionem appellatam esse, ita post Bald. & Fulgos. Io. Bapt. Caccialup. ad d.l. imperium num. 5. Valaschus num. 1. Dec. num. 29. Cagn. qui alios plures refert num. 110. & Io. Bolog. num. 46. idem sentiunt etiam omnes recentiores, tàm Vltramontani, quàm citramontani, præsertim eruditiores, & in primis Hugo Domell. lib. 17. coment. de iur. ciuil. cap. 6. vers. Iurisdictio quam, circa principium, ita, vt hæc sit communis, & receptior opinio, vt de communi testantur prællegatis in locis, tàm Cag. quàm Bologn. & pro hac opinione, quæ verissima est, plura possunt adduci, ego autem, studendo breuitati, vno vtor, vel altero dumtaxat.

45 Primum igitur sic argumentantur, si iurisdictio dicta esset à ditione, scriberetur tantum per t. non autem per c. t. cum à iuris, & ditione fiat iurisditio, vt sentiunt etiam tenentes contrariam sententiam, non autem iurisdictio; sed nullibi reperitur scripta; nisi per c. t. siue recentiores, siue vetustissimos codices inspiciamus, igitur non a ditione; sed à dictione iuris, & sic

46 a iure dicendo dicta est. Corroboratur hoc argumentum ex sententia Decij in d. l. imperium, quia etymologia nihil aliud est, quàm quædam vocis interpretatio, & eiusdem vocis in proprium effectum rei, quę demonstratur re-

47 solutio l. Tugurij de verb. signif. sed consuetudo scribendi hanc vocem per c. t. quæ optima est legum interpres l. si de interpretatione supr. de leg. interpretata est, vt sit dicta à iure dicendo; igitur concludendum est à dictione, non à ditione dictam esse.

48 Secundo loco possumus hanc sententiam huiusmodi ratione comprobare, per locum à coniugatis; Quicquid dicitur de altero ex coniugatis, debet dici etiam de altero l. si cognatis §. fin. ff. de reb. dub. l. sacra §. propriè ff. de rerum diuis. cum alijs adductis per Nicol. Vigell. in

49 sua dialectica iur. lib. 2. in loco a coniugatis; at ius dicens, quod est coniugatum cum iurisdictione, dicitur dubio procul à iure dicendo l. 1. infr. de iurisd. omn. iud. ergo idem de iurisdictione concludendum.

50 Nec

50 Nec facit negotium argumentum contrariæ opinionis; quia procederet ſi ſcriberetur ſine c. præterea magis proprium eſt iuriſdictionis ius dicere quàm iuris poteſtas, quæ adeo generalis eſt, vt ſexcentis iuris poteſtatibus, quæ ad iuriſdictionem non referuntur, poſſit accomodari, Dominia enim, quaſi dominia, ſeruitutes, Actiones, & id genus ſimilia omnia iuris poteſtates dici poſſunt.

51 Ad tertiam quæſtionem reſpondeo, dubium eſſe apud ipſos interpretes, quo iure fuerit introducta ipſa iuriſdictio, & propterea hoc quoque in quæſtionem vocabimus.

52 Pro præuia igitur quæſtionis huius terminorum intelligentia, præſciendum eſt nos non dubitare; an ſit de iure naturali, vel de iure ciuili, quia non ambigimus, iuriſdictionem relatam ad magiſtratus Romanorum, de qua diſputamus, eſſe de iure ciuili Romanorum, ſed quia hoc Romanum ius bipartito conſideratur; cùm aliquod publicum ſit, aliquod priuatum, idcirco nobis conſilium eſt in quæſtionem
53 vocare, an iuriſdictio ſit de iure publico,
54 quod attinet ad ſtatum rei Romanæ, vel de iure priuato, quod ſingulorum vtilitatem reſpicit §. vlt. inſt. de iuſt. & iur. l. 1. §. huius, ſupra eod. licet igitur multifariam poſſit aliqua res dici publica, vt declarant DD. in d. §. huius ſtudij, & præſertim Zaſius num. 17. nec non Odoffr. in l. 2. C. de edendo num. 16. nempe reſpectu vſus, reſpectu dominij, & alijs reſpectibus; nos tamen dubitamus, an iuriſdictio ſit publica, id eſt iuri publico aſcribenda; quia principaliter reſpiciat publicam vtilitatem, tamquam ea, quæ ad ſtatum rei, romanæ pertineat. In hac igitur controuerſia, hoc modo intellecta, & declarata, eſt reperire de more contrarias interpretum ſententias; eſt enim qui ſentiat iuriſdictionem eſſe iuris priuati, non autem publici, hic enim eſt ſenſus Mureti in hac quæſtione, qui poteſt nonnullis ſatis vrgentibus probari argumentis.

55 Primum autem, quia, quæ reſpiciunt negotium, ab Ariſt. Synallagma appellatum, & circa ea verſantur, quæ priuatam vtilitatem, principe ſaltem loco, reſpiciunt, iuris priuati, ſine dubio, eſſe dicuntur, vt patet ex d. l. 1. §. huius ſtudij ſupr. de iuſt. & iur. & ex d. §. vlt. inſt. eod. vbi DD. ſed talis eſt iuriſdictio; igitur eſt de iure priuato. probatur minor, quia iuriſdictio non niſi circa negotia, quorum bipartita eſt diuiſio, cum alia ſint ciuilia, alia criminalia, verſatur, vt infr. demonſtrabimus.

56 Secundo loco pro hac parte poſſumus ſic argumentari; ſi iuriſdictio in genere ſumpta eſſet de iure publico, nulla iuriſdictionis ſpecies reperiretur de iure priuato; cùm genus inſit totaliter ſuis ſpeciebus, de quibus dicitur, & prædicatur l. ſi quid earum §. interemptum ff. de leg. 3. Bart. ad l. 1. ff. ſi cert. pet. num. 2. Bald. ad l. 1. in §. 1. num. 1. ff. de pact. at quando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur dicuntur, omnia etiam de ſubiecto dicuntur, vt eſt auctor Ariſt. in antepræd. cap. 3. id eſt quod prædicatur de genere, idem etiam prædicatur de qualibet eius ſpecie l. ſemper ff. de reg. iur. l. item apud Labeonem §. generaliter ff. de iniur. cum alijs adductis per Nicol. Vigell. in ſua dialectica iuris lib. 2. in loco à genere; At iuriſdi-
58 ctionis ſpecies, vel omnes, vel aliquæ ſunt de iure priuato; igitur impoſſibile eſt iuriſdictionem in genere eſſe de iure publico.

59 Probatur minor, quia ea, quæ reſpiciunt priuatam vtilitatem, ſunt ſine controuerſia
60 de iure priuato d. §. vlt. & d. §. huius ſtudij, ſed mixtum imperium, & iuriſdictio ſimplex reſpiciunt priuatam vtilitatem; igitur mixtum imperium, & iuriſdictio ſimplex, quæ ſpecies ſunt iuriſdictionis in genere, de qua loquimur, ſunt de iure priuato. Eiuſmodi autem ſpecies reſpicere priuatam vtilitatem, probatur ex
61 diffinitionibus ipſarum; quandoquidem mixtum imperium, vt docet Bart. quem communiter ſequuntur DD. ad d. l. imperium num. 15. eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis expeditur, priuatam vtilitatem reſpiciens, quod ſi quis dicat, huiuſmodi definitiones rectè conceptas non eſſe, nec fieri poſſe in illis fundamentum; quia ſint commentatoris, habentis auctoritatem probabilem, non neceſſariam, alia ratione, eademque efficaciſſima, eandem minorem
62 probo, vnumquodque enim dicitur publicum, vel priuatum ab obiecto, ita vt, ſi verſetur circa obiectum publicum, ſit publicum,
63 ſi circa priuatum, ſit priuatum, hinc iudicia, quæ verſantur circa delicta publica, cuius modi ſunt homicidium, peculatus, ambitus dicuntur publica, tot. tit. Inſt. & ff. de publicis iud. illa autem, quæ verſantur circa negotia ciuilia, & priuata, delicta dicuntur priuata, hinc tàm, in iure noſtro, quàm apud M. Tullium, quem refert Zaſ. in d. §. huius ſtudij num. 16. habetur, centum viros iudicijs priuatis præ-
64 fuiſſe, at iuriſdictio ſaltem ſimplex, & mixtum imperium verſantur circa obiectum priuatum, vt ſunt actiones fluentes ex negotijs ciuilibus, & ex delictis priuatis, vt ſentiunt omnes; igitur duæ huiuſmodi iuriſdictionis ſpecies de iure priuato ſaltem eſſe dicuntur.
Actiones autem eſſe iura priuata, probatur, tùm quia ſunt iura ſingulorum, eorumdem priuatorum vtilitatem continentia; tùm quia de illis, & de alijs dicturus Iuſtin. in ſuis inſt. pollicetur ſe dicturum de iure priuato d. §. vltimo inſt. de iuſt. & iur.

65 Tertio, & vltimo, ſi aliqua iuriſdictionis ſpecies eſſet de iure publico, certè illa eſſet, quæ

quæ in mero imperio inest, sed nec illa qui-
dem, quæ meri imperij recipit appellationem,
est de iure publico, ergo nulla species iuris-
dictionis de iure publico esse dicitur, & con-
sequenter, nec iurisdictio in genere. Probatur
minor quia quod respicit principaliter priua-
tam vtilitatem, non, nisi iuris priuati, dici po-
test. Eiusmodi est merum imperium; ergo iu-
66 ris priuati est. Probatur minor huius pro-
bationis, quia merum imperium consistit in
absolutione, & condemnatione reorum, vt
nemo dubitat, sed vtrumque priuatam respi-
cit vtilitatem, ergo vniuersum imperium me-
rum, de absolutione non est dubitandum, cum
principaliter intersit illius, qui absoluitur,
&, quanquam intereſt reipub. innocentes ab-
solui, arg. l. absentem ff. de pœn. hoc est in-
67 consequentiam, & secundario. Condem-
nationem autem, & ipsam non respicere prin-
cipaliter publicam vtilitatem probatur, ex
sententia Io. Longouall. ad d. l. imperium
num. 12. per arg. à combinatione duarum ll.
quod est validissimum in iure, per l. Gallus §.
ille casus ff. de lib. & posth. cum cæteris la-
tissimè congestis per Euer. in suis centum lo-
cis arg. in loco à coniunctione, seu combina-
68 tione duarum legum, hoc modo videlicet,
si rei condemnatio publicam respiceret vtili-
tatem, rescriptum indulgens crimen reo, & à
69 noxa eum eximens, non valeret; cùm re-
scripta, contra publicam vtilitatem impetra-
ta, nullius sint momenti l. vlt. C. si contr. ius
vel vtil. publ. at impetratio talis rescripti va-
let l. pen. C. de præc. imp. off. igitur condem-
natio non respicit, saltem principaliter, publi-
cam vtilitatem, sed priuatam, & consequen-
ter; cùm nulla iurisdictionis species sit de iu-
re publico, impossibile est iurisdictionem in
genere, quæ de speciebus cum suis qualitatibus
prædicatur, iuris publici dici.

Cæterum argumentis huiusmodi; quam-
quam validissimis, minime refragantibus,
in contrariam iuerunt sententiam Azo in
summa C. de iurisd. omn. iud. num. 1. Bart.
in d. l. imperium numer. 2. & ibi Bald. in
prima interpretatione numer. 3. idem sentit
etiam gloss. hic, & consequenter cæteri om-
nes, tàm antiqui, quàm recentiores, & præ-
sertim Zasius in d. l. imperium numer. 1. &
Vacon. lib. 6. declarat. iur. ciuil. declarat.
77. num. 6. ita, vt sit communis, & recepta
opinio, quæ, & ipsa pluribus potest compro-
bari.

70 Primum quia propter, quod vnumquodque
tale, & illud magis, Auth. multo magis C. de sacr.
sanct. Eccl. l. in pecudum in fine ff. de vsur.
l. sexta ff. de coll. bon. cum alijs adductis per
71 Vigell. in sua dialectica iur. lib. 2. in loco
à causa finali, reg. 7. at propter iurisdictio-
nem sunt magistratus, vt colligere est ex om-
72 nibus tit. supr. de off. mag. qui magistra-
tus sunt de iure publico d. l. 1. §. huius stu-
dij supr. de iust. & iure, vbi DD. & præser-
tim Zasius num. 8. & 9. necnon Duaren. cap.
4. igitur iurisdictio est de iure publico, & mul-
to magis, quàm magistratus.
73 Secundo, quæcumque publicam vtilitatem
respiciunt, & ad statum rei Rom. spectant,
74 publici iuris esse dicuntur, Eiusmodi est
iurisdictio in genere; ergo est de iure publi-
co. Iurisdictionem autem respicere publicam
vtilitatem satis docet Pomponius in l. 2. §.
post originem supr. de orig. iur. dum dicit.
parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint,
qui iura reddere possint, & satis constat ad
statum rei Romanæ iurisdictionem ipsam per-
tinere; cùm ad magistratuus spectet, qui sunt
de iure publico, & ad formam, & constitutio-
nem reipub. pertinent.
75 Tertio, & vltimo, quicquid dicitur de actu,
necesse est etiam, vt dicatur de potentia,
76 quandoquidem qualis est causa talis etiam
censetur effectus l. quis quis §. filij verò C.
ad l. Iul. maiest. l. 1. in princ. ff. de ventr.
inspiciend. cum alijs adductis per Nicol. Vi-
gell. in dialect. iur. lib. 2. in loco à causa ef-
ficiente, sed actus iurisdictionis, qualis est iu-
dicare, dicitur esse munus publicum l. quippe
infr. de Iud. igitur etiam iurisdictio, quæ est il-
lius potentia.
77 Non obstant nunc contraria, & præsertim
primum argumentum, quia negamus iurisdi-
ctionem, & illius exercitium, licet priuato-
rum negotia plerunque respiciat, concerne-
re principaliter priuatorum vtilitatem, non
tenet enim hæc sequela, vt infr. videbimus,
iurisdictio versatur circa negocia particula-
ria, ergo respicit principaliter vtilitatem pri-
uatorum.
78 Nec obstat secundum; quia negamus ali-
quam speciem iurisdictionis reperiri, quæ sit
de iure priuato. Nec faciunt negocium, Bart.
definitiones, quia indignæ sunt, quæ à nobis
recipiantur; vt latius demonstrabimus ad l.
79 imperium infr. de iurisdic. omn. iud. Quòd
si quis velit eas quoquo modo sustinere, quia
ab alijs non improbentur, debet intelligere
illa verba priuatam vtilitatem respiciens, se-
cundario, non principaliter, vel respiciens
priuatam vtilitatem secundum quid, & re-
spectu meri imperij, nō simpliciter, nisi enim hoc
modo intelligantur Bart. definitiones; præter-
quàmquod non rectè explicat mixti imperij, &
iurisdictionis simplicis naturam; aduersatur
sibi ipsi, qui in eadem l. imperium sub num. 2.
dicit vna cum gloss. nostra hic, iurisdictionem
in genere potestatem esse introductam de iure
publico. Nec facit negocium illa consideratio
de obiecto

de obiecto publico, & priuato, quia omnia iudicia publica sunt simpliciter, vt probat d.
82 lex quippe de Iud. respectu tamen iudiciorum publicorum, quæ fiunt de delictis publicis, quæ magis publica sunt, priuata dici possunt. Etenim iudicia illa magis publica dicuntur, quæ non modo pendent ab hac potestate de iure publico introducta, quod proprium est omnium iudiciorum; sed etiam, quia sunt popularia & popnlica, quatenus in illis quilibet de populo potest procedere ad accusandum, & ob illas causas, de quibus latè per Franc. Duar. lib. 1. disput. anniuers. cap. 37. vbi admittit diei posse publicum iudicium etiam priuatum, respectu illius, quod fit magis publicum, id quod tetigimus etiam nos ad Rub. C. de edend.
83 num. 18. quemadmodum enim minus malum respectu maioris dicitur bonum can. iurauit, & can. non solum 23. q. 3. l. quoties nihil ff. de reg. iur. l. si ita vulneratus ff. ad l. Aquil. can. duo
84 mala 13. distinct. ita quoque minus publicum, respectu magis publici, potest dici priuatum. Accedat etiam, & hoc tollit omnem difficultatem, quòd non tenet sequela, aliqua iudicia sunt priuata, ergo aliqua iurisdictio est priuata, propterea quod, aut iudicium refertur ad populum, vel ad magistratus, & publicum semper dici debet, cum sit actus habentium iurisdi-
86 ctionem, & sic publicarum personarum, aut refertur ad iudices datos, & tunc potest diei priuatum; cum non sit actus iurisdictionis;
87 sed simplicis notionis, & ad personas priuatas referatur, & hoc modo potest intelligi M. Tullij locus ex aduerso adductus.

Non obstat tertium, & vltimum, quia falsum est etiam merum imperiū non respicere principaliter publicā vtilitatem, vt apertè dicit Bart.
88 quem omnes sequuntur, ad d. l. imperium n. 6. & certe absolutio innocentis principaliter respicit publicam vtilitatem, vt patet in l. absentem ff. de pœn. in consequentiam autem vtilitatem illius, qui absoluitur, Nec facit negocium illud, quod dicebatur de condemnatione;
89 quia publica vtilitas consistit vniuersaliter in eo; vt rei condemnentur; sed non propterea sequitur, vt ex causa, &, ob maiorem vtilitatem publicam, non possit ob meritum, & ob aliam similem causam delinquenti indulgeri, arg. §. sed
90 & quod principi placuit, inst. de iur. nat. gent. & ciu. & l. ad bestias ff. de pœn. Actus enim indulgentiæ, & absolutionis, & ipse iurisdictionis, seu imperij est actus.
91 Quod si quis velit in hac quoque controuersia contrarias conciliare opiniones, poterit hanc distinctionem adhiberè, ad mentem Zasy ad l. 1. in §. huius studij supr. de iust. & iure
92 num. 16. & 17. aut iurisdictio consideratur in se, & in sua primeua institutione, quatenus fuit instituta, vt per eam ius redderetur, & diceretur in vrbe Romana, secundum ea, quæ colliguntur ex omnibus titulis, in quibus agitur supr. de magistratibus, nec non ex l. 2. de orig. iur. & , hoc modo considerata, est de iure publico, & sic vendicant sibi locum posterioris sententiæ arg. aut consideratur, quatenus, per exercitium, descendit ad priuatorum negocia,
93 & tunc rursus distinguendum est; quia aut refertur ad publica delicta & ad publica iudi-
94 cia, & etiam quo ad exercitium dicitur esse de iure publico, aut vero refertur ad negocia ciuilia, & omnino priuata, & tūc, licet simpliciter, & per se sit iuris publici, tamen, secundum quid, & ratione obiecti, aliquo modo iuris priuati esse dicitur, nisi simpliciter, saltē respectiuè ad iurisdictionem consideratam in superioribus membris
95 huius distinctionis. Nec est inconueniens, vt vna, & eadē res diuersis respectibus, diuerso iure censeatur §. cū in suo solo Inst. de rerum diuis. faciunt optime, in terminis nostris §. 1. §. flumina §. riparum §. littorum. Inst. ead. tit. vbi DD.
96 Ad quartam autem respondeo, iurisdictionem esse introductam ob publicam vtilitatem, vt colligere est ex l. 1. §. huius stud:j supr. de iust. & iur. & vt iudicia rectè in vrbe constituerentur, & ordinarentur, quæ omnia, aut distrahen-
97 darum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum gratia reperta sunt, vt ex M. Tull. Pro Cecinna docet Coras. ad Rub. infr. de iurisdic. omn. iud. num. 4. parum enim est ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura reddere possint, hoc est magistratus, & iurisdictionem habentes, vt tradit Pomponius ad l. 2. supr. de orig. iur. &. in
98 summa, vt vno verbo dicam, est introducta ob bonum publicum ciuitatis, vt bene quietèque viuat, vt ex Arist. lib 7. politic. & ex l. congruit ff. de off. præsid. docet Vacon. d. declarat. 77. num. 6. &, vt summatim dicam, fuit introducta, vt essent in vrbe qui vim coercerent, tenuiores à potentiorum iniurijs defenderent, suum cuique tribuerent, Iuris æquabilitatem inter omnes proportione tenerent.
99 Ad quintam quæstionem respondeo, iurisdictionem, quatenus generaliter accipitur pro ea potestate iurisdicendi, quæ tam ad ciuilia, quàm ad criminalia negocia refertur, vario mo-
100 do reperiri definitam Coras. lib. 3. Miscell.
101 cap. 17. in princ. dixit esse publicam iurisdicendi potestatem, & Vacon. præallegato in loco definit, publicam esse iuris potestatem, per quam quis operatur in iusto dicendo, vt ciuitas bene, quietèque viuat, sed magis placet definitio Antonij Gouean. lib. 2. de iurisd. in præludijs, in fine, vt potè quæ breuissima est, & cœteris magis perspicua, inquit ipse; iurisdictio est potestas publica statuendi de ciuili, vel de criminali negocio.
103 Constat igitur hæc definitio ex suo genere, & differentijs, secundum Philosophi præceptionem lib. 6. Topi. cap. 1. & Bart. ad l. 1. de testam. posita enim est loco generis vox illa, potestas quæ

quæ, generaliter accepta, est principium quoddam, & virtus, qua aliquid agimus vel agere possumus, vt docet Bologn. hic nu. 3. ex Arist.
105 lib. 9. Meta. par. 12. vbi comentator, & non modo prædicatur de potestate iuris, sed etiam
106 de potestate facti, quæ est triplex, vt est au-ctor Arist. eod. lib. 9. Metaph. text. 10. aut enim est à natura, vt vis & facultas videndi, ambulandi, bibendi, aut à consuetudine, vt facultas canendi Tibijs, & Cytarizzandi (vt aiunt) aut à doctrina, vt facultas medendi, respondendi de iure, & sic de alijs artibus, quæ omnes facultates, vt excluderentur, additæ sunt differentiæ,
107 & dictum est, esse potentiam iuris, cæterum quia iuris potentia quoq; multiplex est, & præsertim triplex, quædam scilicet circa res, quædam circa personas, & quędam circa actiones, circa res, vt est facultas disponendi de rebus suis, vel per contractus, vel per vltimas voluntates, quę satis exclusa est à dictione illa, super addita, publica, cum hæc facultas sit de iure priuato. §. vltimo Inst. de iust. & iur. circa personas, vt potestas Tutoris, vel curatoris in adultum, vel pupillum, parentum in liberos dominorum in seruos, Principum in subditos, potestas autem circa actiones, vel circa iudicia, est ipsa iurisdictio, quæ sola, vt concluderetur, hac definitione, & cæteræ omnes excluderentur, addita sunt illa verba, statuendi de ciuili, vel de criminali negocio, quę non modo simplicem iurisdictionem designat, sed etiam imperium, quod ad crimina refertur.
108 Ad sextam respondeo, duplicem esse iurisdictionem, quandam scilicet voluntariam, quandam contentiosam, vt colligere est ex Bart. ad l. vnicam C. de confess. nu. 5. & 6. tradunt DD. ad l. vltimam infr. eod. & hic Pyrr. Alphan. in vestibulo, per tex. apertum in l. 2. supr. de off.
109 proconf. Voluntaria illa est, quę exercetur partibus volentibus, & consentientibus, id quod fieri dicitur, dum iudex decernit, suam interponendo auctoritatem, in manumissionibus, adoptionibus & alienationibus minorum & trāsactionibus l. fin. C. de emancipat. liberorum l. 1. §. vltimo infr. de reb. eorum l. cum ij. §. si prę-
110 tor infr. de transact. Contentiosa autem est rursus duplex, quædam ciuilis, quędam criminalis, vt docet. Ant. Gouean. lib. 2. de iurisdict.
111 post princ. & dicitur contentiosa hęc iurisdictio, quia exercetur partibus contradicentibus, & contendentibus, & est in causa, vt iudicium in inuitum etiam reddatur l. inter stipulantem §.
112 1. ff. de verb. oblig. Iurisdictio ciuilis, quę iurisdictio simplex, seu iurisdictio in specie à nostratibus appellatur, rursus in duas partes, & quasi potentias diuiditur, secundū Mari. Salam. ad l. 1. infr. eod. nu. 12. cum sequen. in simpli-
113 cem scilicet iurisdictionem, quę nihil aliud est, quemadmodum videbimus in l. imperium infr. de iurisdic. omn. iud. quàm potestas iudicandi, iudicesq; dandi de ciuilibus controuersijs, & delictis priuatis, omninoq; de ijs tantum, pro quibus non alia, quàm pecuniaria pœ-
114 na imponeretur, & mixtum imperium, quod est potestas imperandi in rebus ad ciuilia negocia pertinentibus, & modice coercendi contu-
115 maces. Criminalis autem iurisdictio, quę speciali nomine purum, vel merum imperium appellatur, nihil aliud est, quàm potestas quærendi de criminibus, & à confessis, aut conuictis pœnas, aut legibus constitutas, aut pro admissi modo arbitrarias exigendi, huiusmodi autem definitiones, quas mutuati sumus à Marco Ant. Muret. hic, latius explicabuntur à nobis; Deo dante, ad l. imperium infr. de iurisdic. omn. iud.
116 Omnis autem iurisdictio, siue sit simplex, siue merum imperium sit, siue mixtum, & sic vtraque, tàm criminalis; quàm ciuilis, rursus duplex est, quædam ordinaria, quæ competit iure magistratus, & est, aut simpliciter ordinaria, aut excitata, de qua in c. licet ex de off. ord. & in c. cùm aliquibus de rescrip. lib. 6. quædam delegata, seu demandata, vt colligitur ex l. 1. inf.
117 eod. & iurisdictio delegata, aut est delegata à lege, aut ab homine, prima ea est, quæ specialiter, & nominatim tribuitur lege, senatusconsulto, vel principis constitutione, vt in d. l. 1. infr. eod. secunda est rursus duplex, aut delegata à principe, aut ab inferiore à principe, illa ea est, quam princeps rescripto, aut constitutione delegat, hęc vero est illa, quam magistratus delegant, qui eam habent iure proprio, vt colligere est ex interpretibus hic, & in l. more, & in l. & quia infr. de iurisdic. omn. iud.
118 Ad septimam respondeo plura desiderari ad hoc, vt iurisdictioni, & eius exercitationi sit locus, quæ tamen omnia possunt redigi ad quinque solitas circunstantias, Rei nempe, personæ, loci, temporis, & modi. Requiritur enim circunstantia rei, id est causæ, quatenus causa ipsa debet esse eius quantitatis, & qualitatis, de qua iurisdictio sit ius dicendi, pro iudicum, & magistratuum varietate, vt colligere est ex l. si idem cum eodem iuncta l. imperium & l. magistratibus ff. de iurisd. omn. iud. nec enim omnium magistratuum vna atque eadem erat potestas, sed alij de maiori, alij de minori iusdicebant, de maiori enim Consul, & de minori Prætor ius dicit, vt perspicuum maximè fit ex eleganti & ad hanc rem valdè accōmodato Quint. 5. Instit. loco. Non debes, inquit, apud Prætorem petere fideicommissum, sed apud Consulem, maior enim Prætoria iurisdictione summa est. Magistratus quoque municipales non possunt de maiori summa ius dicere, quod & Paul. aperte demōstrat lib. 5. senten. Res igitur iudicatę videntur a magistratibus municipalibus vsque ad summam, qua ius dicere possunt. Item defensores plebis, qui & magistratus sunt iusdicere possunt vsque ad summā 500. aureorum l. 1. C. de defens.

defenf. ciuit. hodie tamen vfque ad 300. dumta-
xat, vt probat Nouel. 11. ita tradunt, & Cuiac. &
Gouean. ad d. l. fi idem cum eodem. Quan-
doquidem caufa criminalis cognofci non
poffet ab eo, qui fimplicem haberet iurifdictio-
nem, ad quam pecuniarię dumtaxat, & ciuiles
120 pertinent caufę, facit l. folent fupr. de off. pro-
conful. Requiritur etiam fecundo circumftan-
tia perfonę, tam ex parte iufdicentis, quàm
ex parte eorum, quibus ius dicitur, ex parte
iufdicentis, quia non omnes poffunt iufdicere,
& iurifdictionem exercere, aliqui enim impe-
diuntur natura, vt furdi, & muti, & impuberes,
& furiofi, aliqui lege, vt a fenatu moti, aliqui
confuetudine, vt fœminæ, & ferui l. cum prætor
ff. de iud. l. non diftinguimus § fi feruus ff. de re-
cept. arbitr. l. fœminæ ff. de reg. iur. tradit latè
Claud. Cantiunc. in fuo tractatu de off. iudicis
cap. 3. num. 3. ex parte etiam eorum, quibus ius-
121 dicitur, Perfonę circumftantia defideratur,
quatenus, qui iurifdictioni pręeft, neque fibi iuf-
dicere debet, neque vxori, vel liberis fuis, ne-
que libertis, vel cæteris, quos fecum habet l. qui
iurifdictioni, infr. de iurifdic. omn. iud. dixi, debet,
quia fummo iure, is, qui iurifdictioni præeft,
ius dicere liberis, libertis, vel cæteris, quos
fecum habet, poteft. fi Cuiacio credimus, qui
tractat. 3. ad Africanum, in veftibulo, ita cum d. l.
qui iurifdictioni conciliat l. in priuatis ff. de iu-
dic. l. ille a quo §. vlt. ff. ad f. c. trebell. & l. apud
filium familias ff. de manu. vindict. vbi non vult.
Africanũ. & alius qui dicunt, poteft, Vlpiano ad-
uerfari, qui dicit, non debet, Africanus enim ius
demonftrat, Vlpianus honeftatem, in publicis ta-
men caufis, nec poteft, nec debet, vt latè per Cu-
iac. d. in loco, item, qui Iurifdictioni pręeft, neque
maiori, aut æquali, nifi fponte fe fubijciat l. eft
receptum, infr. eod. tit. de iurifd. omn. iud. ius di-
122 cere poteft. Requiritur etiam circumftantia
loci, quatenus extra territorium, Ius dicenti im-
punè non paretur l. extra territorium infr. de iu
rifd. omn. iud. & quatenus ius dici debet fpecia-
123 li in loco, vbi magiftratus, falua maieftate
imperij, faluoque more maiorum, iufdicere con
ftituit, qui locus rectè ius appellatur, vt docet
124 Paulus in l. penul. in fine fupr. de iuft. & iur.
Defideratur etiam quarto circunftantia tempo-
ris, quatenus diebus feriatis non licet iurifdictio-
nem exercere, tot. tit. infr. C. & extr. de ferijs. Eft
125 quoque neceffaria circunftantia modi, qua-
tenus nemo, ius dicendo, fuæ poteft iurifdictionis
modũ excedere l. fin. infr. de iurifd. omn. iud. in fi-
ne, & quatenus, in procedendo, obferuandus eft
ordo iuris, fecundum varietatem magiftratuum,
locorum, & caufarum, iuxta ea, quæ tradi-
dimus ad rub. C. de edend. num. 29. cum feq. facit
l. properandum C. de iud. & tot. tit. C. de ord. iud.
126 Ad octauam quæftionem refpondeo, iurifdi-
ctionis in genere effectum effe de caufis, tam ciui
libus, quàm criminalibus iudicare, & Iudices da
re l. imperium infr. de iurifd. omn. iud. vbi DD. &
confequenter ciuitatis tranquillitati, & quieti
iudicando confulere, vt colligere eft ex Corafio
ad rub. infr. de iurifd. omn. iud. num. 4. & ex Va-
conio lib. 6. declarat. iuris ciu. declarat. 77. num.
6. Particulares autem iurifdictionis effectus plu-
127 res funt, de quibus latè per Zafium ad l. 1.
infr. de iurifd. omn. iud. num. 11. & præfertim, vt
iurifdictione conceffa, omnia neceffaria con-
ceffa videantur, fine quibus iurifdictio explica-
128 ri non poteft l. 2. eod. tit. iurifdictionis etiam
effectus eft, vt, fi litigans, poft litem contefta-
tam, forum, vel domicilium mutauerit, nihilo-
minus iudex prior in eum procedat l. cum quę-
dam eod. tit. fed de his figillatim agendum eft à
nobis ad d. l. imperium, cuius occafione, de fin-
gulis iurifdictionis fpeciebus feparatim tra-
ctabimus.
129 Ad nonam refpondeo, iurifdictionem pluri-
130 bus modis finiri, & duobus potiffimum, aut in
fingulis caufis, aut vniuerfaliter, primo modo fi
nitur, aut finita inftantia l. properandum C. de
131 iudicijs, aut iudice recufato c. licet de foro
competenti l. fin. C. de iudicijs, fecundo autem
132 modo finitur, aut ipfo iure, aut facto homi-
nis, ipfo iure, aut natura, aut lege, natura per
mortè l. more infr. de iurifd. omn. iud. & in dele-
gato etiam morte delegantis. DD. & præfertim
133 Zafius ad l. 1. infr. tit. 2. num. 23. vbi fcilicet
res eft integra d. l. more, & l. & quia infr. tit. 2.
nifi fub nomine dignitatis delegatio facta fit c.
quoniam Abbas de off. delegati, id quod proce-
dit etiam in principis delegato, c. relatum, vbi
gloff. & DD. extr. de off. deleg. etiam fi effet dele-
gatus ad vniuerfitatem caufarum c. vlt. §. offi-
ciũ de off. delegati lib. 6. c. ne aliqui de hæreticis
lib. 6. tradunt Bart. & DD. ad d. l. more, & Camill.
134 Plautius in l. 1. infr. eod. lib. 3. in verbo delega
tu num. 6. lege autem finitur, in ordinario, fini-
to magiftratu l. eum qui. in fine infr. de iurifd.
135 omn. iud. magiftratus autem vrbani, finieban-
tur exacto anno, prouinciales autem, exacto
illo tempore, ad quod mittebantur, quoad po-
teftatem exercendam, fciendum tamen eft, quã-
diu fucceffor non venerat, eos priuatos non in-
telligi l. meminiffe de off. proconf. argumento le
gis venditor §. iudices, de iudicijs, nec depone-
bant imperium, id eft infignia imperij, nifi por-
tam Romæ ingreffi l. vlt. de off. proconf. tradit
136 Gouean. ad d. l. eum qui, in fine, ita vt, quandiu
Vrbem non ingrederetur femper iurifdictionem
volũtariam poffent exercere, in delegato autem
137 ceffante caufa delegationis, vt puta abfentia
arg. l. 1. infr. eod. & lapfo tempore commiffionis,
quod iudicio præftitutum erat c. 4. de off. dele-
gat. l. cum prætor, & l. iudicium infr. de iudicijs,
& fic elapfo termino commiffionis c. de caufis
de off. delegat. nifi iurifdictio fit prorogata, vt
in l. 2. in princ. verf. fi, & iudex de iudic. quo
cafu, etiam prorogata iurifdictio fpirat pœniten

tia paciſcentium, antea quàm Iudex adeatur l.ſi
cū venerit de iuriſd. omn. iud. aut finito negocio
138 cōmiſſo l. Iudex de re indic. facto autem ho-
minis, vbi finitur, aut finitur facto iudicis, aut fa-
cto alterius, facto Iudicis, non vtendo, & ſic per
præſcriptionem c. cum olim c. cum perſonæ de
priuileg. lib 6. Balb. de præſcrip. in 2. parte quin-
tæ partis principalis q. 3. num. 6. & Sebaſt. Sapia
ad l. imperium num. 37. 46. 49. & 74. facto autem
alterius, vt puta, quia quis ante finitum magi-
ſtratum remoueatur, vt per Ant. Gouean. ad l. &
quia infr. tit. 2. facit lex cum prætor de iudicijs,
& eſt tex. in l. diē functo inf. tit. proximo, vbi DD.
communiter, vel, ſi mādata iuriſdictio ab eo, qui
mādauit, adimatur l. ſolent ſupr. de off procon ſ.

Sequitur modo, ſecundum propoſitum ordi-
nem, vt totidē explicemus quæſtiones de officio
139 Iudicis. Quod attinet igitur ad primam, re-
ſpondeo, officium multifariam accipi, & latius
140 patere, quàm artificium l. legatis ſeruis, l. 3. §. ſi
ex officio de leg. 3. & Africanus ad l. textoribus
in ordine 59. eod. tit. quot quot tamen ſunt hu-
ius vocis ſignificationes, quæ propemodum ſunt
infinitæ, vt colligitur ex Bologn. hic num. 39.
cū ſeq. & ex Petr. Gregor. Tholoſ. in Syntag. iur.
vniuerſ. part. 2. lib. 18. cap. 21. ex Felin. & alijs
ad Rub. de off. delegat. tradit etiam Cæſar Coſta
lib. 2. variarum ambiguitatum cap. 1x. nec non
Pyrrus Alphan. hic nu. 95. cum ſeqq. vbi ſex prin-
cipes enumerat ſignificationes, poſſunt redigi
141 ad hanc methodum, vt aliquod ſit officium
metaphoricum, aliquod proprium, illud, quod
metaphoricè accipitur, aut ad res refertur, aut
ad perſonas, ſi ad res, aut incorporeas, aut cor-
142 poreas, vbi ad res incorporeas refertur, aut
ſignificat Imperium, poteſtatem, & dignitatem
ius dicentis l. veluti de verb. ſign. aut benefi-
cium, vt tradit Mynſing. ad rub. Inſt. de officio
iudicis num. 3. per tex. in l. fœmine de reg. iur.
143 Vbi vero ad corporeas refertur, locum ſigni-
ficat, in quo conſiſtunt officiales, vel cellu-
lam, ſecundum alios, in qua ſcripta quædam,
ad ea, quæ pro tribunali agenda erant, perti-
nentia, reponebantur, vt in l. cum pro quo ff.
de in ius vocand. & in l. ſempronia libellos ff.
de furtis, &, ſecundum hanc acceptionem, etiam
etruſco noſtro idiomate, loca quædam Floren-
tię, in quibus varij officiales ius mercatoribus
reddunt, & opificibus, officia appellantur,
144 quando verò ad perſonas refertur, magiſtra-
tum ipſum, & officialem ſignificat, vel iudicem,
vt in l. ſi fideiuſſor §. vlt. infr. qui ſatiſd. cog. hinc
145 refertur etiam officium ad miniſtros magi-
ſtratuum, ac Præſidum l. illicitas §. ne tenuis,
vbi gloſſ. de off. pręſid. l. ſi plus, vel minus, quæ
eſt antepenultima infr. de euict. l. 3. C. quand.
fiſc. vel priuat. l. 1. §. ſi quis vltro de quęſt. cum
alijs adductis per Prateum in ſuo dictionario, in
verb. officium, inde etiam fit, vt pro Irenarchis
146 vſurpetur in l. ea quidem C. de accuſat. pro-
priè autem acceptum officium id eſt, quod
vnuſquiſque debet efficere, ſecundum perſonę,
quam ſuſtinet, qualitatem, ſeruata .ſ. honeſta-
te, quid loco, quid tempori, quid perſonis conue-
niat, ſic quomodo debeamus omnes eſſe in offi-
147 cio, tractat eleganter M. Tull. tribus libris
officiorum, hinc deſerere officium, & in oficio-
ſum cenſeri, cum quis, contra publicam honeſta-
148 tem aliquid facit, ſic, & inofficioſus di-
citur parens, qui ſanguinis, ex ſeſe procreati, &
pietatis obliuiſcitur, vt in l. 2. ff. de inoff. teſtam.
149 &, ſecundum hanc propriā, & generalem ac-
ceptionem, Aut refertur ad perſonas publicas,
vt ſunt magiſtratus, & iudices, qui, & maio-
res, & minores ſunt, vt in pluribus tit. ſupr. aut
150 ad perſonas priuatas, in quibus, rurſus du-
plex eſt officiū, quoddā enim ſine artificio, qua-
le eſt officium patris erga filios, vxoris erga
maritum, ſerui, & liberti erga dominum, &
patronum, & e contra, eodem modo, ſine ar-
tificio officium eſſe arbitratur eorum, qui mi-
niſterium tantum præbent. Petr. Gregor. Tho-
loſ. in d. cap. 21. num. 4. cuiuſmodi ait eſſe, ex
ſententia gloſſ. in d. §. ſi ex officio, mulionem,
agaſonem, opilionem, ſaltuarium, armigerum,
dapiferum, cocum, paſtorem, piſtorem, & ſi-
151 miles eius generis ſine certa arte. Quoddam,
152 cum artificio, & hoc eſt rurſus duplex, quod-
dam enim refertur ad artificium liberale, vt of-
ficium Medici, Philoſophi, Aduocati, vel cuiuſli-
bet alterius ſimilis profeſſionis, quoddā ad Me-
chanicum, quale eſt officium architecti, picto-
ris, ſtatuarij, marmorarij, lecticarij, & alio-
rum ſimilium, quos fusè enumerat Tholoſ. in ſæ-
pius repetito cap. 21. num. 7. Nos autem agi-
mus hic de vnius, & ſolius iudicis officio, quod
conſiſtit in eo, quod facere debet, vel facere po-
teſt is, cui mandata eſt iuriſdictio.
153 Ad ſecundam autem reſpondeo, officium di-
ctum eſſe ab efficiendo, quaſi efficium, & pro-
pter ſermonis decorem, vna mutata littera, of-
ficium, vt ait D. Ambroſius lib. 1. officiorum,
quem refert Tholoſ. & ſequitur prælleg. in lo-
co, & hanc declarationem probat Abbas, in cap.
poſt ceſſionem, num. 2. de probat. & nouiſſimè
Pyrr. Alphan. hic num. 94. vel, ſecundum alios,
ab officiendo dictum eſt, vt nulli officiat arg.
c. cùm non deceat de elect. lib. 6. & dicitur of-
ficium Iudicis, vt aliorum officia excludantur,
faciunt ad hæc tradita etiam per Bolog. hic, &
per Prateum in ſuo dictionario, in verb. offi-
cium, & ab hoc officio, quatenus publici cu-
iuſdam muneris neceſſitatem includit, dicuntur
officiales, Card. in clem. 2. de reſcript. Verum
quia, circa officialiū appellationem, dubitant hic
DD. propterea non omnino importunæ, vel ſal-
tem vtiliter, de duobus cum illis dubitabimus.

Primum, nimirum, an delegatus ſummi Pon-
tificis dicatur eiuſdē principis officialis, ita, vt ei
cōpetant priuilegia conceſſa officialibus Papæ,
Secundo,

Secundo, an statutum loquens de officialibus communis Florentiæ, Pistorij potestatem comprehendat, qui pro communi Florentię magistratum gerit.
154 Quod attinet ad primum, cuius termini sunt notissimi, sunt pugnantes DD. sententię, prima est negantium, statuto, de officialibus Summi Pontificis loquente, eiusdem Pontificis delegatum comprehendi, pro hac enim sententia respondit Lapus Castellionens. in suo consilio impresso post cons. Oldradi, quod incipit, factum, super quo iuris consilium quæritur, colum. 2. vers. ad secundum. sequitur hanc eandem sententiam Decius hic num. 8. & ad rub. extr. de offic. & potest. iud. deleg. num. 9. videtur etiam sentire hic Sebastianus Sapia num. 9. & 10. & pro hac opinione, quam receptiorem esse dicit Pyrr. Alph. hic nu. 101. vbi alios adducit, plura afferuntur.
155 Primum autem sic ratiocinantur, statutum loquens de officialibus Papæ, non potest intelligi nisi de ijs, qui sunt propriè, & strictè offi-
156 ciales, cum statuta propriè, & strictè intelligantur l. 1. §. si quis nauim ff. de exerc. act. l. 3. §. hæc verba ff. de negoc. gest. l. non aliter, in princ. vbi gloss. ff. de leg. 3. cum simil. at delegatus Papæ non dicitur propriè, & strictè officialis, igitur non potest statuto memorato comprehendi.
157 Minor probatur, quia ille dicitur propriè officialis, qui, vel gerit magistratum, vt colligere est ex pluribus titulis proximè præcedentibus, vel qui præpositus est à Summo Pontifice ad id, quod pertinet ad sedem ipsam apostolicam; & in ipsius, vel sedis apostolicæ obsequijs existit, vt sunt nuncij c. cum Matheus de hæreticis. lib. 3. extrauag. comun. & c. diuina de priuilegijs. lib. 5. eorundem extrauag. comun.
158 sed delegatus Papæ, nec certum magistratum gerere dicitur, nec in obsequijs sedis apostolicæ existit, cum illi priuatorum causæ committantur, igitur statuti dispositione, de officialibus Papæ loquente, non comprehenditur.
159 Secundo, statutum loquens, & disponens de officialibus, non nisi de illis disponere, & loqui intelligitur, qui secundum communem vsum
160 loquendi dicuntur officiales, cum, in interpretatione statutorum, communis vsus præferatur proprietati l. liberorum §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. gloss. est in c. nonnulli de rescriptis in c. cupientes de elect. libr. 6. tradit
161 Bar. ad l. Labeo. ff. de supell. leg. num. 5. sed, secundum communem vsum loquendi, delegatus Papæ non dicitur officialis eiusdem Papæ, non potest ergo referri ad eum, statutum loquēs
162 de officialibus. Minor probatur, quia officialis, secundum communem vsum loquendi, est, qui, sub alio, ministerialiter iurisdictionem exercet, arg. l. argentarius in princ. ff. de edend. c. romana de appell. lib. 6. cum alijs adductis per Ant. de Butrio cons. 74. num. 3. vbi dicit officiales eos appellari, qui ad particularia officia iurisdictionalia, per ciuitates assumuntur, & consequenter officialis Papæ, secundum communem vsum loquendi, vt testatur Lapus in allegato suo cons. est qui gerit negocium pertinens ad sedem apostolicam, non is, cui, inter partes, causa decidenda committitur, sed talis non est delegatus Papæ, igitur nulla ratio patitur, vt statuto, de officialibus Papæ loquente, comprehendatur.

Tertio, & vltimo, ita se habent extrauagantes in d. c. cum Matheus, & in d. c. cum diuina, ad delegatos Papæ, cum loquantur de officialibus, & illis priuilegium tribuant, quemadmodum statutum, de quo agimus, sed priuilegium illarum extrauagantium constitutionum, delegato Pontificis, cui cōmissa sit causa auctoritate apostolica decidenda, non competit, quemadmodum vsus est interpretatus, vt testatur Lapus in d. suo cons. cui subscribunt sex alij non obscuri nominis doctores, ita vt communem faciant opinionem, igitur nec dispositio statuti, quæ loquitur de officialibus Papæ, potest Papæ delegato accommodari.

In contrariam tamen opinionem videtur ire Iacob. Niger hic num. 3. & Io. Bolog. num. 43. qui tamen num. 44. non videtur recedere à prima opinione, hanc eandem probauit exprẹssè Augustinus Berous ad rub. extr. de offic. & potest. iud. deleg. num. 48. et nouissime Pyrr. Alph. hic num. 102. & si rectè perpendatur cons. Lapi, nec ipse videtur recedere ab hac opinione, quam ego quoque veriorem esse arbitror, ductus vnica, eademque vrgentissima ratione,
163 quæ est hæc. Quicunque, tàm propriè, quàm secundum communem vsum loquēdi est officialis papæ, statuto, de Papæ officialibus loquente, cōprehenditur sine dubio, sed delegatus Papæ, tam secundum proprietatem, quàm secundum communem vsum loquendi, dicitur officialis Papæ, ergo statuto, loquente de Papæ officialibus, comprehenditur. Maior perspicua est, Minor probatur, quo ad caput proprietatis, quia ille dicitur propriè officialis alicuius, cui officialis competit definitio, aut etymologia, vel allusio, per doctrinam Bar. communiter receptā ad l. omnes populi ff. de iust. & iur. num. 59. sed delegato Papę competit, tam definitio, quàm notatio, seu deriuatio, seu allusio officialis Pa-
164 pæ, igitur propriè est officialis Papæ. Probatur minor, quia officialis alicuius is dicitur, qui circa aliqua negocia vices eius gerit, vt tradit Lapus in sæpius repetito cons. vers. ad se-
165 cundum, facit gloss. in clem. 2. de rescript. sed delegatus Papæ, in causa, sibi commissa, vices illius gerit, cum reprẹsentet immediatè perso-
166 nam Papæ, vt admittunt communiter DD. hic, qui, hanc ob causā, eum digniorem ordinario faciunt; igitur est officialis Papæ vel secundum

167 Ant. de Butrio in d. cons. 74. num. 3. ille stri-
ctè, & propriè dicitur officialis Papæ, qui mi-
nisterialiter eiusdem Papæ iurisdictionem exer-
cet, vt pluribus ipse comprobat, sed delegatus
Papæ ministerialiter, id est tamquàm minister
eiusdem Papę, iurisdictionem exercet, cum ni-
hil proprium habeat, sed fungatur vice illius
l. t. §. qui mandatam infr. eod. ergo delega-
tus Papæ est propriè officialis illius, id quod
probatur etiam per locum à notatione, seu ety-
mologia, vel deriuatione, siue allusione, à qua
eodem modo sumi verborum proprietatem sta-
168 tuit Bart. in præalleg. loco, ille enim propriè
dicitur officialis, qui aliquod officium exercet,
à quo denominatur, vt per Card. in clem. 2.
de rescript. quæst. 11. faciunt tradita per Bart.
ad d. l. omnes populi, at delegatus Papæ sine
dubio dicitur habere officium, vt patet in rub.
nostra, & in rub. extr. de offic. & potest. iud. de-
legat. igitur ab officio potest propriè appellari,
esse autem officialem, secundum communem
vsum loquendi, nulli dubium est, notorium est,
enim omnes Regis ministros, vel summi Ponti-
ficis, vel alterius cuiuscumque principis, ius, &
iustitiam administrantes, secundum communem
vsum loquendi, officiales, vel Regis, vel sedis
apostolicæ appellari, sed delegatus Papæ est il-
lius minister, qui pro eo ius, & iustitiam admi-
nistrat, vt patet ex d. tit. extr. de offic. delega-
ti, igitur, etiam, secundum communem vsum
loquendi, est Papæ officialis. Accedat etiam,
quòd de hoc cõmuni vsu loquendi testatur Ant.
169 de Butrio in d. cons. 74. num. 3. quatenus di-
cit, ex communi vsu loquendi, officiales eos
appellari, qui ad particularia officia iurisdictio-
nalia, per ciuitates assumuntur, at delegatus
Papæ assumitur ad particulare officium iurisdi-
ctionale, vt patet in hac rub. de off. eius, igi-
tur, etiam secundum communem vsum loquen-
di delegatus Papæ est eiusdem Papæ officialis.
Præterea posset etiam probari per locum ab au-
ctoritate, iuxta doctrinam Bart. ad d. l. omnes
populi num. 59. officialem propriè esse etiam
delegatum, quatenus in d. cap. diuina de pri-
uilegijs lib. 5. extrauag. com. appellatio officia-
lis æqualiter refertur, tam ad ordinarios, quàm
ad commissarios, & delegatos.
170 Non obstat contraria, & præsertim primum
argumentum, quia falsum est referri officialium
appellationem tantummodo ad magistratus, &
ad iudices ordinarios, vt patet ex tit. nostro, &
ex d. c. diuina, nec non ex tit. de officio delega-
ti, quinimmo potius referri ad ministros alienæ
iurisdictionis probat Prateus auctoritate Pauli
iurisconsul. lib. 5. sententiarum cap. de fisc. aduoc.
,, vbi inquit. quoties sine auctoritate iudicati of-
,, ficiales alicuius bona occupant, vel describunt,
,, vel sub obseruatione esse faciunt adito procu-
,, ratore iniuria submouentur. facit l. 1. §. si quis
vltro ff. de quæst. & tit. C. de filijs off. lib. XII.

nec dicas strictè, & propriè Papæ officiales eos
dici tantummodo, quibus vices, seu auctoritas
commissa est, circa facta, quæ ad ipsum Papam
spectant, vt dicit Lapus in d. cons. quia ibi, si
in fonte inspiciatur, non excludit ipse, quin
alij quoque ministri iurisdictionis põtificiæ pos-
sint propriè officiales appellari, cum dicat, &
171 hoc est, potissimum, verum, quando vices
seu auctoritas commissa est circa facta, quæ ad
ipsum summum Pontificem spectant, vt in casu
nostro, non excludit ergo alios, sed includit, vt
patet ex dictione, potissimum, quæ significat ca-
sum minus dubitabilem, alios tamen non exclu-
dendo, vt in clem. 1. §. si verò, de foro com-
pet. nec igitur ratio petita à Lapo, nec ipsius
auctoritas negocium facit, quia potius ipse, se-
cundum terminos nostros, in posteriorem hanc
sentẽtiã tenire videtur quicquid dixerit Decius.
172 Non obstat secundum; quin immo retorque-
tur, propterea, quod, vt ostensum est supra,
delegatus Papæ, etiam, secundum communem
vsum loquendi, dicitur officialis illius, cum sit
assumptus ad iurisdictionale officium, per sum-
173 mum Pontificem. Nec restringitur, commu-
nis hic vsus, ad eos dumtaxat, quibus auctori-
tas commissa est circa facta Pontificis, quan-
quidem receptius est, vt communiter dicantur of-
ficiales exercentes iudicia, & iustitiam admini-
strantes.
174 Nec obstat tertium, quia non negat Lapus,
quin delegatus possit appellari officialis, sed di-
cit vsum interpretatum fuisse, priuilegium de
quo in d. extrauag. non competere delegatis,
quibus commissa sit causa decidenda, inter par-
tes, id quod non est in casu nostro, in quo non
supponimus aliquàm consuetudinem, quàm non
ignoramus, legis esse interpretem optimam l. si
de interpretatione, supr. de legibus, nec mirum
est, eo modo, vsum interpretatum esse illas ex-
trauagantes, ita enim postulabat subiecta ma-
teria, quandoquidem, vt considerat hic Iacob.
Niger num. 3. illa extrauagans emanauit ad vti-
litatem sedis apostolicæ, ne officium iniunctum
nuncijs apostolicis, & alijs missis, à summo Pon-
tifice, impediri valeat à locorum ordinarijs,
sed tamen, extra illas extrauagantes, si ex dispo-
sitione statuti officiales Papæ teneantur iurare,
se leges scriptas seruaturos, vel esculenta, &
poculenta non accepturos, talis dispositio, sine
dubio, compræhendet etiam delegatos Papæ,
nisi ergo, subiecta materia, restingatur statutum,
ad aliquos officiales, in dubio, de omnibus est
intelligendum, etiam de delegatis Papæ, quic-
quid dixerint Dec. & alij in contrarium, nec
puto Lapum, cum subscribentibus, commu-
nem sententiam facere in contrarium, tùm quia
plerique subscribunt non discussa caussa, vt, re-
spondenti, vel parti, morem gerant, tùm quòd
Lapus, si rectè perpendatur, extra causã illorum
extrauagantiũ, à posteriore sententia nõ recedit.

175 Succedit

175 Succedit nunc secūda dubitatio, circa quām, eodem modo, sunt contrariæ DD. sent entiæ, prima est negantium, statutum loqnens de officialibus commune Florentiæ, habere locum in potestate Pistorij, licet sit ciuitas subiecta Reipub. Florentiæ, &, pro hac opinione, fuisse responsum, tradit Nellus de sancto Geminiano, in tractatu bannitorum, in secunda part. secundi temp. quæst. 66. quem refert, & sequitur. Dec. tam, hic num. 9. quām ad rub. extr. de off. deleg. num. 10. & eandem opinionem probat etiam Mantua hic, & communem appellat Io: Bolog. num. 45. hanc eandem opinionem sequitur etiam Pyrr. Alphan. hic num. 121.

176 Primum autem probatur hęc sententia, quia, ita se habet populus Romanus ad præsides prouinciarum, quibus dominatur, prout se habet communis Florentiæ ad Prætorem, seu Potestatem, vt appellant, subiectæ ciuitatis Pistorij, cum tam Potestas Pistorij, quām præses ereetur à populo dominante, pro quo iurisdictionale exercet officium, sed appellatione magistratus populi Romani pręsides prouinciarum non veniūt, vt patet in l. voluit §. vlt. de interrog. act. in l. 3. in fine infr. quod metus cau. in l. hoc accusarein prin. ff. de accusat. quibus in iuribus, magistratus populi Romani, & præsides Prouinciarum, non modo tamquām diuersa ponuntur, sed opponuntur, igitur nec appellatione officialium communis Florentiæ veniunt magistratus, & officiales, qui exercent iurisdictionem in ciuitatibus subiectis: quemadmodū Potestas Pistorij, sed tantummodo, qui populo Florentino, intra septa ciuitatis, ius dicunt.

177 Secundo tūnc demum Potestas Pistorij, comprehenderetur dispositione statuti, loquentis de officialibus communis Florentię, quando propriè posset dici officialis Florentiæ, cum statuta sint strictè, & propriè intelligenda l. 3. §. hęc verba infr. de negot. gest. cum alijs supr. adductis; At saltem propriè dici non potest officialis communis Florentiæ, Pistorij Potestas; non potest ergo comprehendi statuto loquente de

178 officialibus communis Florentiæ. Minor propositio probatur, quia, tunc demum propriè officialis communis Florentiæ, Pistorij Prætor diceretur, quando commune Florentiæ esset causa proxima illius, & immediata, quæ attenditur, non autem remota l. si mulier cum gloss. infr. rerum amot. l. qui domum infr. locat.

179 Quandoquidem causa remota non est propriè causa l. dotem dedit infr. de collat. bonorum l.

180 hinc quæritur §. 1. infr. de pecul. sed causa proxima, & immediata Potestatis Pistorij, est eiusdem Pistorij commune, non autem cōmune Florentiæ, ergo non communis Florentiæ, vel communis Pistorij officialis, secundum verborum proprietatem, potest dici.

181 Tertio, quodlibet statutum, potius debet secundum communem vsum loquendi intelligi, quām secundum proprietatem, est doctrina Bar. receptissima ad d. l. Labeo de supellec. leg.

182 num. 5. sed, secundum communem vsum loquendi, Pistorij Prætor dicitur officialis communis Pistorij, non autem Florentiæ, cum officium exerceat, & dicat ius Pistorij, non Florentiæ, igitur statutum, de officialibus loquens communis Florentiæ, debet intelligi de is, qui in Ciuitate Florentiæ ius dicunt, non de ijs, qui dicunt ius in ciuitatibus subiectis; cuiusmodi est Pistorij Prætor.

Quarto, & vltimo, si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo, & de quo magis. l. vltima iuncta gloss. C. qui ætat. vel profess. se excus. lib. 10. tex. est in c. cum in cunctis vbi gloss. & DD. communiter de elect. cum alijs adductis per Euerard. in suis centum locis arg. in loco à minori, sed minus inesse videtur, vt, quando in dubio fit mentio de iure ciuili, intelligatur non de quolibet iure ciuili, sed de iure tantum ciuili ciuitatis dominantis, quām, vt quotiescunque fit mentio de officialibus communis Florentiæ, non nisi de illis, qui in Vrbe Florentina ius dicunt, intelligatur, cum sit expressum specialiter commune Florentiæ, & tamen inest. quia, si

183 fiat mentio de iure ciuili simpliciter, intelligitur de iure ciuili Romanorum tantummodo §. sed ius quidem inst. de iur. nat. gen. & ciuil. igi-

184 tur multo magis in statuto, loquente de officialibus communis Florentiæ. debet restringi dispositio ad officiales eiusdem Ciuitatis Florentiæ, non autem ad alios extendi.

His tamen non obstantibus, crediderim ego veriorem esse contrariam sententiam, quam tenuit August. Beronus ad rub. ff. de off. & potest. iud. de leg. num. 52. eandemque pluribus comprobat Hyppolit. Rim. hic num. 125.

185 Primum autem, virtute, hoc pacto ratiocinatur. quicunque, in aliquo officio iurisdictionali, fungitur vice magistratus communis Florentiæ, in Ciuitate Florentinorum dominio subiecta, dicitur officialis communis Florentiæ, arg. eorum, quæ tradunt Lapus in d. suo cons. Impræs-

186 so post cons. Oldrad. & Ant. de Butr. in d. cons. 74. sed Prætor Pistorij gerit vicés magistratus communis Florentiæ, exercens officium iurisdictionale in ciuitate subiecta, ergo propriè dicitur officialis communis Florentiæ. Minor probatur, quia, ita se habet præses prouinciæ ad magistratum vrbis Romæ, prout se habet Præ-

187 tor Pistorij, ad magistratum vrbis Florentiæ, sed pręses exercens, in prouincia subiecta officium iurisdictionale, dicitur fungi vice magistratus vrbis Romæ l. sed licet is supr. de off. præsid. igitur Prætor quoque Pistorij dicitur gerere vices magistratus vrbis Florentinæ.

188 Secundo reddens ius, illius dicitur esse officialis, à quo eligitur clem. 2. de rescrip. c. ro-

189 mana in princ. de apellat. lib. 6. sed Prætor, qui ius reddit in ciuitate Pistorij eligitur à cō-

muni Florentiæ, vt ſuppouimus, quemadmo-
190 dum Poteſtas Spoleti eligebatur à commune
Peruſij, iuxta tradita per Bart. ad l. 1. §. huius
autem, infr. vti poſſ. igitur Poteſtas Piſtorij eſt
officialis communis Florentiæ, licet ſit magi-
191 ſtratus communis Piſtorij; officialis enim,
habet relationem ad eum, cuius iuriſdictionem
miniſterialiter exercet, vt per Ant. de Butrio in
d. conſ. 74. magiſtratus autem ad eos, quibus
jus dicit.

Tertio, & vltimo, paucis plura perſtingendo, vtor hac ratione. Quicunque tam propriè, quàm ſecundum vſum communem loquendi dicitur officialis communis Florentiæ, nihil eſt impedimento, quominus compræhendatur ſtatuto, loquente de officialibus communis Florentiæ. At Poteſtas Piſtorij, tam ſecundum ſermonis proprietatem, quàm ſecundum communem vſum loquendi, dicitur officialis communis Florentiæ, igitur nihil eſt impedimento, quo minus compræhendatur diſpoſitione ſtatuti, loquentis de officialibus communis Florentiæ.
192 Minor probatur, quia proprietas verborum
ſumitur, potiſſimum, ab auctoritate, & à diffi-
nitione, vt per Bar. communiter receptum ad
d. l. omnes populi ſupr. de iuſt. & iure num. 59.
193 At, Poteſtas Piſtorij, eſt officialis cõmunis Flo
rentiæ, ſiue auctoritatem, ſiue definitionẽ ſpecte-
mus. igitur eſt propriè officialis Florentię. Minor
probatur, primũ per locũ ab auctoritate hoc pa-
cto videlicet. ita ſe habent Pręſides, & Pretores
prouinciarum ad populum Romanum, prout ſe
194 habet Poteſtas Piſtorij ad Rempub. Florenti-
nam, ſed Pretores, & Præſides, qui dicebant
ius in prouincijs, numerabantur inter magi-
ſtratus Populi Romani dominantis, eſt aucto-
ritas Pomponij I. C. in l. 2. §. capta quoque
ſupr. de orig. iur. eſt tex. in l. A diuo Pio in
princ. iuncto §. primo, & §. exequuntur infr.
de re iud. & in l. vlt. ff. quis & à quo. Eodem er-
go modo Poteſtas Piſtorij numerandus eſt inter
officiales cõmunis Florentiæ; probatur etiã per
locum à diffinitione, propterea quòd vnuſquiſ-
195 que illius dicitur officialis, cuius miniſteriali-
ter iuriſdictionem exercet, vt per Ant. de Butrio
196 in ſæpius repetito conſ. ſed Poteſtas Piſto-
rij, ſine dubio, miniſterialiter exercet iuriſdicti-
onem cõmunis Florentiæ. igitur eſt propriè com
167 munis Florentiæ. Vel, & ſecundo, officialis
propriè dicitur cuius miniſterio, & opera quis
vtitur, quemque in ſolicitudinis partem vocat
c. ſi diligenti de præſcrip. & c. mandata de prę-
2 ſcrip. tradit Anchar. conſ. 110. num. 3. quod inci-
198 pit prima facie videtur dicendum, ſed Pote-
ſtas Piſtorij is eſt, cuius miniſterio, & opera cõ-
mune Florentiæ vtitur, & in ſolicitudinis par-
tem vocat, Piſtorij gubernationem eidem cre-
dendo, ergo eſt propriè, & verè officialis cõmu
nis Florentiæ. ſecundum cõmunem quoque vſum
loquendi, cõmunis Florentiæ officialem appella-
tum
199 ri poſſe patet ex eo, quia officialis, ſecun-
dum cõmunem vſum loquendi, is dicitur, qui ad
particularia officia iuriſdictionalia, per ciuita-
tes aſſumitur, & maximè in Tuſcia, & in Mar-
200 chia, vt teſtatur Ant. de Butrio, præallegato
in loco, ſed Poteſtas Piſtorij eſt aſſumptus ad
particulare officium iuriſdictionale, in ciuitate
Piſtorij, quæ eſt ciuitas Tuſciæ, à communi Flo-
rentiæ, igitur ſecundũ cõmunem quoque vſum
loquendi, eſt officialis communis Florentiæ.
201 Non obſtant nunc contraria, & pręſertim
primum argumentum, quia in d. l. voluit §.
vltimo ff. de interrogat. act. & alijs, adductis, ma
giſtratus populi Romani opponũtur præſidibus
prouinciarum, de quibus, cum fiat ſpecialis
mentio, ſunt tanquam ſpecies exempta à gene-
re, quę amplius ſub genere non continetur l.
202 doli clauſula ff. de verb. oblig. aliud eſt quan-
do magiſtratus Populi Romani ponuntur ſim-
pliciter, & generaliter, tunc enim eorum appel-
latione veniunt etiam Præſides prouinciarum,
203 vt ſupra oſtenſum eſt, prærerea, eſt differentia
inter magiſtratus, & officiales, non modo, quia
magiſtratus referuntur ad maiores, officiales
ad minores, quoq; miniſtros, ſed etiam quia ma-
giſtratus dicitur eius, cui ius dicit. officialis au-
rem eius, cuius iuriſdictionem miniſterialiter
exercet, vt rectè docet Aug. Bero. ad rub. de
off. & poteſt. iud. deleg. num. 52. in prima ſo-
lut. contrariorum.
204 Nec obſtat ſecundum; quia conſideratio
Mantuę, de cauſa proxima, & remota eſt me-
205 ra vanitas, cauſa enim efficiens totalis, &
proxima Poteſtatis Piſtorij, eſt Reſpub. Flo-
rentina, quæ illum creat, & mittit, non com-
mune Piſtorij, cui præeſt, in iure dicundo, cau-
206 ſa enim, non locus debet inſpici §. prædio-
rum Inſt. de rerum diuiſ. vt conſiderat etiam Io:
Bolog. hic num. 45.

Nec obſtat tertium, quia, aut commune Florentiæ conſideratur tamquàm locus, aut tamquàm perſona ficta, quę Reipub. perſonam repręſentet, ſi primo modo fatemur, ratione loci, potius Poteſtatem Piſtorij eſſe referendum ad ciuitatem, in qua exercet, quàm ad ciuitatem dominantem, ſed, ſi ſecundò modo conſideretur, quia miniſterialiter exercet iuriſdictionem Reipub. Florentinæ, potius ad officiales, ideſt miniſtros Reipub. Florentinę referri debet. licet
207 enim ſit officialis in ciuitate Piſtorij, eſt ta-
men officialis communis Florentię; genitiuus
enim cauſam potius, quàm locum ſignificat.
208 Quartũ quoque argumentũ facile diluitur,
quia verba ſunt intelligenda in potétiori ſignifi-
catu, quando ſignificant ſpeciem incertam, ita vt
non poſſint generaliter intelligi, ſecus quando
poſſunt verba ad quamlibet ſpeciem referri, de
bent enim tunc generaliter intelligi l. 1. §. gene-
3 raliter ff. de leg. prǽſtand. non autem ad vnam,
vel alteram ſpeciem referri, etiam ſi verſemur
in materia

in materia odioſa , vt tradit Franc. Aret. ad l.
209 cum lege ff.de teſtam. ibi tam actiuè , quàm
paſſiuè ; verba enim prolata à lege , potius in
genere , quàm in ſpecie ſunt intel ligenda , cum
illius proprium ſit omnia compręhendere l. 1.§.
qui autem ff.de aleæ lus, & aleat. tradit Abbas
ad c. Rodulfus extr. de reſcriptis , cum igitur
æquè propriè poſſit ſtatutum generaliter lo-
quens de officialibus communis Florentiæ re-
ferri,tam ad eos ; qui ius dicunt in eadem ciui-
tate Florentiæ , quàm ad illos, qui aſſumuntur
ad particularia officia,per ciuitates ſubiectas ,
nihil eſt impedimento quo minus omnes com-
prehendat,pręſertim cum tales aſſumpti , ſecun
dum communem quoque vſum loquendi, offici-
ales communis Florentiæ apellentur .
210 Quòd,ſi quis velit contrarias opiniones cō-
211 ponere , & conciliare poteſt hanc diſtinctio-
nem adhibere , aut per commune Florentię vo-
luit ſtatutum intelligere populum Florentinum,
cui ius dicitur , muris ciuitatis Florentinę cir-
cumſeptum , & tunc, quod dicitur de officia-
libus communis Florentię , non poteſt habere
212 locum , in ijs , qui pręſunt ciuitatibus ſubie-
ctis, aut conſtat ſtatutum, de quo agimus , per
commune Florentię , intellexiſſe Rempublicam
Florentinam, & ſic fictam quamdam perſonam
dominantem,aut ſaltem ſtatutū eſt dubium,ſci-
licet in hac parte,& tūc rurſus diſtinguendū eſt,
aut ſubiecta materia non patitur , vt quod di-
citur de officialibus communis Florentię ha-
beat locum in ijs , qui pręſunt ciuitatibus ſub-
213 iectis , & locum non habet , quia verba in-
telliguntur ſecundum ſubiectam materiam l. ſi
214 vno ff.locati l.ſi inſulam ff.de pręſcript.verb.
aut ſubiecta materia , cum ſit indifferens , pa-
titur , vt quod dicitur de officialibus commu-
nis Florentiæ , poſſit intelligi etiam de officia-
libus , qui ius dicunt in ciuitatibus ſubiectis, &
215 tunc rurſus diſtinguendum eſt , aut enim ſta-
tutum eſt odioſum , aut fauorabile , primo caſu
reſtringitur ad officiales vrbanos , ſecundo ca-
216 ſu , habet locum etiam in alijs , odia enim
ſunt reſtringenda , fauores amplianda c. odia de
reg. iur. in 6. l. filium habeo ff. ad ſenatuſconſ.
Maced. tradit Bar.ad l, omnes populi ſupr. de
iuſt.& iur.in 6.quęſt.princ.& hæc diſtinctio vide
tur eſſe ex mente Io:Bolog hic num.45.
217 Ad tertiam autem quęſtionem reſpondeo ,
218 iudicis officium , de quo agimus , originem,
incrementum , & perfectionem habuiſſe , ab
illis ijſdem iuribus , a quibus iudicium ipſum
originem , incrementum , & perfectionem ha-
buit,arg.eorum quæ tradit Maranta in ſuo tra-
ctatu de ordine iudiciorum in 3.parte num.132
219 declarando , vt fecimus nos ad rub. C. de
edend.num.9.verum quia agimus nos de officio
iudicum, & magiſtratuum vrbis Romæ , arbi-
tramur hoc officium iuri ciuili Romanorum
220 aſcribendum eſſe , & iuri publico, a quo ma-
giſtratus ipſi fuerunt introducti l. 1.§. huius ſtu-
dij ſupr. de iuſt. & iur. vbi DD. hinc de officio
magiſtratuum ſupra, & de officio eius cui man-
data eſt iuriſdic.hic agitur,tamquam de ijs,quæ
ad ius publicum pertinent, idem fit quoque in
primo Codicis libro .
221 Ad quartam reſpondeo , iudicis officium
nullam aliam ob cauſam fuiſſe introductum ,
quàm grauaminum, litiumque , ſecundum ius ,
& æquitatem dirimendarum gratia , vt Reipu-
blicæ quieti , tam publicæ , quàm priuatim con-
ſuleretur , vt colligitur ex Zaſio ad l. 1. infr. de
iuriſd. omn. iud. num.7. vtque eſſet quaſi quod-
dam iuriſdictionis exercendæ inſtrumentum ,
norma , regula , & canon , dirigens , & mode-
rans iudicis actiones,recta quadam ratione , ſe-
cundum muneris illius qualitatem , & iuriſdi-
ctionis menſuram, vt colligitur ex Vaconio lib.
222 6. declarat. iur. ciu. declarat.78. num.14.fa-
cit l. 1. infr. de off. aſſeſſor : mirificè itaque
adiuuat Iudicis officium iuris ciuilis finem, de
quo præclarè loquens M. Tull. de orator. ſit er-
go,inquit , iuris ciuilis finis hic legitimæ , atque
vſitatæ in rebus cauſiſque ciuium æqualitatis
conſeruatio .
223 Ad quintam reſpondeo , pluribus modis re-
periri iudicis officium definitum , & præſertim
224 à Cardinali ad c. 2. de off.iud. vbi dixit, iudi-
cis officium eſſe poteſtatem exercendi ea , quæ
pertinent ad ſuam iuriſdictionem,nec non à Za-
225 ſio ad d.l.1.infr.de iuriſd.omn. iud.vbi dicit,
iudicis officium, nihil aliud eſſe,quàm iudican-
tis munus , in dirimendis litibus,grauaminibuſ-
que tollendis , vt Reipublicæ quieti conſplatur ,
226 verum quia hæc definitio non eſt tradita per
notiora, cum munus non ſit magis notum,quàm
officium , & alias patiatur difficultates , ego ,
227 omiſſis aliorum definitionibus , & præſertim
ea , quam tradit Bolog.hic num.46.vbi dicit iu-
dicis officium eſſe obligationem faciendi ea,quæ
ad alicuius iuriſdictionem pertinent , ſic arbi-
228 tror eſſe definiendum . iudicis officium eſt iu-
ris, & æquitatis regula , qua iudex partibus ſuis
fungitur , ſecundum iuriſdictionis menſuram .
diximus eſſe regulam , vt poneremus genus,ad-
didimus iuris , & æquitatis , vt excluderemus
regulas artium , addidimus, qua iudex ſoìs par-
tibus fungitur . vt officia non iudicantium ex-
cluderemus & hanc differentiam mutuati ſumus
a l.1.infr.de off. aſſeſſ. adiecimus etiam poſtre-
mam particulam, ſecundū iuriſdictionis menſu-
ram , vt oſtenderemus officium iudicis iuriſdi-
ctionis limitibus concludi , cuius modum iu-
dici non licet excedere l.fin.infr. de iuriſd.omn.
iud.
229 Ad ſextam q. reſpondeo officium iudicis ex
ſententia Bart.& aliorum communiter ad d.l.1.
infr.de iuriſd.omn.iud. duorum generum eſſe ,
quoddam ſcilicet nobile , quoddam mercena-
230 rium , quamquàm hæc nomina magiſtralia ,
& ſcola-

& ſcolaſtica, quia apud legiſlatores non ſunt vſitata, à quamplnribus ex recentioribus reprobantur, & præſertim à Petro Rebuffo ad l. actionis verbo ff. de verb. ſignif. colum. 3. à Vacon. lib. 6. declarat. iuris ciu. declarat. 78. n. 15. & à Marco Antonio Muret. hic, & ab alijs, qui diſtingunt illud, vel in abſolutum, & ſubſeruiens, vt per Zaſium in d. l. 1. num. 9. & 10. vel in merum, & mixtum, vt facit Balduin. in princ. inſt. de offic. iudicis, vel in ordinarium, & extraordinarium, vt faciunt alij, & videtur ſentire Petr. Gregor. Tholoſ. in Syntagm. iuris vniuerſi, parte 3. lib. 47. cap. 21. num. 10. ego au-
232 tem, de magiſtralibus huiuſmodi appellationibus non laborans, cum leges, rebus, non verbis ſint impoſitæ l. 2. C. commun. deleg. in fine,
233 rem ipſam explicans, dico officium iudicis nobile, ſeu abſolutum, vel merum, vel extraordinarium, illud eſſe, quod exercet iudex, cum, ſuo proprio motu, vel parte etiam petente, ſecundum ſuæ iuriſdictionis menſuram, propria auctoritate ſubuenit, etiam ſi nulla propoſita ſit actio, vt rectè docet Zaſius ad d. l. 1. num. 9.
234 Rurſus ergo duplex eſt hoc nobile, & extraordinarium iudicis officium, quoddam ſcilicet, quod motu proprio exercet iudex, vt puta, quando, ob publicam vtilitatem, inquirit, vt puniat delinquentes c. qualiter, huius initij ſecundo, de accuſat. c. licet de ſimon. ſpeculator de off. iud. §. 2. poſt princ. quoddam quod exercet,
235 parte poſtulante, & implorante, & hoc, quod ad poſtulationē partis exercetur, rurſus diſtingui poteſt, quatenus poſtulator, aut aduerſus eum, cum quo, de ſtricto iure, nullam habemus actionem, ſed qui interim, ex ſola æquitate, &, quod dicitur, de bono, & æquo nobis obnoxius eſt l. qui per colluſionem, in fine, de act. empt. l. in cauſę in princ. de minor. & hoc iudicis officio vtitur, qui petit reſtitutionem in integrum c. iudicis de offic. iud. tradit latè Dominus meus Sfortia Oddus de reſt. in integr. quæſt. 35. art. 6. num. 29. cum ſeque. aut inuocatur iudex ab eo, qui nullam cum alio controuerſiam habet, ſed interim petit aliquid, puta reſtitutionem famæ, aut honoris functionem, aut redintegrationem natalium, ſeu legitimationem, & generaliter quotieſcumque aliquis petit à iudice, ſine magiſtratu, aliquid, in quo alterius perſonæ non verti-
236 tur conſideratio. Mercenarium autem officium, vel ſubſeruiens, vel mixtum, vel ordinarium eſt, quod deſeruit actioni propoſitæ, etenim, cum actio in iudicio proponitur, & cœptum eſt iudicium, quicquid iudex præcipit, prohibet, vetat, permittit, interloquitur, officio iudicis mercenario, & ordinario expediri dicitur l. ædiles §. item ſciendum ff. de ædilit.
237 edicto l. 1. infr. tit. 2. iudicare etiam pertinet ad hoc officium, vt colligitur ex tit. Inſt. de off. iud. hinc, lata ſententia, ſuo dicitur officio functus iudex, quia tūc in ea cauſa expirat, Bart.
238 ad l. iubere infr. tit. 2. &, hoc mercenarium iudicis officium, Io. Bologn. in d. l. 1. num. 46. dicit eſſe operationem iuſtam iudicis, in ſubditos, pro executione iuriſdictionis, ſibi conceſſæ, mihi tamen magis placet, vt ſit regula, dirigens rectà ratione operationem ipſam,
239 quæ refertur ad exercitium iuriſdictionis.

Hanc autem cōmunem Bart. & aliorū officij Iudicis diuiſionem, mox explicatam, eo libentius recipio, quod eā probauit, & eleganti ſsimè à calūnijs vendicauit Alex. Turaminius vir Doctus, & eruditus, in epiſtola, quam ad nos quandoque ſcripſit, & eſt in illius Epiſtolarū Forenſiū lib. ſingulari Epiſtola 13. in cuius inſcriptione, dū Typographus, pro Philippo Maſſinio, Philippo Maximo impreſſit, licet ſuperlatiuū, pro diminutiuo poſuerit, nō vulgari tamen gloria, & honore, quo fuimus a viro eruditiſſimo affecti, nos apud erroris inſcios, fruſtrauit, qua in re, etiam in reſponſis Excell. D. Alex. Randenſis, & alijs in locis peccatum eſt ab Impreſſoribus.
240 Ad ſeptimam autem reſpondeo, redigi poſſe etiam requiſita, ad hoc, vt quis, tanquā iudex, ſuo vtatur officio, ad quinque ſolitas circunſtantias.
241 Requiritur enim primū circunſtantia rei, idest cauſæ, debet enim eſſe talis, vt cōprehendatur infra ambitū iuriſdictionis eius, qui ius dicit, ſiue ordinariā habeat iuriſdictionē, ſiue delegatam, circa quā officium huiuſmodi verſatur l. ſi idem
242 cum eodem l. magiſtratibus l. vltima infr. de iuriſd. omn. iud. Secundo requiritur circumſtantia perſonæ, quatenus nullo vtitur iudicis officio is, qui iuriſdictionis non ſit capax, vel natura, vel lege, vel conſuetudine, ſecundum terminos l. cum prætor de iud. cum alijs ſupr. addu-
243 ctis in 7. quęſtione de iuriſdictione, Deſideratur etiā tertio circūſtantia loci, quatenus extra territorium, cum non poſſit iudex iuriſdictionem exercere d. l. extra territorium, infr. de iuriſd. omn. iud. nec officio vti poteſt, & quatenus exercetur in loco, vbi redditur ius, de quo in l. pen. ſupr. de iuſt. & iur. in fine, ab ordinario ſcilicet: a delegato autem, aut in loco, quem habet determinatum, ad quem partes poſſunt comparere ſine incommodo, aut in loco, quem ſibi elegerit, Bart. in l. ſi vt proponis C. quomodo, & quando iudex l. ſi locus infr. de iud. tradunt
244 Paulus Orianus, & Sebaſt. Sapia hic, vterque n. 20. Quarto circumſtantia temporis, quia non exercet officiū ſuū iudex tempore feriato tot. tit. infr. C. & extr. de ferijs. Quinto, & vltimo, eſt neceſſaria circunſtantia modi, quatenus ad iudicis officium pertinet, non excedere modum ſuæ iuriſdictionis l. fin. infr. tit. 2. quatenus, ſed eiuſdem officiū pertinet ſeruare ordinem iuris, de quo per Bart. Bald. & alios ad l. prolatam C. de ſententijs.
245 Ad octauam reſpondeo, generalem officij iudicis effectum eſſe, dirigere, recto tramite, iudicis actionem, in iuriſdictione exercenda, ad tol-

idas lites , & grauamina , ob ciuitatis tranquillitatem , nec non supplere quandoque ex æquitate actionis defectum , tribuendo , quod æquitate debetur, vt colligitur ex iam dictis, ex traditis per Zasium in d. l. 1. infr. tit. 2. num. 9. cum seq.

Ad nonam respondeo officium iudicis , in cōmuni, finiri vbicunque finitur iurisdictio, secundum ea , quæ tradidimus ad vltimam quæstionem de iurisdictione , finitur etiam in singulis causis per inhibitionem, & per sententiam, ea lata, dicitur functus iudex officio suo, ita vt, si tulerit sententiam iniustam , possit illam mutare l. mores §. Sed damnare vers. & si forte ff. de pœn. l. iudex , & ibi Bart. ff. de re iud. l. 1. ff. ad senatusconf. turpill. tradit Abbas cons. 6. num. 4. q. 2.

Nunc autem, absoluta etiam secunda particula primæ partis principis , quæ pertinebat ad iudicis officium , venio ad tertiam , in qua totidem sunt explicandæ quæstiones de iudice delegato.

Quod attinet igitur ad primam quæstionem , respondeo , delegati appellationem generalem esse, & multiplicem ; significat enim quemcunque vice alterius datum, vt docet Petrus Rebuffus ad l. verbum exactæ pecuniæ, infr. de verb. signif. colum. 3. potissimũ autem accipitur duobus modis , vno modo extraiudicialiter , alio
251 modo iudicialiter , primo modo , debitorem delegatum significat tex. est in l. delegare infr. de nouat. & delegat. tradit Rebuffus præallega-
252 to in loco , & Alciat. hic num. 1. alio autem modo significat eum , cui à Principe, à lege , vel à magistratu iurisdictio, vel notio est demandata , vt in l. 1. & tot. tit. infr. eod. in l. à iudice C. de iudicijs, & in toto tit. extr. de offic. & potest. iud. delegat. & de hoc Legato agimus nos .

253 Ad secundam respondeo , delegatum dictum esse à generali verbo , delegare , quod significat , rem committere , & consignare l. 2. ad l. iul. pecul. vel personam vice alterius dare, vt per Rebuffum , & Alciat. præallegatis in locis , ita , vt delegatus is sit , qui ad iudicandum pro alio est deputatus .

254 Ad tertiam respondeo , iudicem delegatum partim lege , partim consuetudine fuisse introductum , iudex enim datus fuit lege introductus l. cum Prætor de iud. tradit Antonius Gouean. ad l. more Infr. de iurisdic. omn. iud. iudex autem delegatus , cui mandata est iursdictio , qui quidem differt à iudice dato , vt infr. suo loco demonstrabimus, consuetudine, est introductus l. 1. §. 1. & §. fin. infr. eod. & d. l. more tradit Camill. Plaut. ad l. 1. infr. eod. lib. 1. in præfat. num. 26. & in declar. num. 63.

255 Ad quartam respondeo, eam ob causam delegatos iudices fuisse introductos , quia iudices ordinarij , & magistratus , vel propter occupationes publicas, vel ob causarum multitudinem, & varietatem , omnibus sufficere non poterant, & propterea alijs iurisdictionem mandare solebant l. solent infr. tit. 2. vel etiam, quia humiliora quædam essent , quàm , vt consentaneum videretur principem magistratum , in eis occupatum, ab alijs grauioribus auuocari , vt rectè docet M. Ant. Muret. hic in prælud. facit tit. C. de ped. Iud.

256 Ad quintam respondeo , varijs modis delegatum definitum reperiri ab Hostiense, ab Alex. & ab alijs, relatis hic per Iasonem nu. 11. & per Io. Bologn. num. 56. verum, quia eorum definitiones difficultatem patiuntur, propterea, omissis illis, arbitror ego delegatum, sic esse definiendum , vt sit Iudex , qui alieno beneficio iurisdictionem, vel notionem habet , dixi esse iudicem , vt ponerem genus , addidi , qui alieno beneficio iurisdictionem, vel notionem habet , vt exclude-
257 rem ordinarium , siue sit principalis , siue suffectus, & per modum prouisionis , admissus ab alio, quàm ab eo cuius vices gerit, de quo in l. 2. C. de offic. eius, qui vices alicuius Iud. vel Præsid. obtinet, & mutuatus sum hanc differentiam à d. l. more , & dixi , vel notionem habet , vt datum etiam iudicem includerem , qui nullam iurisdictionem habet .

Occasione huius quæstionis, quia hæc definitio videtur competere etiã Vicario Episcopi , duos
258 propono discutiendos articulos. primus erit; an Vicarius Episcopi sit iudex ordinarius, vel delegatus , secundus , quibus nominibus ordinarius differat à delegato .

Quod attinet ad primum , omnes vno ore admittunt Episcopi Vicarium iudicem esse ordinarium gloss. est in c. 2. in verbo officialem de offic. Vicar. lib. 6. in canon. perlectis in verbo, & iurgia, circa medium 25. distinc. Hostiens. & Io. Andr. ad c. 2. ne prælat. vices suas. Bar. & Angel. ad l. præcipimus, in princ. C. de appell. Bal. ad l. procōsulibus C. de appell. cum alijs adductis per Ias. hic nu. 2. & latissimè per Thomam Sanchez , de matrimon. lib. 3. disputatione 29. num. 3. qui eandem sequitur opinionem , quæ quidem pluribus comprobari potest .

259 Primum autem , quia quicumque habet iurisdictionem a lege , & consequenter iure magistratus , sine dubio est iudex ordinarius , vt colligitur ex titulis proxime præcedentibus, & ex l. 1. infr. eod. sed huiusmodi est Vicarius Episcopi, licet enim ab Episcopo eligatur clem. 2. de rescript. vbi gloss. iurisdictionem tamen habet a lege , gloss. est, & DD. ad cap. 2. de offic. Vicar. lib. 6. videtur esse tex. apertus in cap. sua nobis extra eod. tit. ergo Vicarius est iudex ordinarius .

260 Secundo , quia quicumque habet officium vniuersale , perpetuum , certis quibusdam limitibus circumclusum , & formatum , & certum habens nomen , ita, ut sit iudex per se , non per accidens , est iudex ordinarius , vt colligitur quasi

quasi per inductionem, ex titulis superioribus;
sed Vicarius Episcopi habet officium perpetuum, nisi reuocetur, & certis limitibus formatum, & speciale nomen Vicarij, ergo est iudex ordinarius.

261 Tertio, quia si delegatam haberet iurisdi-
ctionem Episcopi Vicarius, vtique ab eo, ad Episcopum daretur appellatio l. 1. & l. vlt. ff. quis, & à quo, & ibi DD. communiter, vt de communi testatur Plaut. in l. 1. infr. eod. lib. 3. in verbo delegatam num. 7. sed non datur, cap. Romana, in princ. de appellat. lib. 6. ergo non est iudex delegatus.

Quarto, quia ita se habet Vicarius, de quo in tit. C. de offic. Vicar. ad præfectum prætorio; prout se habet Vicarius Episcopi ad Episcopum ipsum; cùm vterque Vicarius habeat iurisdictionem, ad vniuersitatem causarum, officium for-
262 matum, & speciale nomen Vicarij, sed Vicarius Præfecti prætorio est iudex ordinarius, ergo Vicarius quoque Episcopi est iudex ordinarius.

Quinto ponderandum c. si contra de offic. & potest. iud. deleg. Etenim si Vicarius esset iudex delegatus, tanquam officialis Episcopi, non opponeretur delegato, sed in d. c. si contra opponitur, & contradistinguitur à delegato. Igitur ordinarius est, non delegatus.

263 Sexto, qui ea potest expedire, quæ delegari non possunt, necesse est, vt sit Iudex ordinarius. At Vicarius potest interponere decretum super alienationibus rerum minorum, & super emancipationibus, & alia facere, & expedire, quæ delegari non possunt l. vltima C. de offic. eius, qui vicem alicuius Iud. vel Præsid. obtinet, iuncta l. 2. infr. eod. Ergo Vicarius est Iudex ordinarius.

His tamen, & similibus minime negocium facientibus, in contrariam opinionem ire videtur Paulus ab Oriano hic num. 62. licet relinquat cogitandum, audacter tenet Aleiat. ad rub. de off. ord. num. 24. tenuit, ante eum, Goffr. in summa in tit. de offic. Vicarij num. 2. Anastas. Germonius in tract. de Indultis in §. tibi, quoad vixeris, num. 85. & Gomez. & alios refert Sanchez in d. disp. 29. num. 2. in fin. sum coactus, rationibus quibusdam vrgentissimis, & validissimis, ego quoque eandem sequi opinionem.

Primum autem hoc modo argumentor, si Vi-
264 carius esset iudex ordinarius, eadem iurisdi-
ctio, eodem modo, esset apud duos insolidum,
265 sed hoc consequens est absurdum. argumento l. si vt certo §. si duobus vehiculum inf. commod. l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss. valet enim in argumentum, de dominio, & possessione, ad iurisdictionem l. qui furere supra de stat. hom. ergo absurdum, & falsum est etiam illud vnde hoc sequitur; maior est perspicua, quia omnes admittunt Vicarij iurisdictio-
266 nem, esse iurisdictionem Episcopi, & idem esse vtriusque tribunal.

267 Secundo; nisi Vicarius Episcopi esset eiusdem Episcopi delegatus, morte eiusdem Episcopi, Vicarij iurisdictio non expiraret; nam iurisdictio ordinarij, morte concedentis, non extinguitur, vt tradunt DD. communiter ad l.
268 more infr. tit. 2. iurisdictio autem delegati, morte delegantis, finitur l. & quia, & d. l. more
269 infr. tit. 2. vbi DD. & nos quoque supra tradidimus; at iurisdictio Vicarij, morte Episcopi, finitur, & extinguitur, etiam quoad causas inchoatas, Archidiaconus ad c. primum de offic. Vicar. lib. 6. Spec. in tit. de off. ord. §. 1. vers. quid de auditoribus, tradit Niccolaus Bell. lib. 1. supput. suarum c. 11. in fine per clem. fin. de procur. igitur Vicarius non est iudex ordinarius, sed delegatus.

270 Tertio, quicunque alterius vices gerit, & proprium nihil habet; ita vt quandocumque possit ab alio ipsius iurisdictio reuocari, iudex ordinarius non est; sed delegatus, arg. legis solent supr. de off. proconsl. iuncta l. 1. in §. qui
271 mandatam infr. eod. sed Vicarius Episcopi, illius vices gerit, ita ut proprium nihil habeat, cùm vniuersa sua iurisdictio à vita pendeat Episcopi, & possit ab eodem Episcopo quandocumque ad libitum reuocari, glos. & ibi DD. ad clem. 2. de rescript. Bald. ad l. solent §. sicut de off. proconsl. Geminianus in c. 1. de off. Vicar. lib. 6. Francus in c. ad nostram de appellat. cumque dignitas Vicarij, dicatur apud eum nomine Episcopi, non suo, Bar. ad l. & quam infr. tit. 2. igitur Vicarius Episcopi, non est iudex ordinarius, sed eiusdem Episcopi delegatus.

272 Quarto, ita se habet Vicarius ad Episcopum, quemadmodum legatus ad proconsulem, cum eodem modo Vicarius, in sui Episcopi Diocesi, vices Episcopi gerat, & illius iurisdictionem exerceat, quo legatus in prouincia, proconsuli credita, vices eiusdem proconsulis gerat, eiusdemque iurisdictionem exerceat l. solent supr. de off. proconsl. innct. clem. 2. de rescriptis, cumque vterque, & speciale nomen, &
273 formatum officium habeat; sed legatus proconsulis non est iudex ordinarius, sed ad vniuersitatem causarum delegatus. l. cum prætor de Iudic. ergo eodem modo Vicarius non est iudex ordinarius, sed delegatus.

274 Quinto, quia si Vicarius Episcopi esset iudex ordinarius, & propriam, ac ordinariam Iurisdictionem haberet, posset eam, etiam ad vniuersitatem causarum, delegare arg. l. vltimæ inf.
275 eod. sed constituere aliquem ad vniuersitatem causarum Vicarius Episcopi non potest c. clericos vbi Hostiens. & alij extra de officio Vicarij; igitur Vicarius Episcopi non est iudex ordinarius, sed ad vniuersitatē causarū delegatus.

276 Non obstant nunc contraria, & præsertim primum argumentū, quia negamus Episcopi Vicarium iurisdictionem habere à lege, habet enim ab homine, ab Episcopo scilicet, qui officium illi

committit

committit c. licet de off. Vicar. lib. 6. vt rectè dicit etiam Alciat. ad d. Rub. extra de officio ordin. num. 24. nullibi enim reperitur lex aliqua, quæ Vicario Episcopi det Iurisdictionem, Nec facit negotium d. c. sua nobis, licet faciat mentionem de iurisdictione Vicarij; genitiuus
277 enim ille possessiuus, possessionem, & exercitationem iurisdictionis, non proprietatem significat, & hanc significationem possessionis, recipere posse genitiuum, tradunt, post Grammaticos DD. ad rub. ff. de noui operis nunciat: præterea, quatenus admittamus significare pro-
278 prietatem, dicimus d. c. intelligendum esse de delegata, non de ordinaria iurisdictione, quatenus autem fit differentia, inter iurisdictionem Vicarij, & id quod potuit summus Pontifex, qui Vicarium in Vrbe sibi constituit, specialiter committere, non constituitur differentia inter delegatam, & ordinariam iurisdictionem, sed inter vniuersaliter & specialiter delegatam.

Non obstat secundum, quia non tenet sequela. Vicarius habet formatum officium vniuersale, perpetuum, & speciale nomen; ergo est iudex ordinarius, Eiusmodi enim est etiam legatus proconsulis, qui tamen delegatus est, non ordinarius l. solent supr. de off. proconf. & legat.
279 Non obstat tertium, quia negamus de eo iudice delegato, cui scilicet mandata est iurisdictio, ad delegantem appellationem dari, de eodem enim, ad eundem appellaretur, non est mirum ergo, si à Vicario, qui sedet in Episcopi tribunali, ad Episcopum appellatio non datur, nec mouent iura allegata in contrarium, quia procedunt in iudice dato, vt rectè declarat Longouall. ad l. imperium infr. de iurisdic. omn. iud. num. 24. qui iudex datus plurimum differt ab eo, cui mandata est iurisdictio, qualis est Vicarius, vt videbimus inf. opportunius.
280 Non obstat quartum, quod petebatur à proportione, differentiæ, siquidem, ratione assignata, facile corruit; non est enim proportio inter Vicarium Præfecti prætorio, & Vicarium Episcopi, propterea, quòd Vicario Præfecti prætorio non mandabatur iurisdictio à Præfecto, eiustamen in prouincijs, sibi creditis, vices gerebat, sed à Principe l. 1. §. ij. quibus vers. à Præfectis ff. de leg. 3. & consequenter à Principe creabantur Vicarij Præfecti prætorio, & propterea Vicarij Augustales appellabantur l. vlt. C. de his, qui per met. iud. non appellant, tradit Guidus Pancirolus in coment. in notitiam imperij orientalis c. 132.
281 Nec obstat [illegible], quia in d. cap. si contra, opponuntur, vel potius ponuntur tanquam diuersi, delegatus, & Vicarius, seu officialis, non quia Vicarius sit ordinarius, sed quia ille est delegatus ad certam, vel ad certas causas, Vicarius autem est officialis, & delegatus ad vniuersitatem causarum, in eo tamen conueniunt, vt, vtriusque recusationis causa, coram Episcopo probanda sit, differunt tamen in alio, quia, licet de delegato ad Episcopum detur appellatio, de officiali tamen, seu Vicario, ad Episcopum, non datur, cuius rei ratio alibi à nobis reddita est.
282 Nec facit negocium sextum, quia in d. l. vlt. à qua petebatur, agitur de alijs generibus Vicariorum, de ijs scilicet, qui loco Iudicum ordinariorum; qui fortè sunt absentes, vel impediti; de mandato Principis, substituuntur, quique etiam vice gerentes appellantur. Eiusmodi autem Vicarij Iurisdictionem habent ordinariam, vt per glos. ad rubr. C. de officio eius, qui vicem alterius gerit, cuius gloss. opinionem sequitur etiam Alciat. ad Rubr. extra de officio ordinarij num. 25. per tex. in d. l. vlt. & in l. 1. in §. à præfectis infra delegat. 3. vbi dicit, similes Vicarios constituere consueuisse Præfectos Prætorio, vt probatur in l. à Proconsulib. C. de appell. & in l. 1. C. de off. Vicarij.

Concludo ergo audacter, Vicarium non esse iudicem datum ab Episcopo, non delegatum ad speciales causas, vel commissarium, sed delegatum ad vniuersitatem causarum, quemadmodum erat legatus proconsulis.

Subsequitur nunc secundus articulus, de multiplici differentia, inter ordinarium, & delegatum, quem latissimè pertractant DD. ad l. more infr. de iurisdic. omn. iud. & Iason ad l. à iudice in fine, in vltima limitatione, & ad l. ius autem
283 ciuile, supr. de iust. & iur. & post alios, fusè agit hac de re Camil. Plaut. ad l. 1. infr. eod. tit. nostro lib. 3. in verbo delegatam à num. 3. vsque ad 15. vbi vsque ad tresdecim enumerat differentias, ego vero summatim referam principes differentias, & veriores dumtaxat.
284 Prima ergo differentia est, quia ordinarius habet iurisdictionem iure magistratus, & sic iure proprio, delegatus autem alterius beneficio, vel legis scilicet, vel hominis, d. l. more infr. tit. 2. iuncta l. 1. infr. eod.
285 Secunda, quia ordinarius potest delegare, idest iurisdictionem mandare, delegatus autem nequaquam d. l. more vbi DD.
286 Tertia, quia ordinarius fungitur magistratu, vt patet ex superioribus titulis vt semper redigatur ad aliquem ex quinque gradibus dignitatum, de quibus per Bart. & alios ad l. 1. infr. eod. delegatus autem iurisdictionem, vel illius vsum habet sine dignitate, & magistratu l. 1. §. qui mandatam infr. eod. & sic munere, idest onere iudiciario dumtaxat fungitur l. à iudice C. de iudicijs, vbi gloss.
287 Quarta, quia iurisdictio ordinarij, non extinguitur morte principis concedentis. DD. communiter ad d. l. more, iurisdictio autem delegati expirat morte delegantis l. & quia, & d. l. more infr. tit. 2.
288 Quinta, quia delegatus, qui semel tulit sententiam nullam, non potest amplius iudicare, in eadem

in eadem cauſa; lata enim ſententia, ſiue benè, ſiue malè, functus eſt officio ſuo l. iudex poſteaquam ff. de re iud. ſecus in iudice ordinario l. ſi vt proponis C. quomod. & quando iudex.

289 Sexta, quia delegatus poteſt recuſari, tamquam ſuſpectus, ordinarius autem nequaquam, ſed datur ei adiunctus l. fin. & Auth. ad hæc C. de iud.

290 Septima, quia ordinarius non capit ſportulas, nec ſalarium pro ſententia ferenda, cum illud habeat ex publico §. illud in Auth. de mandatis princip. Bart. in l. 1. ff. de falſis. Iaſon in l. quicquam §. vbi decretum, in princ. ff. de off. proconſ. ſecus eſt in iudice delegato, cui taxatę ſunt ſportulæ, in §. ne autem, in Auth. de iud. tradit gloſſ. & Bart. ad Auth. offeratur C. de litis conteſt. Iaſon, & Aret. ad §. tripli, inſt. de act.

291 Octaua, quia delegatus ſuam ſententiam non exequitur l. a diuo pio ff. de iud. vbi gloſſ. & DD. ſecus eſt in ordinario l. properandum §. ſin autem reus C. de iud. c. ſi quis contra de foro competenti, cum ſimil.

292 Nona, quia delegatus vtitur, in procedendo, conſuetudine fori delegantis, ſecundum aliquos, quando eſt diuerſa conſuetudo, vt tradit Angel. ad l. & ſi prætor infr. eod. cõmunis tamen opinio eſt in contrarium, vt per Camil. Plaut. in præallegato loco num. 11.

293 Decima, quia plures delegati ad aliquam causã, nõ cenſentur ſinguli iuriſdictionem in ſolidum habere, & propterea, vnus ſine alio cognoſcere non poteſt c. cauſam matrimonij extr. de off. de leg. ſecus in ordinarijs l. 1. ff. de off. pro conſ. & leg. l. ſi uni vbi Bart. & alij ff. de re iud.

294 Vndecima, quia coram delegato non poteſt prorogari iuriſdictio, de perſona, ad perſonam, licet poſſit prorogari, quo ad rem, locum, & tempus, in ordinarijs autem poteſt indiſtinctè fieri prorogatio, vt tradit Bald. ad l. 1. infr. de iudicijs, Abbas, & alij in c. P. & G. extr. de offic. deleg.

295 Duodecima, & vltima eſt, quia ordinarius poteſt dare poteſtatem ſubdelegandi, vt per Bar. ad d. l. more; circa finem, tradit Francus ad c. cum cauſam, & Felinus ad c. ſuper quæſtionum §. ſi verò, in quarta limitatione, de off. deleg. & eſt communis opinio, ſecus eſt in delegato, qui hoc facere non poteſt, etiam ſi eſſet delegatus Principis, aut legatus proconſulis, vt per gloſſ. ad d. c. ſuper quæſtionum, in verbo transfert, cum alijs adductis per Plautium in lib. 1. infr. eod. c. 3. in verbo delegatum num. 14. ſed de veritate huius differentiæ latius infr. eſt agendum.

296 Ad ſextam autem quæſtionem reſpondeo, iudicem delegatum diuidi in iudicem datum, & in eum, cui mandata eſt iuriſdictio, de iudice dato eſt tex. in l. cum prætor de iud. in l. a iudice C. eod. de eo autem, cui mandata eſt iuriſdictio, habetur in hoc tit. noſtro, is autem, cui mandata eſt iuriſdictio, eſt rurſus duplex, aut delegatus a Principe, aut ab inferiore a Principe, vt patet ex ſupr. traditis, & pręſertim in 6. quæſtione de iuriſdictione, & ab inferiore a Principe delegatus, aut vniuerſam iuriſdictionem habet, id eſt ad vniuerſitatem cauſarum, vt Legatus proconſulis, uel Vicarius Epiſcopi: ſecundum opinionem noſtram, aut ad partem, ſeu ſpeciem, id eſt ad vnam, vel ad plures cauſas ſpeciales, quemadmodum eſt quilibet Commiſſarius l. ſolet prætor infr. tit. 2.

297 Verum, quia non ſatis conſtat inter Interprętes, an iudex datus, & is, cui mandata eſt iuriſdictio idem ſit, vel differant, non erit ab re hoc ipſum in quæſtionem vocare, & quia diſputatio ipſa verſatur in declaratione horum terminorum, idcirco, ſine alio apparatu, ſtatim deuenio ad diſputationem ipſam. Diſtrahuntur ergo Interpręetes in varias ſententias, aliqui enim opinantur nullam eſſe, inter iudicem datum, & eum cui mandata eſt iuriſdictio, differentiam, & hanc opinionem amplecti videntur omnes antiqui, quatenus iudicem datum cum delegato, & eo, cui mandata eſt iuriſdictio, diſputando, confundunt, hanc probat Accurſ. ad l. legatus ff. de officio proconſ. & ad l. à iudice C. de iudic. vbi eundem ſequitur etiam Bart. & hanc eandem in ſpecie defendit acerrimè Dec. hic nu. 10. teſtans pro ea de communi, ſequitur etiam Lud. Gozad. num. 50. argumenta autem, quibus adducti ſunt ad probandam hanc opinionem, ſunt hæc.

298 Primum quia, quod lex non dicit, neque nos dicere debemus. l. illam C. de collat. §. conſideremus in Auth. de trient. & ſemiſſ. ſed nulla eſt lex, quæ conſtituat differentiam inter iudicem datum, & iudicem delegatum, & verba idẽ ſonare videntur igitur, nec nos ſine lege debemus aliquam conſtituere inter eos differentiam.

299 Secundo, tunc demum videretur eſſe differentia inter datum iudicem, & eum, cui mandata eſt iuriſdictio, quando is, cui mandata iuriſdictio eſt, aliquid proprium haberet, quemadmodum non videtur habere Iudex datus, ſed nec is, cui mandata eſt iuriſdictio, aliquid proprium habet, ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtitur l. 1. §. 1. infr. eod. igitur nulla eſt inter datum iudicem, & eum, cui mandata eſt iuriſdictio differentia.

300 Tertio, tunc demum, is, cui mandata eſt iuriſdictio, differret à iudice dato, quando demandatam ſibi iuriſdictionem poſſet delegare alteri, vel ſaltem iudicem dare, quod iudex datus facere nequit, ſed nec illud facere poteſt l. fin. in princ. infr. eod. nec hoc l. à iudice C. de iud. ille enim poteſt mandare iuriſdictionem, qui eam proprio iure habet, non qui alieno beneficio l. more infr. tit. 2. igitur nulla eſt inter datum iudicem, & eum, cui mandata eſt iuriſdictio, differentia.

301 Quarto

301 Quarto, & nouissimè, si differentia esset inter iudicem datum, & delegatum, non idem iudex, modo datus, modo delegatus appellaretur, sed ille ipse Iudex, qui in rub. C. qui pro sua iurisdictione iudices dare, dariue possunt, appellatur Iudex datus in l. vnica eiusdem tituli, promiscue datus Iudex, & delegatus appellatur, & quandoque delegatus dicitur datus, ibi nempe hæc teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegantibus dati, alijs causas delegauerint iudicandas, igitur iudex datus, & delegatus, siue is, cui mandata est iurisdictio, non differunt, sed confunduntur.

In contrariam tamen opinionem iuit Bart. ad l. 1. ff. quis, & à quo appelletur, secuti sunt Longouall. ad l. imperium infr. tit. 2. num. 21. Alciat. lib. 2. paradox. cap. 5. Coras. lib. 3. miscellaneorum cap. 18. num. 5. Duaren. ad tit. de iurisdic. omn. iud. cap. 8. sequuntur etiam hic quamplurimi, & præsertim Iacob. Niger. num. 4. Coras. num. 5. Purpur. num. 5. & 6. Marcus Ant. Bellarmat. nu. 14. cum seq. Bolog. num. 50. & nouissimè Pyrr. Alphan. num. 133. alios adducens, qui sub num. 140. quatuor insigniores differentias, inter iudicem datum, & eum, cui mandata est iurisdictio, scriptas reliquit, nec non Marcus Ant. Mur. in præludijs hic, probauit etiã hanc sententiam Camill. Plaut. ad l. 1. infr. eod. lib. 1. in præfat. n. 39. & hanc, quàm secuti sunt omnes eruditiores probabat etiam D. Rainald. Ridolfinus præceptor meus doctissimus, & eloquentissimus, ita, vt hodie fit verior, & magis communis opinio, a qua nefas est recedere.

302 Primum autem probatur hac ratione, nisi esset differentia inter eum, cui mandata est iurisdictio, & iudicem datum, quemadmodum is cui mandata est iurisdictio potest iudicem dare l. cum prætor vers. is quoque ff. de iud. l. legatus supr. de off. proconf. facit l. imperium infr. de iurisd. omn. iud. inducendo, vt per Dec. hic, ita quoque iudex datus posset iudicem dare, sed iudex datus dare iudicem non potest l. a iudice C. de iud. igitur differentia est inter eum, cui mandata est iurisdictio, & iudicem datum, nec dicas eum Decio hic, speciale esse illud in legato proconsulis, de quo in d. l. cum prætor, quia lex generaliter loquitur, dum dicit is quoque, cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest, & licet subdat legati proconsulum exemplum, illud regulam non restringit, fatemur tamen legato proconsulis, proconsuli, & alijs, qui iudices dare possunt, tribui hoc specialiter, lege, senatusconsulto, vel principis constitutione, quod tamen nec specialiter iudici dato conceditur, quinimmo prohibetur iudex datus iudicem dare, vt patet in l. a iudice C. de iud.

303 Secundo, is, in quem transfertur iurisdictio, necesse est, vt differat ab eo, qui nullam iurisdictionem habet, sed simplicem notionem, sed in eum, cui mandata est iurisdictio, transfertur iurisdictio, alioquin nomen non esset consequens rei, præterea probatur in l. 1. §. qui mandatam, infr. eod. ponderando verba, transferre, & suscipere, relata ad eum, cui mandata est iurisdictio, iudex autem datus simplicem habet tantum notionem, quæ differt à iurisdictione l. ait prætor ff. de re iud. ergo is, cui mandata est iurisdictio, differt à iudice dato.

304 Tertio is, qui potest suam sententiam exequi, necesse est, vt differat ab eo, qui suam non potest sententiam executioni mandare, sed is, cui mandata est iurisdictio, sententiam suam potest executioni mandare, cum mixtum habeat imperium, arg. l. 2. & l. 3. infr. tit. 2. iudex autem datus non potest l. à Diuo Pio in princ. ff. de re iud. ergo differt is, cui mandata est iurisdictio à iudice dato.

305 Quarto, nisi differret is, cui mandata est iurisdictio, à iudice dato, quemadmodum datur appellatio à iudice dato, ad dantem, ita quoque daretur, de delegato, ad delegantem, sed datur de iudice dato, ad dantem appellatio l. 1. & l. fin. infr. quis, & à quo, de delegato autem, ad delegantem, nequaquam, vt in d. l. 1. & in d. l. fin. faciunt etiam, secundum nostram de Vicario opinionem, c. Romana de appell. lib. 6. in princ. & c. 3. de consuetud. lib. 6. ergo differt is, cui mandata est iurisdictio, à iudice dato.

306 Quinto, quia, nisi is, cui mandata est iurisdictio, differret à iudice dato, quemadmodum ipse potest mandatam habere iurisdictionem, ad vniuersitatem causarum, etiam futurarum, & incertarum l. solet Prætor infr. tit. 2. ita quoque iudex dari posset ad eandem causarum vniuersitatem, sed licet mandetur vniuersa iurisdictio, iudex tamen non nisi ad certam, & præsentem causam datur l. cum Prætor de iud. longa est igitur differentia inter iudicem datum, & eum, cui mandata est iurisdictio.

307 Sexto, nisi esset differentia inter eum, cui mãdata est iurisdictio, & iudicem datum, quemadmodum iudex non, nisi ab ijs datur, quibus hoc lege, vel senatusconsulto, vel Principis constitutione concessum est, ita quoque non mandaretur iurisdictio, nisi ab ijs, quibus specialiter hoc concederetur, secus tamen est, quia datur iudex tantummodo ab ijs, quibus hoc specialiter concessum est d. l. cum Prætor de iudicijs. iurisdictio autem mandatur à quolibet magistratu, etiam minimo, dummodo iurisdictionem habeat iure proprio, absque alia permissione l. more infr. tit. 2. apertissima ergo est differentia, inter iudicem datum, & mandatam habentem iurisdictionem.

308 Septimo is, qui ex voluntate iurisdictionem suscipit, necesse est, vt differat ab eo, qui iubetur, & cogitur iudicare, sed suscipit ex voluntate iurisdictionem is, cui mandata est l. 1. §. fin. infr. eod. mandatum enim est voluntarium l. 1. & tot. tit. infr. mandat. iudex autem datus iubetur,

betur, & cogitur iudicare l. eum, qui infr. tit. 2. l. vnica C. qui pro sua iurisdic. iudices dare dariue possunt l.pen.§.duo vers. qui autem infr.
309 de vacat.munerum l.fin.§.iudicandi ff. de muneribus, & honoribus, vbi iudicandi necessitas numeratur inter munera ciuilia,id quod videtur fieri etiam in l. à iudice C. de iud. ibi. munere
310 iudiciario fungitur, vbi per gloss. munera autem ciuilia sunt necessaria, & etiam inuitis iniunguntur l.3.in princ.& §.1. l.si quis ff.eod.tit. de mune. & honoribus, nisi in ijs, qui vacationem, aut excusationem habent, toto tit.de vacat. & excus. munerum.
311 Octauo, is, qui, non nisi partibus petentibus, & consentientibus iudex dari potest, necesse est, vt differat ab eo, qui ex magistratus arbitrio potest delegari;sed iudex datus, non nisi partibus consentientibus, & petentibus dabatur l. ex consensu in princ. iufr. de appell. iurisdictio autem mandabatur ex arbitrio mandantis l. solent §. 1. supr. de off. proconf. ergo differentia est inter iudicem datum, & eum, cui mandata est iurisdictio.
312 Nono is, qui dabatur iudex, ex numero certorum selectorum iudicum, in Prætoris albo descriptorum, necesse est, vt differret ab eo, cui, etiam si non esset in albo descriptus, poterat iurisdictio mandari, sed iudex non dabatur, nisi ex numero eorum, qui deligebantur interdum ex equestri, interdum ex senatorio ordine, interdum ex vtroque, prout varietas temporum tulit, vt præessent priuatis iudicijs, & in albo prætorio scribebantur, vt litigatoribus ex toto illo numero deligendi Potestas esset, & vocabātur iudices selecti. Horat. vnum ex iudicibus selectis obijciendo. Seneca lib. 3. de beneficijs. non potest iudex ad hęc summi ex turba selectorum, quem census in album, & hæreditas misit. Plin.in præfat.naturalis historiæ, quid te iudicē facis cū hanc operā concederem, nō eras in hoc albo. Aulus Gell. lib. 14.Noct. Acti. cap.2. quo primum tempore, a prætoribus lectus in iudices sum, vt iudicia, quæ appellantur priuata susciperem, libros vtriusque linguæ de off. iudicis scriptos cōquæsiui,&,de huiusmodi iudicibus,agit latè Petr. Gregor. Tholos.in Syntagm. iur.vniuers.par.3. lib.47. c. 23.& 24. iurisdictio autem demandabatur cuicumque, etiam non descripto in albo, ex arbitrio ipsius mandantis d.l.solent supr.de off.proconf.l. solent infr.tit.2. differentia est ergo inter datum iudicem, & eum, qui mandatam iurisdictionem habet.
313 Decimo is, qui tenetur iudicare secundum præscriptam sibi formulam a prætore, & à magistratu,ita vt, ne latum quidem vnguem, possit ab ea recedere,necesse est, vt differat ab eo,cui formula aliqua non præscribitur,sed iudicat extra ordinem,at iudex datus præscriptam formulam habebat a magistratu, a quo dabatur,quæ deinde formulę fuerunt sublatæ, vt patet in tit. C. de form. & impetrat. sublat. is autem, cui mandata est iurisdictio, formulis non astringebatur, sed iurisdictione mandantis vtebatur l. 1. §. qui mandatam infr. eod. ita vt, vel iudices daret, vel extra ordinem iudicaret, vt sentit etiam Moret.hic.erat ergo maxima differentia, inter iudicem datum, & eum, cui mandata erat iurisdictio.
314 Vndecimo is, qui non potest dari iudex, nisi sit minor eo, qui dat, vel omnino priuatus, necesse est, vt differat ab eo, cui mandatur iurisdictio, qui potest etiam esse maior eo, qui iurisdictionem habet, sed datus iudex, qui iudicare iubetur, necesse est, vt sit minor eo, qui iubet, vel omnino priuatus, & sub iurisdictione iubentis l. vnica C. qui pro sua iurisdic. facit regula l.3.§.vltimo, & l.nā magistratus ff. de arbitr.is verò, cui mandata est iurisdictio, cum illam suscipere non cogatur,maior quoque mandante esse potest, hinc prętori etiam mandatur l. & si prętor infr. eod. qui tamen est de magnis magistratibus d.l. 3.§. fin. ff. de arbitr. differt.ergo datus iudex ab eo, cui mandata est iurisdictio.
315 Duodecimo, & vltimo, omissis alijs, quæ possunt peti a Camillo Plant. ad l. 1. infr. eod. lib. 2. in vers. mandata iurisdictione, num. 32.vsque ad finem illius capitis, vbi sexdecim enumerat differentias, inter habentem mandatam iurisdictionem, & iudicem datum, facit huiusmodi ratio. Iudex,qui potest recusari, necesse est, vt differat ab eo, qui recusari non potest, sed iudex datus potest recusari l. apertissimi C.de iud. vbi gloss.& DD. is autem, cui mandata est iurisdictio, recusari non potest, vt tradit gloss. prima ad l. fin. C. de iud. quam ibi sequuntur Cynus, & Odofredus, licet contrarium videantur tenere DD. communiter ex his, quæ tradit Ias. in d. l. fin. in fin. hoc est, quia confundunt iudicem datum, cum eo cui mandata est iurisdictio, igitur differt mandatam habens iurisdictionem à iudice dato pluribus, ac pluribus nominibus, vt patet ex supr. traditis.
316 Nec obstant ea, quæ afferebantur ex aduerso, & præsertim primum argumentum,quia non est necessarium, legem afferere differentiam esse, inter iudicem datum, & eum cui mandata est iurisdictio; nam si hoc reperiretur, non fuisset hac de re dubitatum, sed satis est,ex varijs iuribus, sexcentas colligi differentias, inter iudicem datum, & eum,cui mandata est iurisdictio, vt supr.deductum est.
317 Nec obstat secundum, quia non tenet consequentia, is cui mandata est iurisdictio, nihil proprium habet, sed vtitur iurisdictione mandantis, ergo est idem cum iudice dato, quia præterquamquòd potest vnus ab altero differre in alijs,nisi differat in hoc, prout re vera differt ex iam dictis;ab vno enim particulari ad ani-

318 ad vniuersale, non concludit argumentum, dif-
fert, etiam in hoc, quia iudex datus, nec propriá,
nec alienã habet iurisdictionem, qua vtatur, is
verò, cui mandata est iurisdictio, alienam sal-
tem habet iurisdictionem, qua vtitur, hinc
ipse suam exequitur sententiam, non autem in-
dex datus.

319 Tertium quoque argumentum facile dilui-
tur, quia, licet is, cui mandata est iurisdictio, non
possit alteri demandare, potest tamen iudicem
dare, vbi iudex datus, non modo non potest,
quam non habet iurisdictionem, mandare, sed
nec iudicem quidem dare, vt supra ostensum est;
iudicis enim dandi licentia, ad iurisdictionem
pertinet l. imperium infr. tit. 2.

320 Nec facit negocium d. l. a iudice C. de iudi-
cijs, quia ibi, per iudicem delegatum, a iudi-
ce scilicet ordinario, intelligitur iudex datus,
321 potest enim delegari, tàm notio, quàm iu-
risdictio, illa per dationem iudicis, hæc si man-
detur iurisdictio, est ergo differentia inter iudi-
cem datum, & eum, cui mandata est iurisdi-
322 ctio, vtrique tamen est delegatus, & hęc
verissima est in hac materia, declaratio.

323 Nec obstat quartum, & vltimum argumen-
tum, quod esset alicuius roboris, si eo probare-
tur, eum, cui mandata esset iurisdictio, iudi-
cem datum appellari, vel e contra, Iudex da-
tus diceretur mandatam habere iurisdictionem,
tunc enim daretur confusio terminorum, sed
quia iudex datus appellatur etiam delegatus,
nihil facit, delegatus enim est genus ad vtrum-
que, vnus tamen non est alter, sed sunt species
Iudicum oppositę.

324 Ad septimam autem quęstionem respondeo,
requisita, ad hoc, vt sit locus iudici delegato, re-
digi commodè posse, ad quinque solitas circun-
stantias, rei scilicet, personæ, loci, temporis,
325 & modi. Rei, quatenus necesse est, vt causa,
quæ committitur ad iurisdictionem eius perti-
neat, qui delegat, alioquin nihil agitur l. vnica
C. qui pro sua iurisdic. præterea necesse est, vt
326 causa sit delegabilis, plures enim causæ sunt,
quæ delegari non possunt, & præsertim illæ,
quæ ad iurisdictionem referuntur, lege, senatus-
consulto, vel principis constitutione, specia-
liter tributam l. 1. in princ. infr. eodem, quas ca-
usas, & alias indelegabiles, summatim colligit,
& perstringit Petrus Greg. Tholos. in Syntagm.
327 iur. vniuers. par. 3. lib. 47. cap. 22. num. 8. iure
autem pontificio, causas omnes delegabiles esse,
tradit Io. Faber ad Auth. ad hæc C. de iud. & Gui
328 do Papa decis. 604. Requiritur etiam circun-
stantia personæ, tã ex parte delegantis, quàm ex
parte delegati, ex parte delegantis, quatenus ne-
cesse est, vt delegans sit magistratus, vel potesta-
tem habens l. eum, qui infr. tit. 2. & ad hoc, vt iu-
dex detur, necesse est, vt vel ordinarius sit iudex,
qui dat, vel delegatus ad vniuersitatem causarũ,
cui specialiter lege, vel S. C. vel principis consti-
tutione sit hoc concessum l. cum prætor, infr. de
iud. ex parte quoquè eius, qui futurus est iu-
dex delegatus, necessaria est primũ habilitas per
sonæ, secundum terminos l. cum prętor infr. de
iud. vt diximus supr. in septima quæstione, de
iurisdictione, & tradit plenè Pract. Papiens. in
tit. de form. appell. ab interloc. in verbo incapax
est, & Cagnol. hic in suo exercitationis libello
cap. 1. in fine. Requiritur etiam, vt iudex datus
sit sub iurisdictione dantis, vel dationi consen-
tiat, alioquin non cogitur iudicare d. l. vnica
C. qui pro sua iurisdictione, iuncta l. & si prętor
infr. eod, &, de iure canonico, priuato fieri non
potest delegatio, sed necesse est, vt sit in digni-
tate constitutus, ita vt sit saltem canonicus Ec-
lesiæ Cathredralis c. statutum de rescriptis tra-
329 dit hic Paulus Orianus num. 15. Loci quoque
circumstantia necessaria, est, quatenus, exem-
pli gratia, Proconsul, non nisi post quam pro-
uinciam fuerit ingressus, mandare posse legato
suo iurisdictionem l. obseruare §. vltimo supr.
de offic. proconsul. nisi ex causa, vt dicitur in l.
330 aliquando eod. tit. Temporis quoquè circum
stantia necessaria est, quatenus magistratus
non possunt iudices iudicare iubere eo die, quo
331 priuati futuri sunt l. eum qui in fine infr. tit. 2.
Modi quoque postremo circumstantia deside ra-
tur, quatenus delegatio, quo ad iudicem datum
debebat fieri præscripta illa antiqua formula
iudicandi, de qua supra, quo ad eum verò, cui
mandata est iurisdictio, debet fieri litteris, sine
quibus, delegato non crederetur c. cum in iure
peritus de off. deleg. & ibi gloss. & DD. Bald. ad
l. vnica C. ne liceat in vna, eademque causa ter-
tio prouoc. c. cum a nobis de testi. l. 4. §. fin au-
tem C. de arbitr. l. vnica C. de mandat. princi-
pum. necessarium quoque est, vt mandati lit-
teræ fiant certa quadam forma, qua facile pos-
sit dignosci delegatus ab ordinario, dici enim
solet, in commissione procedas auctoritate no-
stra, vel delego tibi, vel committo talem cau-
sam, vt per Bart. ad l. more infr. tit. 2. & per Ab-
bat. & DD. ad c. licet de off. ord. tradit etiam Ma-
rant. de ord. iudic. in quarta parte principali,
distinc. 5. n. 4. faciunt tradita per Bolog. hic n. 48.

332 Ad octauam respondeo, delegationis effe-
ctum esse in communi, vt magistratus singulas
causas, per alios possint expedire, quibus singulis
ipsi per se non sufficerent, vt què ordo iudicio-
rum seruetur, quandoquidem ordinaria iudi-
cia illud desiderabant, vt magistratus in singu-
lis causis actionis formulam, & iudicem darent,
ipsi enim, non nisi extra ordinem cognoscere di-
cebantur, vt rectè, & eleganter declarat erudi-
tissimus Io. Vandus. lib. 1. variarum quæst. cap.
20. effectus autem particularis erat in eo, cui
mandabatur iurisdictio, vt fungeretur vice man-
dantis, & posset, non solum cognitione, & sen-
tentia, sed etiam executione controuersiam
dirimere.

Quod attinet autem ad iudicem datum, delegationis effectus est, vt possit cognoscere, & iudicare, secundum præscriptam formulam, non autem sententiam exequi l. a diuo Pio in princ. ff. de re iud. sunt etiam varij delegationis effectus, secundum variam potestatem delegantium, & secundum multiplices formas, & clausulas delegationis, de quibus summatim per Tholos. in Syntag. iur. uniuers. par. 3. lib. 47. cap. 22. num. 15. cum seq.

333 Ad nonam autem respondeo, desinere iudicem delegatum esse, omnibus illis modis, quibus diximus finiri delegatam iurisdictionem, in nona quęstione supra de iurisdictione, notio autem, in iudice dato, finitur ijsdem modis, & lata sententia l. iudex posteaquam infr. de iud.

334 Et ex his, habemus explicata singula rubricæ nostræ verba, quorum sensus est de officio eius, cui mandata est iurisdictio, id est de eo, quod debet efficere delegatus, iurisdictionem mandatam habens, qui differt a iudice dato, cui tantum notio est, vt supra docuimus.

335 Absoluta ergo prima parte huius nostræ interpretationis, venio ad secundam quæ pertinet ad illius subordinationem. coniungitur ergo hic tit. cum præcedentibus pluribus modis, vt per Odolfr. post gloss. hic. cõmunis tamen connexio ea est, quam scribit gloss. hic priore loco, nimirum. supra visum est de officio variorum iudicum ordinariorum, nunc autem de officio iudicis delegati, & iure optimo primum agitur de iudicibus ordinarijs, quàm de ijs, quibus, ab eisdem indicibus ordinarijs, mandatur iurisdictio, cum sint digniores, vt potè qui, respectu delegatorum, habent rationem causæ, delegatus enim sit, vt pendeat ab eo, a quo delegatur l. iudicium solui, infr. de iud. in decretalibus autem contrarius ordo est seruatus, quia quatenus agitur de officio, & potestate iudicis delegati, intelligitur de delegato principis, qui
336 est dignior ordinario, & ideo præfertur, cum digniora sint præferenda l. 1. & 2. ff. de albo scribendo.

Ex hac continnatione, & rationibus, quibus à DD. comprobatur, duplex colligitur conclusio. Altera est.

Iudex ordinarius delegans, est dignior delegato.

Altera.

Iudex delegatus a principe, est dignior quolibet ordinario.

337 Verum quia vtraque conclusio, à qua pendet probabilitas huius cõtinnationis, dubia est, idcirco vtramque in quæstionem voco.

Pro intelligentia igitur primæ questionis, illud præscire oportet, nos, per iudicem ordinarium intelligere magistratum, siue vrbanum, siue prouincialem, vt Prætorem, Præsidem, Proconsulem, & sic de alijs habentibus iurisdictio-
338 nem iure proprio, & sic magistratus, quia vix est, imo ne vix quidem, vt iudices ordinarij repetiãtur, in Pandectis, appellari, quandoquidem magistratus huiusmodi, vel non iudicabant, vel extra ordinem iudicare dicebantur, sed in singulis causis iudices dabant, vel mandabant iurisdictionem, vnde termini oppositi per, relationem secundum Romanorum ius, erant mandans iurisdictionem, & is cui mandatur, vel delegans, & delegatus, non autem ordinarius, & delegatus, quicquid sit, per ordinarium iudicem, intelligimus eum, qui gerit magistratum, & proprio iure dicitur iurisdictionem habere, per delegatum autem, non iudicem datum intelligimus, sed eum cui mandata sit iurisdictio, secundum ea, quæ supra explicauimus, in quæstione sexta, de indice dato. Dignitatem autem spectandam esse arbitramur in iudicibus, penes causas, effectus, accidentia, passiones, & proprietates iurisdictionis, quæ eos iudices efficit.

Quibus sic stantibus, videtur respondendum, prima facie, ordinarium iudicem, non esse absolutè maiorem delegato.

339 Primum, quia tunc demum delegans esset absolutè maior delegato, quando, non nisi inferiori posset iurisdictionem demandare, sed potest etiam superiori l. & si prætor iuncta gloss. infr. eod. igitur ordinarius non est absolutè dignior delegato a se.

340 Secundo, quia si ordinarius esset maior delegato a se, absolutè, ea dumtaxat ratione esset; quia respectu delegati habet rationē causæ, & causa est dignior suo effectu arg. l. digna vox C. de legibus c. 1. §. hoc autem qui feud. dar. poss. sed hāc ob causā nō potest dici ordinarius dignior,
341 quàm delegatus, non est igitur absolutè dignior. Minor probatur quia Capitulum canonicorum creat Episcopum c. cū Ecclesia de caus. possess. & propr. notatur in can. Valentinianus. 93. distinc. nemo tamen dixerit dignius esse capi-
342 tulum Episcopo. Cardinales quoque creant summum Pontificem, c. vbi periculum, de elect. lib. 6. & tamen quicquam in terris Summo Pontifice dignius non reperitur.

343 Imperator quoque maior est electoribus, a quibus creatur c. ad apostolicæ vbi gloss. in verbo, illi autem, de re iud. lib. 6.

In cõtrariū tamē est cõmunis omniū opinio, vt testatur Io. Bolog. hic n. 21. quę pluribus posset cõprobari, ego vero vtar paucis in re tā clara.

344 Primum quia is, qui fungitur vice alterius, cui ministrat, & aliena vtitur iurisdictione, nihil proprium habens, necesse est, vt eo ipso sit inferior, cuius iurisdictione vtitur, cuiusque vices, tamquam minister repræsentat, vt potest probari exemplo Episcopi, & Vicarij, Proconsulis, & Legati, sed is, cui mandata est iurisdictio est eiusmodi, respectu ordinarij, mandantis l. 1. §. qui mandatam, infr. eod. igitur minus dignus est delegatus, quàm suus ordinarius.

345 Secundo,

345 Secundo, quicumque vna cum dignitate potestatem habet, dignior est eo, qui nudam habet tantummodo potestatem, cum ratione honorũ, &
346 dignitatum, quisque dicatur dignior, sed iudex ordinarius gerit magistratum, & sic honorem §. prætorum quoque edicta Inst. de iur. nat. gent. &
347 ciu. delegatus autem nudã habet potestatem d. l. 1. §. qui mandatam, facit tex. in l. eum, qui infr. de iurisd. omn. iud. iuncta l. cum Prætor de iud. igitur ordinarius est dignior delegato.
348 Tertio, & vltimo, dignior est, cœteris paribus, qui dignitatem habet perpetuam, & perpetuam iurisdictionem, quàm qui habet temporalem, sed ordinarius perpetuam habet iurisdictionem, delegatus temporalem, vt nemo dubitat, igitur dignior est ordinarius delegato.
350 Non obstant contraria, & prẹsertim primum argumentũ, quia delegatus, quatenus delegatus est, & sic secundũ quid, est inferior ordinario, licet simpliciter, vel alio respectu sit maior, & dignior delegante, id quod videtur colligi ex cadẽ L. si Prætor, infr. eod. vnus enim, & idẽ potest esse dignior, & minus dignus altero, dignior tãquã ordinarius, minus dignus tamquam delegatus.
351 Nec obstat secundum, quia, rè vera, causa, à qua necessario finit effectus, est semper dignior suo effectu, nec faciunt negocium, de Capitulo, de Cardinalibus, & de Electoribus exempla, quia non sunt causa illius dignitatis, quàm non creant, nec habent, sed solum modo eligunt personam, cui, propter electionem, tamquam subiecto bene disposito, Deus, & lex dignitatem, & po-
352 testatem conferunt. Accedat etiam, quod causæ, quæ non habet in se actu virtutem, quam tribuit effectui, potest esse minus digna, quàm effectus, vt in d. l. casibus, secus vbi causa actualiter
353 habet, quod alteri tribuit, vt est magistratus, qui habitu, & actu habet iurisdictionem, quàm transfert, quo ad vsum, & exercitium, in delegatum. faciunt tradita per Bart. ad l. 1. delegat. 1.
354 Nunc autem veniendum est ad secundã conclusionem, circa quàm, vt distinctè procedamus, duas faciam inspectiones, prima erit, an delegatus principis, maior, & dignior sit ordinario, secunda, an habeat firmiorem iurisdictionem.

Quod attinet ad primam, sunt pugnantes DD. sententiæ, altera est existimantium digniorem esse delegatum à Principe, ordinario, id est gerente magistratum, & hanc opinionem tenet hic Alex. num. 4. Ias. num. 1. Alciat. num. 18. Dec. hic num. 4. & ad rub. de off. delegati pariter num. 4. Gozad. num. 9. Marcus Ant. Bellarmat. nu. 9. Purpurat. num. 28. videtur etiam sentire Curt. Iun. num. 13. licet postea vacillet. tenet etiam Sebast. Sap. nu. 12. & sequuntur alij communiter, & præsertim Riminal. & Mantua, & hanc communem esse testatur Bolog. hic n. 23. tenẽt etiam DD. ad d. rub. de off. & potest. iud. deleg. & plures, testãtes de communi, adducit, Hyppol. Riminal. hic nu. 14. & pro hac opinione plura afferuntur.

355 Primum autem, virtute, sic ratiocinantur, quicumque in officio, quod exercet, digniorem personam repræsentat, dignior sine dubio, & maior esse dicitur, quandoquidem, qui vices alienas gerit, ita honorandus est, sicut ille cuius vices gerit c. ad hæc de off. Archidiac. facit regula l. si eum, qui §. qui iniuriarum infr. si quis cautio, & l. adoptio non iure facta supr. de adopt. &
356 can. nobilissimus 93. distinc. At delegatus principis, cum eundem principem delegantem repræsentet l. & si prætor infr. eod. tex. est optimus in l. eos etiam C. de appellat. & in c. Iane extr. de off. & potest. iud. deleg. digniorem sine dubio personam repræsentat, quàm ordinarius, cum nullus reperiatur principe maior, prẹsertim
357 Papa can. cuncta per mundum can. per principalem 9. quæst. 3. cap. 1. extr. de maior, & obedien. l. depræcatio infr. ad legem Rodiam de iactu, igitur dignior, & maior est ordinario.
358 Secundo, quicũque est maior, est etiã dignior
359 cũ honor deferatur maioritati, arg. totius tit.
360 extr. de maior. & obedien. sed iudex delegatus à principe est maior ordinario, vt dicitur expressè in cap. pastoralis §. præterea extr. de off. ordin. & in d. c. sanè extr. de off. deleg. igitur est etiam dignior ordinario.
361 Tertio, quodcumque causatũ, eo dignius est, quo dignior est causa à qua procedit l. restituenda in fine, vbi gloss. C. de aduoc. diuers. iud. c. 2. de præben. lib. 6. sed dignior est causa delegati à principe, causa iudicis ordinarij; ergo iudex quoque delegatus à principe, est dignior ordinario. Mi-
362 nor probatur, quia delegati causa est princeps
363 vt nemo negat, ordinarij autẽ causa est lex, vt
364 omnes admittunt. sed princeps, qui solutus est legibus, quique dicitur lex animata in terris §. fin. in Auth. de consulib. est dignior lege mortua, ergo delegatus quoque a principe maior, & dignior est quolibet ordinario.
365 Quarto is dicitur maior, & dignior, qui propius accedit ad principem, qui omnibus,
366 sine controuersia, est maior, sed delegatus principis magis accedit ad principem, non modo quia principis vices, & imaginem sustinet d. c. sanè de off. deleg. sed etiam quia ab eo appellatur ad principem, vt colligitur ex l. præcipimus C. de appellat. igitur est dignior ordinario.
367 Quinto, ille iudex dicitur maior, & dignior qui nobiliorem, & potentiorem habet operati-
368 onem, & maiorem potestatem, quandoquidem causa cognoscitur ab effectu, sed maiorem ha-
369 bet potentiam, & potentiorem operationem delegatus principis, quàm ordinarius, igitur est maior, & dignior.
370 Minor probatur, quia delegatus principis sub delegare potest causas meri, & mixti imperij a principe sibi commissas l. a iudice C. de iudicijs, cum ibi notatis, vt communiter concludunt dd. ad l. 1. infr. eod. & de cõmuni testatur Bolog. hic nu. 22. in fine, quod iudex ordinarius facere non

 potest

poteſt l. ſolent ſupr. de off. procon. l. nemo poteſt de reg. iur. tradunt DD. communiter ad l. 1. infr. eod.

371 Sexto, vbicumq; duo ita ſe habent ad inuicem, vt vnus iubere poſſit alteri, alter verò circa cauſas alterius nõ poſſit ſe intromittere, ſine dubio ille, qui poteſt iubere eſt maior, arg. tot. tit. de maior, & obedient. ſed delegatus principis poteſt iubere ordinario, quod ſolus Princeps facit §. iudicare in auth. de defenſoribus ciuit. C. ſignifi-

372 caſti &c. ſtuduiſti extr. de off. deleg. ordinarius autem non poteſt ſe intromittere, niſi iuſſus in cauſis delegato commiſſis de ſtuduiſti de off. deleg. igitur delegatus eſt dignior ordinario.

373 Septimo, quodcumque ex duobus facit aliud ceſſare, eo, quod ceſſat dignius eſſe dicitur l. pen. & fin. C. de ord. iud. l. per minorem C. de iudicijs,

374 ſed iudex delegatus facit ceſſare ordinarium, cum non poſſit ſe in cauſa cõmiſſa, intromittere c. ſtuduiſti extr. de off. deleg. tex. eſt in l. 1. C. de off. Vic. iuncta l. duo, vbi Bart. quatenus ſtatur potius ſententiæ delegati à principe, quàm præfecti prætorio, igitur delegatus eſt dignior ordinario.

375 Octauo, & vltimo, omiſſis leuioribus, ille iudex dignior eſt, qui digniorem habet iuriſdictio-

376 nem, ſed, digniorem habet iuriſdictionem delegatus principis, qui eiuſdem principis iuriſdictionem habet, arg. l. 1. §. qui mandatam infr.

377 eod. quã quilibet magiſtratus. Principis enim iuriſdictio præeſt legibus d. l. Princeps ſupr. de le-

378 gib. magiſtratus autem iuriſdictio ſubeſt legibus. §. 1. inſt. de off. iud. tradit Diuinus Philoſopus lib. 4. de legib. & M. T. lib. 3. Ergo delegatus principis eſt dignior ordinario.

Horum tamen argumentorũ ratione minima habita, in contrariam iuit opinionem And. Sicul. Cognomento Barbatias, quàm referunt omnes hic, & eadem opinionem Berous aſcribit Felino ad rub. extr. de poteſt. & off. iud. deleg. qui tamen in Codice meo potius contrarium ſentire videtur, ſub num. 1. in fine, ſed Berous ſequitur hanc ſententiam num. 34. & ibidem, poſt longã diſputationem, Franc. Coſcius Senenſ. num. 16. ſentit. Gaſpar Valaſchus, ad l. imperium infr. tit. 2. nu. 215. cum ſeq. idem tenent hic Iacobus Niger num. 14. & num. 22. Paulus Orianus num. 25. & Bolog. num. 23. & hanc opinionem veriorem eſſe ego arbitror, pro qua propemodũ innumera afferuntur argumenta ego autem eligã potiora.

379 Primum igitur, virtute, hoc pacto ratiocinantur ille dicitur maior, & dignior iudex, qui ampliorem, & vniuerſaliorem habet iuriſdictionem

380 cum dignitas iudicis conſiſtat in amplitudine iuriſdictionis, vt colligitur ex c. forus de verb. ſignif. hinc Archiepiſcopus eſt maior, & dignior Epiſcopo, Patriarcha maior Epiſcopo, & Sũmus Pontifex maior omnibus, quia ſcilicet eius iuriſdictio maior, & vniuerſalior eſt, can. in nouo vbi gloſſ. cum ſeq. 21. diſt. tradit Dominus meus Io: Paulus Lancellottus, in ſuis inſtit. iur. canonici

381 in tit. de Epiſc. & ſummo Pontifice, ſed iuriſdictio ordinarij eſt magis vniuerſalis, & ampla, quàm iuriſdictio delegati, cũ ille ciuitatibus, & prouincijs præſit, hic verò particulares cauſas cõmiſſas habeat, & ſpecialem in illis iuriſdictionem dumtaxat tex. eſt in d. c. ſtuduiſti ex. de off. deleg. gloſſ. eſt in c. vlt. 21. diſtinct. facit gloſſ. vlt. in c. 1. & ibi Bald. de inueſt. in marit. fact. ergo ordinarius eſt dignior delegato. Nec vires huius argumentationis eneruat Dec. reſponſio, negantis hanc conſequentiam. eſt amplior iuriſdictio in ordinario, ergo eſt dignior, non video enim cur ſequela non teneat, cum iudex non niſi per iuriſdictionem dignitatem habere dicatur, ex his, quæ tradit Archidiaconus ad c. primum de conſuet. lib. 6. & Tiraquell. de nobilitate cap. 28. num. 2. ita vt eatenus dignior dicatur, quatenus vniuerſaliorem, & ampliorem iuriſdictionem habet, nec dicatur illud procedere vbi fluit iuriſdictio, ex eodem fonte, quia iuriſdictio mandata à principe, niſi concedat aliquid de reſeruatis ſibi, non procedit à diuerſo fonte, cum ſit pars iuriſdictionis illius ordinarij, de cuius manibus eſt exempta cauſa delegata. Nec rationi conſentaneum eſt, vt dignior ſit delegatus ordinario, cuius iuriſdictioni non ſubijcitur cauſa delegata, ob delegationem, quæ ſemper fit ex accidenti, ſed aliæ plures, & ſimiles plerumque maiores ſubijciuntur.

382 Secundo, quicumque firmiorem, & perpetuam habet iuriſdictionem, eo cenſendus eſt dignior, qui infirmiorem habet, & temporalem, arg. l. qui ſic ff. de ſolut. faciunt tradita per Abb. ad c. de multa de præben. & per Bar. ad l. 1. C. de

383 dignitat. lib. 12. hinc ſimplicius primo de Anima par. 1. nobilius eſſe dicebat, quod perpe-

384 tuum eſt eo, quod aliquando eſt, ſed delegatus principis temporalem habet iuriſdictionem, vt nemo negat eamdemque imbeciliorem, & minus firmam, vt admittunt communiter DD. & iam ij, qui opinantur digniorem eſſe delegatum ordinario, vt videbimus in ſequenti inſpectione igitur ordinarius eſt dignior delegato.

385 Tertio, ſi delegatus principis maior eſſet, & dignior quolibet ordinario, numquam daretur appellatio de delegato principis, ad aliquem ordinarium, cum ſemper de minori, ad maius tribunal. appelletur, non autem ad par, vel inferius c. 2. de conſuetud. lib. 6. vbi gloſſ. leg. primo §. ſi quis in appellatione, & §. ſi quis ergo de ap-

386 pellat. At a delegato Imperatoris appellatur ad ordinarios, nempe ad Perfectum prætorio, & ad quæſtorem l. præcipimus §. huic C. de appell. gloſſ. eſt in l. 1. ff. quis, & a quo, in fin. gloſſ. magnæ, ergo delegatus non eſt dignior quolibet ordinario.

387 Quarto, dignior ille eſt, ad cuius creationem concurrit, tam princeps, quàm lex, eo iudice, ad cuius creationem, princeps ipſe abſque legis inſtrumento concurrit, duorum enim

enim vinculorum maior ratio est habenda §.
sed hodie inst. de adoptio. §. 1. in auth. de con-
sang. & vterin. fratribus, tradunt, in materia di-
gnitatis, Hostiensis. Abb. & alij ad c. 1. de cõsang.
& affinit. congerit etiamalios, quos sequitur Ti-
388 raquell. de Nobilit. c. 5. num. 8. At ad consti-
tutionem magistratus, & iudicis ordinarij, con-
currit, tam lex, quæ tribuit formam dignita-
ti, quàm Princeps, qui dignitatem confert, &
iurisdictionem, vt docet Bart. in Auth. vt de-
funct. seu fun. eorum in §. fin. ergo ordinarius
est dignior delegato.
389 Quinto, si principis delegatus, ordinario
esset dignior, profectò ex eo esset, quia ipsæ re-
præsentaret personam principis, ordinarius au-
tem nequaquam, sed hæc ratio non est sufficiens,
ergo, per locũ à cessante ratione, delegatus prin-
cipis dignior est ordinario. Minor probatur,
quia tunc concluderet hæc ratio, quando ordi-
narius quoque non repræsentaret personã prin-
cipis, vel inferiorem repræsentaret, sed neu-
trum est, quia ipse quoque principem repræsen-
tat, vt dicit expresse Archidiaconus ad rub. ex-
tr. de off. ord. per tex. in §. illud etiam in vers.
similiquè in Auth. de appell. & per l. 1. C. de off.
Vicar. in fine, idem dixit Iacobus de Beluis. ad
Auth. vt defunc. seu funer. eor. Franc. Coscius
ad rub. extr. de off. & potest. iud. deleg. num.
16. faciunt tradita per Zasium ad l. de quibus
supr. de leg. num. 39. præterea non tenet seque-
la, delegatus repræsentat personam Principis,
ergo est dignior ordinario, qui principem non
repræsentat, illud enim. est ob maiorem digni-
390 tatem, & quia magistratus est dignitas abso-
luta, non gerens vicem alterius, hinc ciuitatis
princeps appellatur in l. Spadonem §. si ciuita-
391 tis infr. de excusat. tut. vel curat. Accedat
etiam, quod, si valeret ratio repræsentationis,
delegatus ab ordinario maiore, cum delegan-
tis personam repræsentet, dignior esset ordina-
rio minore, falsum tamen est hoc, vt colligitur
ex rub. & toto tit. præsertim ex l. fin. C. de pe-
dan. iud. gloss. est ad l. quod si quis §. si quis ff.
ne quis eum, qui in ius vocat. est vi exim. est
etiam gloss. ad clem. 2. de rescript. ergo fal um
est etiam antecedens.
392 Sexto dignior ordinario, qui in dignitate est
constitutus, non potest is dici, qui in dignitate
aliqua constitutus non est, arg. leg. eius, qui in
393 prouincia ff. si cert. pet. comparatiuum enim
394 supponit positiuum. At delegatus in dignita-
te aliqua constitutus non est, ergo dignior or-
395 dinario dici non potest. Minor propositio
probatur, quia quinque sunt dignitatum gra-
dus, nempe, Illustrium, spectabilium, clarissi-
morum, perfectissimorum, & egregiorum, vt
rectè docet Guidus Pancirolus in suis commen-
tarijs in notitiam vtramque c. 1. tradunt etiam
396 Bart. & DD. licet alio modo distinguant, ad
l. 1. infr. eod. sed delegatus principis, non potest
redigi ad aliquem ex istis gradibus, cum nec
magistratum, nec nomen magistratus habeat,
nec ordinationem, per legem, à principe, vel
à populo, nec alia, quæ requiruntur ad institu-
tionem dignitatis, secundum tradita per Abbat.
ad d. c. de multa extr. de præben. & per Bart. ad
d. l. 1. C. de dignit. lib. XII. Nec dicas delega-
tum habere dignitatem aliquam incertam sal-
397 tem, & innominatam, quatenus quilibet, ali-
quid faciens, etiam vile, principe immediatè
mandante, censetur aliqua dignitate frui, vt per
Roman. singulari suo 662. quod incipit. num-
quid esse cocum, tradit hic Orianus num. 4. &
398 quatenus delegatus iudicare potest, & qui-
cumque iudicare potest, dignitatem dicitur ha-
bere l. honor ff. de muner. & honor. facit tex. in
l. iudex vbi Bart. C. de dignit. lib. 10. & ea, quæ
latissimè tradit Tiraquel. de nobil. c. 28. num. 2.
399 cum seq. quia falsum est dari dignitatem hanc
incertam, & extraordinariam, iudicare enim,
400 cum certum dignitatis gradum non habeat,
munus potius est, quàm honor, vt colligitur ex
401 eadem l. honor, & dignitas absoluta, & or-
dinaria præferenda est extraordinariæ, acciden-
402 tali, & secundum quid. dignitatem, si quàm
habet Legatus, habet in causa delegata, extra
illam autem, est omnino priuatus, vt rectè do-
cet, post Innocentium ad c. si quando extr. de off.
deleg. August. Berous ad d. rub. num. 42.
403 Septimo, dignior est confirmans actum eo,
404 cuius actus confirmatur, confirmatio enim
ad maiorem, & superiorem pertinet, non ad
405 minorem c. venerabilem de elect. sed Legatus
de latere, qui est iudex ordinarius, potest sen-
tentiam delegati à Principe, si sibi videatur, con-
firmare c. illuduisti extr. de off. delegati, ergo
aliquis ordinarius est dignior delegato à prin-
cipe.
406 Octano, dignior est, qui iurisdictionem,
cum administratione habet iure proprio, quàm
qui habet alienæ iurisdictionis administratio-
nem. Archidiacon. ad c. 1. de consuetud. lib.
6. faciunt tradita per Tiraquell. de Nobilit.
407 cap. 28. num. 2. sed ordinarius iurisdictionem
cum administratione habet iure proprio l.
more infr. tit. 2. vbi DD. delegatus autem, alienæ
iurisdictionis vsum, & administrationem habet
l. 1. §. qui mandatam, infr. eod. ergo ordinarius
408 est dignior delegato. Corrobaratur argumen-
tum, quia maioris dignitatis est proprijs radijs
fulgere, quàm alienis, arg. l. fœminæ supr. de se-
nat. l. quod principi ff. de legat. 2.
409 Nono vetustiora, & antiquiora, cæteris pa-
ribus, sunt etiam digniora §. singulorum inst.
de rerum diuis. l. prouidendum C. de postulan.
l. 1. C. de iur. aureorum anulorum, cum alijs la
410 tissimè cõgestis per Tiraquell. de nobilit. c. 19.
At magistratus, & ordinarij Iudices sunt vetusti-
ores delegatis, cum post inductos iudices ordi-
411 narios, sint reperti delegati ex consuetudine.

arg.l.more infr.tit. 2.ergo iudices ordinarij sunt digniores delegatis a principe.

412 Decimo,& vltimo, paucis plura perstringendo, ad mentem Bolog. hic num. 23. vers. facit, sic possumus ratiocinari, ille dicitur dignior, cui maior debetur honor, & maior præstatur reuerentia §. prætorum quoque edicta Inst. de iur.nat. gent.& ciu. & tot. tit. extr.de maior. &

413 obedien.sed maior debetur honor, & maior præstatur reuerentia ordinario, quàm delegato principis, igitur ordinarius delegato a principe

414 est dignior. Minor probatur, primum consuetudine, quæ est optima legum interpres l. si de

415 interpretatione supr. de leg. quandoquidem in singulis ciuitatibus, ordinarij præferuntur in eundo, & in sedendo, commissarijs, & delegatis a principe, quibus nunquam præstatur tanta reuerentia, quanta exhibetur ordinarijs, vt restatur Franc. Coseius ad rub.extr.de off.deleg.

416 num. 14.præterea patet etiam hoc, quia ordinarius, ob reuerentiam, quæ sibi debetur, non potest citari l. 1. ff. de in ius voc. l. magistratus infr. de iniurijs, delegatus verò potest citari,

417 vt per Petrum Anchar. ad d.c.sanè de off. delegat.item ordinarius Illustris debet litigare per procuratorem, vt ipsius seruetur dignitas l. fin. C. vbi senat.vel clariss.& in Auth.vt ab Illustr. §. primo, delegatus autem principis potest per se litigare, cum in hoc non reperiatur priuilegio donatus, arg.eorum, quæ notantur per gloss.ad l.

418 a Diuo infr.de re iud.item iniuria, illata magistratui est atrox §. atrox Inst. de iniurijs, se-

419 cus in delegato, item quia a maioribus ordinarijs prohibita est appellatio l.1. supr. de off.

420 Præfec.Prætor.secus in delegatis l.præcipimus §.huic C.de appellat. item Illustribus conceditur, ob dignitatis prærogatiuam, vt possint ferre sententiam per alios l.2.C.de sentent. ex breuiculo recitandis c.fin. de re iud. lib.6.secus in delegato l.fin. C.de sentent.ex breuic.recit. & sic in alijs pluribus, semper maior habetur ratio dignitatis ordinarij, quàm delegati.

421 Non obstant nunc contraria, & præsertim primum argumentum, quia falsa est illius minor, non enim digniorem personam repræsentat delegatus principis, quàm ordinarius, primum quia delegatus principis eius personam repræsentat, quia non est iudex absolutus, qui pro-

422 priam a lege personam habeat, ordinarius autem, qui est iudex absolutus, & vtitur iure proprio, neminem repræsentat. non potest ergo dici delegatum repræsentare personam digniorem

423 eo, quia neminem ordinarius repræsentat, comparatiuum enim supponit positiuum, non

424 entium enim nullæ sunt partes l.eius. qui in prouincia ff.si cert. petat. Quod cum ita sit, dicimus iudicem absolutum,& ordinarium, quantumuis principe inferiorem, esse tamen digniorem eo, qui principem repræsentat, nullū enim

425 simile est idem l. quod Nerua ff.depositi,hinc

426 Magnus Dux Etruriæ Serenissimus, licet sit inferior Potentissimo Hispaniarum Rege,est tamen dignior Gubernatore Mediolani Excellen-

427 tissimo, qui Regem repræsentat, hine colligimus fallum esse, eundem tribui honorem repræsentanti Principem,qui Principi tribueretur. Contrarium enim seruat communis cōsuetudo, & c.ad hæc de off. Arch. nihil probat, non enim idem honor Archidiacono tribuitur, qui ipsi Episcopo tribueretur, & non esse eundem honorem tribuendum repræsentanti, qui tribuitur repræsentato, satis constat ex l. sed, & si hæc §. fin. intr. de in ius voc. in l. fin. C. de iniurijs facit l. etiam eis C. de appellat. iuncta l. praecedenti.

428 Præterea delegatus à Principe, illius personam repræsentat tantummodo in causa sibi cōmissa, extra quam priuatus esse dicitur, quem-

429 admodum Gubernator Mediolani, non repræsentat absolute personam Potentissimi Hispaniarum Regis, sed quatenus est Dux Mediolani, quantùm autem attinet ad causam, in qua est delegatus, admittimus esse maiorem, & di-

430 gniorem ordinario,à cuius manibus est exempta, & ita intelligitur d. c. sanè, est ergo dignior secundum quid, sed absolutè est dignior

431 ordinarius. Accedat etiam, quod falsa est illa minor, quia ordinarius quoque, cum repræsentet personam Principis, non dicitur delegatus digniorem personam repræsentare.

432 Magistratus enim sunt ministri ipsius Principis, quia ea expediunt, quæ olim manu Regia

433 expediebantur, lex enim creauit, magistratus in communi, tradendo formam, & limitando iurisdictiones, sed huiusmodi dignitates, & magistratus Princeps ipse actu tribuit huic, vel illi, vt exoneret se, & sic, vt commodius vacet imperio, constituit iudices, qui loco ipsius iu-

434 dicent. Hinc Archidiac. ad rub. extr. de off. ord. dicit ordinarium principem repræsentare, per tex. in §.ex simili in Auth.de appellat.& per l. 1. C.de off. Vicar. &,ex dicto Iacobi de Beluis. in §.fin. in Auth. vt defunct. seu fun.eorum.tradit etiam Franc. Coseius ad d. rub. de off.deleg. num. 16. & Zasius ad l. de quibus supr. de leg.

435 num. 39. dicit iudicem, in iudicialibus, populum repræsentare, cum populus, vel eum eligat, vel in eum à superiore electum consentiat,

436 & propterea magistratus dicitur princeps ciuitatis l. spadonem §. si ciuitatis infr. de excus. tut. cum igitur magis vniuersaliter repræsentet eundem principem ordinarius, quàm delegatus, cui dubium est digniorem esse ordinarium delegato?

Nec obstat secundum, quia tunc concluderet, quando absolutè delegatus principis esset maior ordinario, est enim maior tantummodo, quo ad causam delegatam, & ita loquitur d.c. sanè, & d. c. pastoralis in §. præterea. Nec dicas cum Dec. circa causam delegatam non cadere dubi-

tationem,

tationem, cum in ea, nihil commune habeat delegatus, cum ordinario, quia, præterquamquòd
437 hoc non est absolutè verum, nam adhuc causa commissa est sub vniuersali iurisdictione ordinarij, licet per specialem commissionem sit ei
438 derogatum, quoad exercitium. Præterea non est necesse, vt sit dubitabile, in ipsis legibus, quod dicitur per modum rationis, sed quod principa-
439 liter deciditur, ratio enim eo melior est, quo
440 certior, & minus dubitabilis, hinc appellatur euidens demonstratio, vt docet Bal. ad l. omnes populi supr. de iust. & iur. num. 63. in d. autem §. præterea dicit summus Pontifex, per modum rationis, cum delegatus, quantum ad illud, sit
441 maior ordinario, tex. autem in d. c. sanè, non meruit in proposito allegari, quia, vt considerat ad Rub. de off. deleg. Berons num. 39. vers. secundo non refragatur, & Franc. Coscius nu. 10. ibi erat lis inter ordinarium, & subiectos, & vbi committitur causa alicui, commissarius in illa causa superior est, & maior illis quorum causam suscepit terminandam, ordinarius ergo ibi non tanquam iudex consideratur, sed tanquam pars.
442 Nec obstat tertium argumentum, quia illius quoque minor falsa est, propterea quòd iudices quoque ordinarij, & magistratus creantur à principe, qui populi loco est, vt docet Budeus
443 ad l. 2. de iudicijs, nec facit negocium, quod dicitur de lege, & de principe, quia lex formauit magistratus in abstracto, tribuendo illis, pro varietate officiorum, certam iurisdictionem, auctoritatem, & honorem, & quamlibet suis finibus regendo, vt colligitur ex Budeo ad d. l. 2. Princeps tamen ille est, qui pro tempore huic, vel illi, magistratus actu tribuit, & dignitates, transferēdo iurisdictionem, & illius exercitium, hinc Bart. ad §. fin. in auth. vt defunct. seu fun. eorum, dixit, ne dum à lege, sed à Principe habere iurisdictionem, enim igitur iudices ordinarij, & dignitatem habeant ab antiquo à lege institutam, quæ à populo lata est, cumque iurisdictionem habeant, & illius exercitium à principe tributum, qui loco populi est; quo pacto poterunt minus digni censeri, quàm delegati, qui per accidens facti sunt iudices ab ipso Principe, sine certa, & formata dignitate, sed concessione solius vsus iurisdictionis, in causa commissa, certè, si delegatus, ob iurisdictionis exercitium, à principe commissum, & concessum, aliqua est dignitate decoratus, ordinarius pluribus, ac pluribus est dignitatibus cumulatus, vnde sine dubio dignior est censendus, & delegato anteponendus, auth. itaque C. commun. de success. & ibi Bart. Alb. Bald. Ang. Salyc. & alij.
444 Quartum quoque argumentum, minoris propositionis negatione, corruit, non enim magis accedit ad Principem delegatus, quia illius vices gerat, nam, si ipse principem repræsentat in vna causa, ordinarius repræsentat in pluribus. Nec semper de delegato ad principem appellatur, vt ostensum est supra, per tex. apertum in l. præcipimus §. huic C. de appellat. iuncto §. fin. in auth. de appell.

Præterea magis similis est principi Magistratus, à quo interdum non appellatur, quam delegatus, à quo semper appellatur.
445 Quintum quoque argumentum, facile diluitur, primum quia eodem modo possumus differi, quod assumebatur in minore propositione, falsam enim arbitramur esse sententiam illam, quæ habet delegatum Principis, posse meri imperij causas subdelegare, quamplurimi enim eā reprubant, & præsertim Excellentissimus Dominus Præses Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. q. 54. Præterea, quando velimus assumptum concedere (quia quando de vno dubitatur) in cæteris standum sit communibus, vt tradit Riminald. Iun. ad Rub. Iuit. de don. num. 59. quem refert, & sequitur Ant. Mar. Coraz. in tract. de communi opin. lib. 2. tit. 8. inspect. 1. num. 2. vers. hæc conclusio, non tenet sequela delegatus principis potest meri imperij causas subdelegare, quod non potest facere ordinarius, ergo est dignior ordinario, quamquam enim in hoc excedit, & vincit ordinarium in quampluribus ab codē ordinario vincitur, ita vt inferior, præterquamquod in causa commissa, remaneat.

Accedat etiam, quòd, secundum nostram sententiam, etiam ordinarij Indices possunt causas meri imperij subdelegare.
446 Ad sextum argumentum respondeo, maiorem propositionem veram esse, vbi quis iubere possit alteri, ratione maioritatis, quod non facit ipse delegatus principis, sed potius confugit ad ordinarium, tanquam ad virtutem superiorem, vt suum suppleat defectum, quia enim ordinarius habet potestatem exequendi, qua caret delegatus, ideo delegatus principis eius vtitur auxilio, vt rectè considerauit Franc. Coscius in d. rub. extr. de officio deleg. num. 10.
447 Septima autem ratio concludit principis delegatum digniorem esse ordinario in causa delegata, in qua illum cessare facit, non quia absolutè superior, sed quia species derogat generi l. in toto ff. de reg. iur. l. sanctio supra de pœn. tradit Bero. ad d. rub. de off. deleg. num. 27.
448 Nec obstat, octauum, quia aut princeps committit aliquid de reseruatis sibi, & tunc, quia illud pertinet ad principis iurisdictionem non communicatam, posset defendi communis opinio, aut committit aliquid de communicatis magistratibus, de quorum manibus eximit causam, quam committit, & tunc non potest esse dignior ordinario, sub cuius iurisdictione sexcentæ sunt causæ similes. Præterea delegatus principis vsum tātum habet iurisdictionis principis, vt patet ex l. 1. in §. qui mandatam infr. eod. non potest esse igitur dignior ordinario, qui iurisdictionis proprietatem habet.

449 Quod

449 Quod si quis contrarias velit in hac materia conciliare opiniones, adhibeat hanc distinctionem, aut consideramus, tam ordinarium, quàm delegatum, respectu causæ delegatæ, & sine dubio dignior est delegatus à principe, quàm ordinarius, & sic procedit d. c. pastoralis in §. præterea, aut consideramus vtrunque in suis causis, & tunc rursus distinguendum est, quia, aut aliquid commissum est delegato de reseruatis principi, & tunc, cum magis accedat ad principem, quàm ordinarius, est dignior ordinario, aut aliquid est commissum de communicatis, & tunc rursus distinguendum est, quia, aut comparatur principis delegatus cum ordinario, de cuius manibus causa exempta est, vel cum superioribus, & maioribus iudicibus, aut comparatur cum ijs indicibus, & magistratibus, qui sunt inferiores ab eo, de cuius manibus causa est desumpta, primo casu dignior est ordinarius, quàm delegatus, & sic vendicant sibi locum, arg. posterioris sententiæ, & præsertim tex. in l. præcipimus §. huic C. de appell. & in §. fin. in auth. de appell. & infr. quę tempora debeat appellari. Secundo autem casu concludendum est, digniorem esse delegatum ordinario, cum causam habeat maioris iurisdictionis, & hoc est, quod sentit Pyrr. Alpha. hic. num. 69. cum seqq.

450 Superest modo, vt ad secundam inspectionem aggrediamur, in qua pariter sunt pugnantes DD. sententiæ, altera est existimantium firmiorem iurisdictionem habere delegatum principis, quàm tenuerunt hic Gozad. num. 9 & Mantua num. 43. pro qua plura possunt afferri arg.

451 Primum autem, virtute, hoc modo ratiocinatur. principis iurisdictio sine dubio firmior est iurisdictione cuiuscunque ordinarij, arg. legis deprecatio infr. ad legem Rodiam de iactu can. cuncta per mundum, & can. per principalem 9.

452 q. 3. at delegatus principis eiusdē principis iurisdictionem habet l. 1. §. qui mandatam infr. eod. igitur delegatus principis firmiorem habet iurisdictionem ordinario.

453 Secundo illa dicitur fortior, & firmior iurisdictio, aduersus, quàm difficilius conceditur restitutio in integrum, sed iurisdictio delegati a

454 principe est eiusmodi, cum aduersus eius sententiam, non detur restitutio, nisi à principe l. minor autem magistratus §. pen. ff. de minoribus, ergo delegati iurisdictio est firmior.

455 Tertio firmior est iurisdictio, cuius effectus difficilius tollitur, vel suspenditur per appellationem, sed delegati à principe iurisdictio est eiusmodi, cum ab eo non nisi ad principem appelletur l. præcipimus. C. de appellat. ergo est firmior iurisdictione ordinaria.

456 Quarto, illud ex duobus dicitur firmius, quod alterum facit cessare l. pen. & l. vlt. C. de ordine iudiciorum l. per minorem C. de iud. sed

457 iurisdictio iudicis delegati a principe, facit cessare iurisdictionem ordinarij, cum non possit se in causa commissa intromittere c. Audiuisti extr. de off. delegati, firmior ergo est iurisdictio delegata à principe, quàm ordinaria.

458 Quinto, & vltimo, quia ille dicitur firmiorem habere iurisdictionem, qui meri imperij causas potest delegare, quàm qui delegare non po

459 test, sed delegatus a principe potest meri imperij causas delegare l. vnica c. qui pro sua iurisdic. & est communis opinio, vt de cōmuni testatur Io. Bolog. hic num. 22. ordinarius autem meri imperij causas delegare non potest, secundum communes traditiones l. 1. infr. eod. per tex. in l. solent supr. de off. proconſ. & legat. & per l. nemo potest infr. de reg. iur. firmiorem ergo habet iurisdictionem delegatus a principe, quam ordinarius.

Horum tamen argumentorum ratione minime habita, in contrariā opinionē iuerunt communiter alij omnes interpretes, & præsertim Alex. num. 4. qui latissimè disputat, Iason num. 1. & Dec. num. 5. & de communi testatur Io. Bolog. hic num. 51. potest autem hęc opinio pluribus comprobari.

460 Primum autem, ad mentem Alexandri, possumus hoc pacto argumentari. firmior est illius iurisdictio, qui, postquam tulit sententiam nullam, rursus potest iudicare, quàm illius, cuius

461 officium, & iurisdictio, lata sententia, spirat, cum minus firmum sit, quod citius, & facilius euanescit arg. l. qui sic ff. de solutionibus, facit totus tit. inst. de perpet. & temporal. actio,

462 sed iudex ordinarius, postquam tulit sententiam nullam, rursus potest iudicare l. si præses C. quom. & quando iudex l. 4. C. de accusat. quod tamen facere non potest iudex delegatus, etiam a principe l. si vt proponis, huius initij prima C. quomod. & quando iudex, secundum communem intellectum, & præsertim Baldi, quem approbat in primis Alexander hic num. 6. igitur firmior est ordinarij iurisdictio, quàm delegati à principe.

463 Secundo, firmiorem dicitur habere iurisdictionem is, qui, reseruata sententia, potest causam delegare, quàm is, qui ita, vt sibi senten-

464 tiam reseruet, delegare non potest. at ordinarius iudex, ita potest delegare, vt sibi sententiam reseruet, delegatus autem nequaquam. Auth. ad hæc C. de iud. firmiorem ergo habet iurisdictionem ordinarius, quàm delegatus à principe.

465 Tertio, sine dubio non ita firmam habet iurisdictionem is, qui, vel sententiam non potest exequi, vel vltra annum exequi non potest, quemadmodum is, qui, & sententiam executioni potest mādare, & limitatum tempus ad illam exequendam, non habet. Sed eiusmodi est delegatus principis, respectu ordinarij, cum, de iure ciuili sententiam non possit exequi, gloss. est in l. a diuo Pio, in princ. in gloss. magna, de re iudicata,

per

per dictum principium, & per l. properandum §. fin autem reus C. de iud. nec non per §. si verò etiam quidam iurent, in auth. de exhiben. reis, & sequuntur Petrus, Dynus, Cynus, & Fulgos. quos refert Alex. hic num. 9. de iure autem canonico, non, nisi intra annum, possunt executioni mandare c. quæreuti, & ibi notatur extr. de off. & potest. iud. deleg. minus ergo firmam habet delegatus a principe, quàm ordinarius iurisdictionem.

466 Quarto, firmiorem, dicuntur habere iurisdictionem ij, a quorum sententijs interdum non
467 datur appellatio, quàm ij, a quibus semper datur appellatio, sed interdum a sententia ordinarij, non datur appellatio, vt puta a Præfecto Prætorio l. 1. supr. de off. Præfec. prætorio, de delegatis autem, semper datur appellatio, saltem ad Principem l. præcipimus C. de appell. firmiorem ergo habet iurisdictionem aliquis ordinarius, quàm quilibet delegatus a principe.

468 Quinto firmiorem dicitur habere iurisdictionem, qui potest sententiam per alium recitare, quàm qui per se cogitur pronunciare. sed potest ordinarius per alium sententiam recitare c. vltimo de re iudic. lib. 6. l. 2. C. de sentent. ex breuic. recit. delegatus autem a principe non potest l. fin. C. eod. tit. igitur firmiorem habet iurisdictionem ordinarius, quàm delegatus a principe.

469 Sexto, firmiorem videtur habere iurisdictionem, qui maiorem mulctam potest imponere, sed maiorem potest ordinarius multam imponere, quàm delegatus principis, qui, etsi de personis illustribus sit, mulctare nō potest, nisi vsque ad sex solidos, si verò sit de spectabilibus, vel de clarissimis, potest vsque ad tres l. 2. C. de sportulis. vbi, iudices ordinarij, maiores quoque, & grauiores mulctas possūnt imponere, & pœnas etiam corporales l. eos C. de modo mulctarum, igitur firmiorem habet, iurisdictionem ordinarius, quàm delegatus a principe.

470 Septimo, eum, qui potest suam delegare iurisdictionem, cum facultate subdelegandi, credendum est firmiorem habere iurisdictionem, quàm is habeat, qui eum potestate subdelegandi, nequit delegare, sed eiusmodi est ordinarius, respectu delegati a principe, qui, cum facultate subdelegandi, delegare non potest, gloss. est singularis in cap. super quæstionum §. porrò, in verbo transfert totam, de off. delegati. notat speculator in tit. de iudice delegato, §. secundum, vers. sed numquid subdelegatus, vbi ordinarius, potest cum facultate subdelegandi, delegare. sentit gloss. ad c. is, cui, de off. deleg. lib. 6. sequuntur Cynus, & DD. communiter in l. a iudice C. de iud. Bart. & alij ad l. more infr. tit. 2. ergo firmiorem habet ordinarius iurisdictionem, quàm delegatus.

471 Octauo, nulli dubium est, eum iudicem firmiorem habere iurisdictionem, qui, tamquàm suspectus, non potest remoueri, sed recipit adiunctum, quàm ille, qui, si suspectus allegetur remoueri soleat, sed eiusmodi est ordinarius, respectu cuiuscumque delegati, etiam a principe, ergo firmiorem habet ordinarius, quàm delegatus a principe, iurisdictionem.

472 Nono, firmiorem habet iurisdictionem, fine dubio, qui, postquam recusatus est, potest per se alteri causam committere, quàm ille qui recusatus causam committere non potest, sed eiusmodi est ordinarius, respectu illius, cui a principe mandata est iurisdictio, cum hic recusatus non possit per se alteri causam committere, cap. iudex ad apostolicam, de off. & potest iud. deleg. lib. 6. ille autem, nempe ordinarius, possit per se causam committere c. si quis contra, de foro competenti c. cum speciali, & ibi notatur de appell. igitur ordinarius firmiorem habet iurisdictionem delegato a principe.

473 Decimo, ea firmior est iurisdictio, quæ plu-
474 ribus, & maioribus est suffulta adminiculis, plura enim vincula magis stringunt quam vnum §. sed hodie inst. de adoptionibus §. 1. in auth. de consang. & vterin. fratribus, sed pluribus & maioribus esse suffulta adminiculis ordinaria iurisdi-
475 ctio, quàm delegata a principe, quādoquidem a Principe delegata iurisdictio vnius, & solius nititur principis auctoritate, ordinaria autem, & principis, & legis authoritate nititur, vt dicit expresse Bart. ad §. vltim. in auth. vt defunc. seu funer. eorum, faciunt tradita per Budeum ad l. 2. ff. de iud. præterea in delegato est iurisdictio nuda, quoad exercitium, vbi, in ordinario, est in habitu, & cum dignitate coniuncta, igitur firmior est ordinarij iurisdictio, quàm delegati à principe.

476 Vndecimo, firmior est iurisdictio per se, quàm ea, quæ est per accidens, argumento eorum, quæ tradit. Bald. ad l. cum te in princ. C. de nupt. sed iurisdictio ordinaria est per se, delegata a principe per accidens, vt patet, firmior ergo est iurisdictio ordinaria qualibet delegata, etiam a principe.

477 Duodecimo, firmior est iurisdictio perpetua, quàm temporalis, arg. l. qui sic de solut. & totius tituli inst. de perpet. & temporal. act. sed iurisdictio ordinaria est perpetua; magistratus enim numquam moritur; delegata autem temporalis, vt nemo dubitat, firmior ergo est iurisdictio ordinaria, quàm delegata a principe.

478 Decimo tertio, & vltimo, firmior dicitur esse iurisdictio apud eum, cui competit iure proprio, quàm apud eum, cui competit beneficio alieno, quemadmodum res quælibet firmior est apud dominum, & proprietarium, quàm apud eum, qui vsum rei habeat dumtaxat, sed iudex ordinarius habet iure proprio iurisdictionem, delegatus autem etiam a principe iure alieno, & quo ad vsum tantummodo l. 1. §. qui mandatam infr. eod. iuncta l. more maiorum infr. tit. 2. igitur

gitur firmior est iurisdictio apud iudicem ordinarium.

479 Non obstant nunc contraria, & præsertim primum argumentum, quia iurisdictio Principis, firmior est apud principem, qui illius habet proprietatem, quàm apud eius delegatum, qui illius vsum tantummodo habet per accidens & ad tempus, eadem enim res potest firmior esse apud aliquem, minus firmam apud alium.

480 Nec obstat 2. quia d. lex minor autem magistratus in §.pen.dicit insolitum esse, vt aduersus, delegati a principe, sententiam, detur restitutio ab alio, quàm a principe, non negat tamen, quin possit fieri restitutio per alium, præterea procedit d.lex in delegato a principe, quando delegata est causa, quæ cadebat sub iurisdictionem alicuius ex illustribus, & sic summi ordinarij, a quo, nisi ad principem non datur appellatio.

481 Non obstat tertium, quia etiam de delegato a principe appellatur ad ordinarios, vbi ille, de cuius manibus exempta est causa commissa, habet superiores iudices medios inter se, & principem, & sic ad illos, ad quos fuisset appellatum, si ordinarius pronunciasset, vt non obscure colligitur ex d.l.præcipimus C.de appellat, ab ordinarijs etiam maioribus,non datur appellatio, nisi ad principem, & a quibusdam non datur appellatio, quod est quid maius, vt supra videmus.

482 Non obstat quartum, quia iurisdictio delegata, non facit cessare vniuersaliter iurisdictionem ordinariam, sed solummodo in causa delegata, in qua non potest fieri comparatio, præterea facit cessare nõ quo ad perpetuum habitu, sed quo ad actum temporalem.

483 Non obstat quintum, primum quia non satis constat, inter Interpretes;an delegatus principis possit meri imperij causas delegare, & fortè verior, & magis communis opinio est, vt delegare non possit, quàm defendit Vir Doctissimus Pręses Menoch. lib.1.de arbitr. iud.q. 54. de qua à nobis latius agendum est infr. ad l. 1. præterea, aut iudex ordinarius merum habet imperium, iure magistratus, & iure proprio, & ipse quoque poterit meri imperij causas delegare, per secundam regulam legis primæ infr. eod.aut habet illud, quia specialiter sit tributum, lege, senatusconsulto, vel principis constitutione, & tunc,quo ad causas meri imperij,non est ordinarius, sed delegatus a lege, non esset ergo mirum, si minus firmam haberet iurisdictionem, quàm delegatus a principe, qui est supra legem. Cum igitur dignior sit persona ordinarij, quàm delegati, eiusque iurisdictio sit firmior, iure optimo, prius tractatum est de magistratibus, & de iudicibus ordinarijs deinde vero de ijs, quibus mandatur iurisdictio,

484 verum quia huiusmodi appellationes iudicum ordinariorum, & delegatorum, parum apud antiquos sunt visitatæ, ego libentius, omissis aliorum connexionibus, hoc pacto cum præcedentibus hanc rubricam coniungerem.Supra visum est de dignitatibus, & magistratibus, & officijs, certam formã,& certa quædam nomina habentibus, a iure populi Romani, & sic de his qui per se, & omni tempore, in vrbe Romana, vel in prouincijs, ius dicebant, siue iure proprio ius redderent, vt Præfecti, Prætores, Præsides, & Proconsules, siue ex mandata iurisdictione, vt legati proconsulum, nunc autem agitur de his, qui ius reddunt per accidens, & proprio iure non vtuntur, nec nominatum gerunt officium, sed iurisdictione vtuntur aliena vt ij, quibus iurisdictio mandatur, vel ij, qui magistratus coadiuuant, vt sunt assessores, & consiliarij de quibus infr.tit.proximo de officio assessorum, nec absimilis est ordo decretalium, in quibus primum tractatum est de ijs, qui mandatam habent iurisdictionem, ad vniuersitatem causarum, cuiusmodi sunt Archidiaconi, Archipræsbiteri, Vicarij, & cæteri, qui nominatum habent officium, deinde in genere de off. & potest.iud.delegat.deinde vero idem ordo seruatur in tractatione iudicum ordinariorum, primum enim agitur de officio legati habentis certam, & nominatam ordinariam dignitatem, deinde verò de officio ordinarij in genere, & hæc ad Dei laudem sufficiat dixisse, pro huius rubricę explicatione, quam ita interpretabar ego Philippus Massinius ab Innocentijs Ticini.

Anno 1596.



AD

AD LEGEM PRIMAM ff. de officio eius, Cui mandata est iurisdictio.

SVMMAE RERVM, ET VERBORVM.

1 METHODVS obseruanda proponitur.
2 SVPERILLVSTRIVM gradus, specie distinctus ab alijs, an detur.
3 Magistratus olim dabatur, qui erat super dignitatem Illustrium.
4 Gradus per superioritatem, & inferioritatem distinguuntur.
5 Dignitas summa, in descendendo, non potest esse nisi in termino, a quo.
6 Dignitas summa, in ascendendo, non potest esse nisi in termino, ad quem.
7 Appellatio semper fit de minori Iudice, ad maiorem.
8 Appellatur ab Illustribus ad competentes Magistratus.
9 Iudices dantur, qui maiores mulctas, quàm Illustres imponunt.
10 Superlatiuum semper excedit positiuum.
11 Praefectura illustrissima appellatur.
12 Spectabiles in ordine dignitatum sunt medij.
13 Illustres ad primum dignitatis gradum referuntur.
14 Patritiatus summa dignitate decorati, Praefecti Praetorio, & Senatores, maiores dignitates habere dicuntur, & tamen omnes sunt in classe Illustrium.
15 Appellandum est gradatim.
16 Appellatur ab Illustribus ad Principem, non ad superillustres, qui non dantur.
17 Praefectus Vrbis est Illustris, reperitur nihilominus illustrissimus interdum appellatus.
18 Dignitas apud populum Romanum, quae latinam appellationem non haberet, non potuit dari.
19 Superillustrium appellatio latina non est.
20 Illustrium dignitas, licet vnum ex quinque principibus gradibus tantum constituat, tres tamen habent classes, Ciuilem nimirum, militarem, & palatinam.
21 Differentia secundum plus, & minus, non facit gradu, & specie differre.
22 Spectabilium quoque, & clarissimorum tres sunt classes, quae gradus non multiplicant.
23 Praefectus Praetorio Orientis, sub quo erant Prouinciae 50. maior erat Praefecto Illirici, sub quo erant Prouinciae decem.
24 Praefectus Praetorio Illirici erat maior Praefecto Vrbis Constantinopolis.
25 Magistri militū plures, omnes illustres, vnus tamen maior alio, idem dicendum de Palatinis.
26 Illustrium vnus gradus, maiores, & minores habet, qui dignitate essentiali non differunt, sed accidentali; ita vt inter eos ascensus, & descensus dari possit.
27 Illustrium, & spectabilium maioritas, & minoritas constituit dignitates particulares, non gradus diuersitatem.
28 Appellatio ab Illustribus, non nisi ad Principem datur, licet ipse per alios interdū cognoscat.
29 Praefectus Orientis est Illustris respectu illustrium, & clarissimorum, & aliorum graduum, dici tamen potest illustrissimus, per quendam excessum, quia sit in prima classe Illustrium.
30 Medium dicitur, quod habet superiora, & inferiora, licet magis ad vnum extremum, quàm ad aliud accedat.
31 IMPERATOR, & Summus Pontifex, an sint ad gradum superillustrium referendi.
32 Pontifici Summo, & Imperatori, ille dignitatis gradus est tribuendus, quo maior, aut excelsior reperiri non potest.
33 Dignitas, maior ea, quam habent illustres, quoad gradum, non est.
34 Imperator a Summo Pontifex appellātur illustres.
35 Senatores non sunt plusquam illustres.
36 Imperator est in ordine Senatorum.
37 Dignitatum principia non debent ad ordinem dignitatum referri.
38 Vnitas, quae est principium numeri, non est numerus.
39 Vxor, quae est principium affinitatis, non refertur ad aliquem affinitatis gradum.
40 Pontifex Summus, & Imperator sunt principia dignitatum.
41 Pontifex Summus, & Imperator, ita se habent ad entia ciuilia, sicut Deus ad entia creata.
42 Deus Optimus Maximus est extra ordinem omnium entium creatorum, & veluti trascendens est eis optimum.
43 Pontifex Sūmus, & Imperator habēt qualitates, & titulos superantes omnes illustriū classes.
44 Imperatori tribuitur titulus maiestatis, & Serenitatis.
45 Augusta Serenissima appellatur.
46 Pontifici Summo, tribuitur titulus Beatitudinis, & Sanctitatis.
47 Legi, qui praeest, non collocandus in eodem gradu dignitatis, in quo, qui subsunt, collocātur.
48 Princeps est supra legem, cum condere, & tollere legem possit.
49 Magistratus legibus subsunt, non praesunt.
50 Illustrium dignitas est maior inter dignitates dependentes, & participatas, non autem inter independentes, & absolutas.
51 Imperator respectu Summi Pontificis, dici potest Illustris, non autem respectu Magistratuum.

52 *Imperator patitur se referri in ordinẽ Senatorum, vt Respublicæ speciem conseruet, & ordinem ipsum illustret.*
53 *Imperator, licet, tanquam Senator, sit Illustris, non propterea desinit esse Serenissimus.*
54 *Pontifex Summus, licet se seruum seruorum Dei appellet, & Episcopum, non propterea tamen Patriarchis est minor.*
55 *Illustrium classes tres sunt, tam in Imperio Orientali, quàm in Occidentali, ciuilis, Militaris, & Palatina.*
56 *Illustrium, in prima classe, sub Imperio Orientali, quinam sint declarantur.*
57 *Illustrium, in secunda classe, quinam connumerentur.*
58 *Illustrium, tertia classi, qui adscribantur.*
59 *Illustrium, in prima classe, sub Imperio Occidentali, quinam contineantur.*
60 *Illustrium, in secunda classe, quinam sint.*
61 *Illustrium, in tertia classe, qui nam ponantur, declaratur.*
62 *Illustres non poterant, nisi per Procuratores legitimare, quod etiam antiquitus spectabilibus, & clarissimis tribuebatur.*
63 *Illustres, non nisi a Principe, vel ab eius delegato iudicantur.*
64 *Illustres à delegato possunt, inconsulto Principe, absolui, non tamen condemnari.*
65 *Illustres, non nisi ex scripto in ius vocabantur, & in ius vocati, satisdare non cogebantur.*
66 *Illustres, quando eorum causa tractabatur, sedebant cum Iudicibus in inferiore parte auditorij.*
67 *Illustres, cum Præsidibus Prouinciarum, honoris causa in tribunali sedere poterant, nisi ipsi litigarent.*
68 *Illustres poterant per suos officiales sententias recitare.*
69 *Illustres, à turpibus vsuris abstinere cogebantur, nec vltra trientem vsurarum capere poterant.*
70 *Illustres, viles vxores ducere probibebantur.*
71 *Illustres, vel eorum liberi, vsque ad pronepotes, criminis causa, torqueri non poterant, nec plebeorum pœnis subyci.*
72 *Illustres, qui suo titulo, vel honorifico nomine non appellassent, aut, loquendo, vel scribendo non salutassent, tribus auri libris mulctabãtur.*
73 *Professores publici qui viginti annorum spatio fuerint publicè interpratati, non gaudent priuilegijs Illustrium.*
74 *Sed Vicarij Dignitatem tantũmodo acquirũt.*
75 *Vicarij, habentes administrationem, Illustres non sunt, sed spectabiles.*
76 *DIVISIO legis.*
77 *Argumentũ ex sentẽtia auctoris proponitur.*
78 *Facti species effingitur.*
79 *Proconsules mandant legatis criminum cognitionem, quæ ad merum Imperium pertinet.*
80 *Magistratus, iurisdictionem vniuersam,* *mandare possunt.*
81 *Merum Imperium est species iurisdictionis.*
82 *Magistratus, quæcunque habent, id omne, vel à populo, si administratio Reipub. sit popularis, habent, atque ita à lege, vel à senatu, si gubernatio Reipub. sit optimatũ, vel à principis cõstitutione, si Respublica ab vno Principe gubernetur.*
83 *Delegatus Principis, meri Imperij causas potest demandare.*
84 *Industria personæ, ob causarum momentum, & grauitatem, videtur electa, in his, quæ specialiter conceduntur.*
85 *Industria persona, vbi in aliquibus electa est, demandare non possunt.*
86 *Legato Proconsulis, vt posset cognoscere causas criminales, olim specialiter, & extraordinem tributum fuit, à Constantino autem, ordinarium factum est mandatum.*
87 *Legatus Proconsulis, licet posset cognoscere, non tamen poterat absoluere, vel condemnare.*
88 *Iurisdictio in genere sumpta, non potest mandari vniuersa.*
89 *Iurisdictio potest mandari vniuersa, quando vniuersa competit iure Magistratus, secus in ea parte, quæ specialiter est concessa.*
90 *Magistratus, quæ habent à populo, vel Senatu, vel Principis constitutione, magistratus iure habere dicũtur, ideoque ea mãdare possunt.*
91 *Delegatus is non est, cui aliquid specialiter sub nomine dignitatis tribuitur, sed is, cui aliquid per rescriptum, & per accidens cõmittitur.*
92 *Littera cuius legis expositio.*
93 *Tutoris datio, neque Imperij est, neque Iurisdictionis.*
94 *Specialiter id est nominatim, & expressè.*
95 *Lege specialiter tributa, quæ.*
96 *Senatusconsulto specialiter concessa, quæ.*
97 *Constitutionibus Principum specialiter tributa, quæ.*
98 *Specialiter tributa, mandata iurisdictione non transferuntur, quia censetur in illis industria, & fides personæ electa.*
99 *Magistratus iure, quæ competere dicantur, & quæ specialiter, & inter hæc differentia.*
100 *Magistratus habentes specialiter delegata in quo errent, suam Iurisdictionem mandando.*
101 *Publica iudicia, quæ ad merum Imperium referuntur, quæ.*
102 *Lex Iulia de vi duplex, publica, & priuata.*
103 *Specialiter tributa mandari possunt ex causa absentiæ.*
104 *Iurisdictio in specie, quid sit.*
105 *Familiæ appellatione veniunt serui.*
106 *Senatusconsulti Sillaniani dispositio, & dispositionis ratio.*
107 *MERVM IMPERIVM, sui natura, an sit indelegabile.*
108 *Merum Imperium, non nisi lege, vel Senatusconsulto, vel Principis placito, defertur magistratibus.*

109 *Merum Imperium, si esset delegabile, non errarent* Magistratus, *publici Iudicij, quam habent demandando exercitionem.*

110 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*

111 *Potestas gladij, non potest demandari.*

112 *Potestas gladij nihil aliud est, quàm merum* Imperium.

113 *Industria persona, vbi in aliquo est electa, demandari non potest.*

114 *Meri Imperij in concessione, semper videtur electa industria persona.*

115 *Magistratus Iure, qua competunt, possunt delegari.*

116 *Merum Imperium competit iure magistratus, & iure proprio.*

117 *Populus, Senatus, & Princeps, merum Imperium habent iure proprio.*

118 *Merum Imperium, qui habent iure Magistratus, dicuntur habere iure proprio.*

119 *Relatiuum, restringit suum antecedens.*

120 *Magistratus iure, ea competunt, propter qua Magistratus ipse à principio est institutus.*

121 *Magistratus plures sunt instituti, vt de criminibus cognoscerent, qua pertinent ad merum* Imperium.

122 *Consules, post exactos Reges, habebant Summum Ius, & regiam potestatem, qua fuit deinde diminuta.*

123 *Coercendi facultas, ad merum* Imperium *pertinet.*

124 *Dictatorum qualis fuerit potestas.*

125 *Prafectura omnia omnino crimina sibi vendicabant.*

126 *Consules duo creati, post exactos Reges, Dictatores, & Prafecti Vrbi merum* Imperium, *iure proprio habebant.*

127 *Magistratus sunt minores, & maiores, per ea, qua illis competunt iure* Magistratus, *non per ea, qua illis specialiter mandantur.*

128 *Dubium quod est de iure ciuili, si sit certum de iure canonico, iure quoque ciuili certum esse intelligitur, quasi à iure canonico interpretationem recipiat.*

129 *Merum* Imperium, *iure canonico est, delegabile.*

130 *Delegabile est de iure canonico quicquid est cognoscibile.*

131 *Differentia in dubio, & sine causa non est inducenda inter ius canonicum, &* Ius *ciuile.*

132 Ius *canonicum, in his, qua peccatum non concernunt, plerumque intelligitur cum ciuile iure consentire.*

133 Ius *ciuile dubium, recipit interpretationem à consuetudine.*

134 *Consuetudo est optima legum interpres.*

135 *Meri imperij causas, delegabiles esse interpretata est consuetudo.*

136 *Magistratus, ante formulas sublatas, non nisi extra ordinem iudicabant, sed ius dicebant.*

137 *Iudicare aliud est, aliud ius dicere.*

138 *Ius dicens dat, dicit, addicit.*

139 *Lex solent, de officio Proconsul. & lex nemo potest de reg. iur. declarantur.*

140 *Potestas datur, qua specialiter conceditur, non qua nascitur cum ipso magistratu.*

141 *Differentia, quod sit electa industria persona ad sustinendum magistratum, vel ad aliquid specialiter peragendum.*

142 *Magistratum exercet, qui vel iudices dat, vel iurisdictionẽ mãdat, eo enim modo ius dicit.*

143 *Lex prima de off Prafecti prator. declaratur.*

144 *MERI IMPERII causa, an possint à Principis delegato subdelegari.*

145 *Indefinita legis equipolet vniuersali.*

146 *Lex vniuersaliter loquens, debet vniuersaliter intelligi.*

147 *Oratio sumpta ex vniuerso, si reddatur falsa in vno, redditur falsa vniuersaliter.*

148 *Lex debet esse de casu dubitabili.*

149 *Delegatus Principis potest subdelegare.*

150 *Princeps potest causas meri Imperij delegare.*

151 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

152 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

153 *Delegatus Principis, vbi illius industria sit electa, non potest subdelegare.*

154 *Merum Imperium, & principi reseruata, aequiparantur.*

155 *Merum Imperium nõ competit iure proprio, nisi Principi.*

156 *Delegatus à Principe, etiam in reseruatis ipsi Principi potest subdelegare.*

157 *Inquisitionis causa sunt de reseruatis Summo Pontifici.*

158 *Inquisitores delegati à Summo Pontifice ad inquirendum de haresi, possunt vices suas alteri demandare.*

159 *Excommunicationis absolutio, ob iniectionem manus in clericum, est de reseruatis Summo Pontifici.*

160 *Excommunicationis absolutio, ob manus iniectionem in clericum, potest subdelegari.*

161 *Merum Imperium à Pontifice est delegabile.*

162 *Industria persona, vbi est electa, ei, cui aliquid demandatũ est, alteri demandare nõ potest.*

163 *Ordinarius est magis occupatus, & impeditus, quàm Principis delegatus.*

164 *Delegatus à lege, non potest causas meri Imperij subdelegare.*

165 *Delegatus à Principe dici potest delegatus à lege.*

166 *Princeps est lex viua in terris.*

167 *Mandatam habens iurisdictionẽ, alteri mandare non potest. & num. 170.*

168 *Delegatus Principis mandatam habet iurisdictionem.*

169 *Delegatus Principis, nisi per se litem cum consiliarijs examinet punitur.*

170 *Delegatus Principis, non potest habere merum imperium, nisi specialiter tributum.*

171 Lex à Iudice C. de Iudic. declaratur.

172 Mandatam qui habet Iurisdictionem, vsum tantum habet.

173 Vsum, qui habet, cedere illum non potest.

174 Iudicem dare pertinet etiam ad eos, quib. hoc specialiter est concessum.

175 Princeps, mandando Iurisdictionem, videtur eligere industriam persona, cum hoc faciat motu proprio.

176 Princeps, dando Iudicem, non facit actum motu proprio, sed ad petitionem partium.

177 Lex prima C. qui pro sua iurisdictione, declaratur.

178 Lex debet intelligi secundum terminos tituli, sub quo est posita.

179 Cap. vlt. de offic. & potest. Iud. deleg.

180 Inquisitor, in his, quæ ad fidem pertinent, potius videtur Iudex ordinarius, quàm delegatus.

181 Delegabile quod est, non ideo est semper subdelegabile.

182 DELEGATVS Principis, an, & quando, & quomodo possit meri Imperij causas subdelegare.

183 MIXTI Imperij causæ, an possint delegari.

184 Mixtum Imperium, non omnibus magistratibus competit.

185 Tutoris datio, auctoritatis Interpositio super alienationib. minorum, & super transactione alimentorum, neque meri Imperij sunt, neque Iurisdictionis.

186 Verba in dubio intelliguntur in potentiori significatu.

187 Mixtum Imperium competit iure magistratus.

188 Mixtum Imperium competit eodem iure, quo competit Iurisdictio.

189 Mixtum Imperium semper cohæret Iurisdictioni.

190 Iurisdictio competit iure Magistratus.

191 Magistratus omnes non sunt æquales:

192 Specialiter tributa extrinsecus obueniunt.

193 Mixtum Imperium est quod Iurisdictioni cohæret.

194 Imperium, quod non est merum, est mixtum.

195 Imperium, quod non est merum, mandata iurisdictione transfertur.

196 Iurisdictione mandata, omnia mandata intelliguntur, sine quib. explicari nequit.

197 Iurisdictio, sine mixto Imperio nulla est.

198 Bonorum possessio ventris nomine, vel legatorum seruandorum causa, vel quia de damno infecto non cauetur, ad mixtum Imperium refertur.

199 Iurisdictio etiam simplex, si specialiter sit tributa, alteri mandari non potest, & nu. 203.

200 Iurisdictio, sine aliquo ad mixto Imperio, non reperitur.

201 Inclusio vnius, non excludit similia, & connexa.

202 Tutela datio potius ad officium quoddam paternum, quàm ad Iudicis officium pertinere videtur.

203 Princeps, Senatus, & lex, patriæ quodammodo parentes esse dicuntur.

204 Iurisdictionis voluntariæ, quæ sunt, neque ad Imperium, neque ad contentiosam Iurisdictionem referuntur.

205 Specialiter tributa, cuiuscunque sint facultatis, mandata Iurisdictione, nō transferuntur.

206 MAGISTRATVS inferiores, an delegare possint, ita, vt maioribus hoc non sit reseruatum.

207 Exempla, licet non restringant regulam, declarant in quibusuis terminis loquatur.

208 Delegandi facultas non competit nisi ijs magistratib. quib. lege S. C. vel Principis constitutione est concessum.

209 Delegandi facultas concessa est Magistratib. propter vim Imperij.

210 Magistratus minores vim Imperij nō habēt.

211 Iurisdictio exercetur officio Iudicis mercenario.

212 Delegatio expeditur officio Iudicis nobili.

213 Delegare magis est Imperij, quàm Iurisdictionis.

214 Iurisdictio, quam quis habet iure proprio, semper est delegabilis.

215 Magistratus, cuiuscunque ordinis, dant Iudicem.

216 Legatus Proconsulis, non est de maioribus magistratibus.

217 Magistratus omnes in vrbe Romana, poterant delegare.

218 Iurisdictio competit omnibus magistratibus, etiam minimis.

219 Lex cum qui, de Iurisdictione omnium Iudicum, declaratur.

220 Lex cum prætor, de Iudic. declaratur.

221 Lex rem non nouam C. de Iudic. declaratur.

222 Magistratus minores, dicuntur Iudices maiores, respectu Iudicum datorum pedaneorum, cartulariorum, & similiū. qui magistratu aliquo non funguntur, sed tantū munere iudiciario.

223 Delegatio expeditur officio Iudicis Mercenarij.

224 Iudicem dare est mixti Imperij.

225 Iudex datus cogitur suscipere cognitionem.

226 Mandare Iurisdictionem, vel non est Iurisdictionis, vel est Iurisdictionis voluntariæ, ad mentem Auctoris.

227 Magistratus inferiores, non possunt delegare, dando Iudicem, sed possunt delegare, mandando Iurisdictionem.

228 MAGISTRATVS minores, an, & quando, & quomodo possint delegare.

229 Iudicem dare, ex parte dantis, plus est quàm mandare Iurisdictionem, ex parte autem recipientis, plus quàm Iudicem dare, & mandatam Iurisdictionem suscipere.

230 MAGISTRATVS qui possunt delegare, an possint tribuere delegato facultatē subdelegandi.

231 *Delegandi facultas, cõpetit iure magistratus.*

232 *Iurisdictionem habens iure proprio, potest de ea libere disponere.*

233 *Dominus est rei suæ moderator, & arbiter.*

234 *Delegans ad delegatum se habet eodem modo, quo dominus ad procuratorem.*

235 *Delegatio est genus quoddam mandati.*

236 *Dominus potest substituere procuratorem, cum facultate substituendi.*

237 *Delegandi facultas est specialiter lege S. C. vel Principis constitutione tributa.*

238 *Infinitas vitanda.*

239 *Iudex incertus esse non potest.*

240 *DELEGANS an, & quando, & quomodo possit delegare, cum facultate subdelegandi.*

241 *Lex, Senatusconsultum, & Princeps æquiparantur.*

242 *Magistratus iure, quæ competunt, delegari possunt, siue Iurisdictio sit, siue Imperium.*

243 *Magistratus, publici iudicij exercitationem habentes errant, iurisdictionem suã mandando.*

244 *IMPERII meri proprietas, an solummodo apud Principem esse dicatur, aut etiam sit apud Magistratus.*

245 *Legis vigorem habet, quod Princeps cognoscendo decreuit.*

246 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

247 *Imperium habens iure proprio, non potest dici administrator.*

248 *Administrator rei suæ nemo dicitur, sed alienæ.*

249 *Magistratus quibus merum Imperium adscribitur, dicuntur administratores.*

250 *Traditio, & susceptio, referuntur ad merum factum, non ad iuris translationem.*

251 *Imperium omne, & potestas translata est à populo in Principem.*

252 *Princeps dicitur fons, origo, & constitutor omnium Magistratuum.*

253 *Potestas eadem non potest esse apud duos insolidum.*

254 *Lex non debet esse de indubitabili.*

255 *Dare nemo potest quod non habet.*

256 *Suum dicitur quod proprium est alicuius ratione dominij, & proprietatis.*

257 *Determinatio vna, respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare.*

258 *Verba, ratione subiectæ materiæ, etiam impropriè accipiuntur.*

259 *Verba sunt in dubio propriè accipienda.*

260 *Prætor, non semper exercet alienam iurisdictionem.*

261 *Habere dicimur, quod nostrum est, inspecta proprietate.*

262 *Exceptio debet esse de regula.*

263 *Priuatio præsupponit habitum.*

264 *Magistratus deponere Imperium dicuntur.*

265 *Causa cessante, cessat effectus.*

266 *Iurisdictio delegata cessat, moriente delegante.*

267 *Vsufructuario moriente, cessat actus fruendi vtendi, in cessionario.*

268 *Imperium, & Iurisdictio magistratuum, non cessat, Principe moriente.*

269 *Lex, mortuo Principe, non potest esse loco Principis, cuius est instrumentum.*

270 *Imperium reperitur in iure relatum ad Magistratus, non modo tanquam actus, sed etiam tanquam potentia.*

271 *Dare est dominium transferre.*

272 *Magistratus renunciare quidem possunt in manib. Principis, non autem à se simpliciter iurisdictionem abdicare.*

273 *Res iudicata non habet vim legis, præsertim vbi in causa propria sit iudicatum.*

274 *Inclusio actus, non excludit potentiam.*

275 *Potentia regulariter est vbi est actus.*

276 *Lex vna recipit interpretationem ab alia.*

277 *Effectus, & actus, interdum pro causa, & potentia ponitur.*

278 *Magistratus dicuntur administratores, non quia habeant solummodo exercitium, sed quia habent Imperium dependens, & communicatum, & ob alias causas.*

279 *Differentia inter verbum, dare, & tradere, interdum confunditur.*

280 *Princeps noluit retinere vniuersum populi Imperium, sed illud etiam magistratib. communicare, vt faciebat Populus.*

281 *Imperium est diuisum inter Principem, & Magistratus.*

282 *Imperium duplex, absolutum, & dependens.*

283 *IMPERIVM, an sit, quoad proprietatem, in inferiorib. à Principe, distinctione declaratur.*

284 *Imperium merum, ex causa absentiæ potest mandari.*

285 *Absentia, quæ necessaria sit, vt causa meri Imperij possint mandari.*

286 *Absentia aut vera, aut præsumpta.*

287 *Absentia vera, aut voluntaria, aut necessaria.*

288 *Absentia necessaria, cum qualitate probabili, vel improbabili quæ.*

289 *Absentia necessaria, Aut probabilis, aut non probabilis.*

290 *Absentia necessaria, & probabilis, est absentia causa militiæ, vel causa Reipub. puta, ob legationem.*

291 *Absentia necessaria, non probabilis, est absentia causa relegationis, & exilij.*

292 *Absentia voluntaria, & ipsa, Aut probabilis, aut non probabilis.*

293 *Absentia voluntaria probabilis, est, veluti causa studiorum, vel causa peregrinationis.*

294 *Absentia voluntaria non probabilis, aut cum contumacia, aut sine contumacia.*

295 *Absentia cum contumacia, vt in eo, qui in Ius vocatus non vult comparere sine contumacia, vt in eo, qui abest causa mercaturæ, vel animi, & voluptatis causa.*

296 Absentia necessaria est causa sufficiens ad hoc, ut Iudex possit mãdare causas meri Imperij.

297 ABSENTIA probabilis, an sit causa sufficiens, ad hoc, ut quis possit mandare Iurisdictionem.

298 Absentia, ex causa probabili, & absentia ex causa necessaria æquiparantur.

299 Restitutio in integrum datur, tam ex causa absentiæ necessariæ, quàm probabilis.

300 Absentia probabilis, in Magistratibus dari non potest, quæ non sit necessaria.

301 Absentia causa studiorum, in magistratibus non est probabilis.

302 Magistratus tenentur scire.

303 Absentia, in Magistratu, ex causa peregrinationis, aut non est probabilis, aut est etiam necessaria.

304 Absentiæ necessariæ, & probabilis æquiparatio, procedit in causis necessarijs, non in causis publicis, ob quas receditur à regulis iuris communis.

305 ABSENTIA necessaria, an, & quando sufficiat ad hoc, ut quis possit causas meri Imperij, specialiter tributi, mandare.

306 Absentia breuis, non habetur pro absentia.

307 IMPERII meri specialiter tributi causæ, an possint mandari ab eo, qui itineri accingitur.

308 Accingendus proximè, pro accincto habetur.

309 MAGISTRATVS assertioni, asserentis se delegare ex causa absentiæ, an sit standum.

310 Actum explicantis assertioni, non statur, ubi quis non nisi in casu aliquo certo, & speciali, potest actum explicare, limitatur num. 325.

311 Facta non præsumuntur, nisi probentur, limitatur num. 327.

312 Causa, ob quam quis vult recedere à iure communi, est probanda, limitatur num. 327.

313 Litteris officialium creditur, etiam si non sint subscriptæ à Notario,

314 Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.

315 Iudex habet præsumptionem pro se.

316 Iudex est persona publica, & fide digna.

317 Iudicis præsentia excludit omnem doli suspicionem.

318 Tutor, cum pupillo bona fide contrahere dicitur, præsente Iudice.

319 Delegare est actus Iudicialis.

320 Minori, quod conceditur, concedendum est etiam maiori.

321 Nuncio, qui habet officium vilissimum, creditur in ijs, quæ pertinent ad officium suum.

322 Iudex bonus vir dicitur, & habere dicitur officium honorabile.

323 Plus cui conceditur, conceditur quod est minus. & num. 335.

324 Iudici conceditur, ut possit cognoscere an sit Iudex.

325 Doctorum opinio est probabilis, non necessaria.

326 Decreti interpositio, pertinet etiam ad minores Iudices, cum referatur ad Iurisdictionem voluntariam.

327 Specialia derogant generalibus.

328 IVDICI allegantis causam necessariæ absentiæ, an, & quando sit credendum.

329 Iudicis assertioni non creditur, ubi tractat de pœna vitanda.

330 Iudices hodie, nec ex causa necessaria, possunt abesse sine Principis licentia.

331 MERI IMPERII causæ, an omnes possint mandari, ex causa necessariæ absentiæ, vel sola exercitatio legis Iuliæ de vi.

332 Ius singulare non est producendum ad consequentias, limitatur num. 337.

333 Extensioni aditum aperit identitas rationis.

334 Illatio non fit ex diuersis.

335 Loci seruatores habere, Magistratibus est prohibitum.

336 Similium idem est Iudicium.

337 Lex quod verò contra, de legibus declaratur.

338 Ratio generalis ampliat dictum speciale.

339 IMPERII meri causæ, an ex alia causa, quàm absentiæ, puta ex causa infirmitatis possint mandari.

340 Prohibita etiam expressè, ob infirmitatis causam, conceduntur.

341 Absentia, & infirmitas æquiparantur.

342 Exceptiones etiam extenduntur, ob rationis identitatem.

343 Mandare Iurisdictionem est substituere.

344 Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.

345 Infirmitas est ficta absentia, & infirmus pro absente habetur.

346 Exceptio, cum dictione taxatiua, excludit omnes casus, etiam similes, qui alibi non sunt expressi.

347 Argumentum à sufficienti partium enumeratione, vel à diuisione in iure est validum.

348 Lex si longius in princ. de Iudicijs declaratur.

349 Non aliter, particula, est taxatiua, quæ dat formam, & excludit omnem extensionem, & casum similem.

350 Substituere licet ob infirmitatem in permissis, non in prohibitis.

351 IMPERIVM MERVM, an possit mandari, ob multitudinem causarum.

352 Argumentum à persona ad rem valet.

353 Causæ Ciuiles, & criminales æquiparantur.

354 Priuilegiatum non utitur priuilegio, contra priuilegiatum.

355 Infirmitas est causa, ut quis possit facere, quod non facere præcisè tenebatur.

356 Exceptio in uno casu, firmat regulam in contrarium, in omnibus alijs.

357 Geminatio enixum, & præcisum ostendit consilium loquentis.

358 Negatiua

358 Negatiua, ante verbum potest, abnegat omnem potentiam.

359 Rationi, quod repugnat, non est trahendum ad consequentias.

360 Lex si placet C. de ped. Iudic. quomodo sit intelligenda.

361 Clausula, omni excusatione remota, intelligitur de friuolis, non de vrgentibus.

362 IMPERIVM MERVM, an, & quando, ob occupationem ex multitudine causarum, possit demandari.

363 Casibus raro contingentibus leges non adaptantur.

364 DELEGATO, cui mandata sunt causæ meri Imperij, ex causa absentiæ, an sola cognitio, vel etiam definitio, vel executio causarum intelligatur mandata.

365 Concedi non debet, quod est plus, vbi, quod est minus denegatur.

366 Interpratatio illa, in dubio, est admittenda, quæ minus lædit Ius commune.

367 Exceptio debet esse de regula.

368 Iurisdictio comprahendit, non modo cognitionem, sed etiam executionem.

369 Relatiuum refert totum antecedens.

370 Cognitionis appellatio includit etiam sententiam.

371 Delicta non debent remanere impunita.

372 Criminales causæ debent infra breue tempus expediri.

373 Delegati cuiuscunque, proprium est habere vsum totius Iurisdictionis delegatæ.

374 Specialia plura non debent circa eandem rem concurrere.

375 Cognitio potest stare sine definitione.

376 Dubium, quod est de iure ciuili, si certum de iure canonico, statur iuri canonico, etiam in foro ciuili.

377 Imperij meri causæ delegatæ de iure canonico, transeunt in delegatum, non solum quoad cognitionem, sed etiam quoad definitionem, & executionem.

378 Consuetudo est optima legum Interpres.

379 Lex si quis filio exhæredato in §. si autem ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testamento declaratur.

380 Lex 1. in §. suspecti, ad Senatusconsult. Turpil. declaratur.

381 Proconsul. ex priuilegio, poterat etiam, citra causam absentiæ, legato mandare causas meri Imperij, quoad cognitionem.

382 §. ad hæc id prohibemus, in Auth. de collator. declaratur.

383 IMPERII meri causæ, an, & quando intelligantur mandatæ, non solum quoad cognitionem, sed etiam quoad executionem.

384 DELEGATIO facta ex causa absentiæ, in eo, quo cœpit cognoscere, an spiret ipso iure, delegato redeunte, vel opus sit expressa reuocatione.

385 Causa cessante, cessat effectus, limitatur num. 408. cum sequenti.

386 Delegationis effectus, in sententia consumatur.

387 Mandatum cessat, causa illius cessante.

388 Delegatio est genus quoddam mandati.

389 Necessitate cessante, debet etiam cessare, quod cain ob necessitatem fuit inductum, limitatur num. 411.

390 Actus deueniens ad casum, à quo incipere non potest, euanescit, limitatur num. 411.

391 Tutoris impedimento cessante, ipso iure Tutor subsidiarius, etiam si cœperit, administrare, definit esse tutor.

392 Delegatus eodem modo se habet ad Delegantem, quo Dominus ad procuratorem.

393 Delegatio est genus mandati.

394 Mandatum factum ex causa absentiæ, non spirat ipso iure, redeunte domino.

395 Casus superueniens, qui impediebat actum geri, si tendit ad eundem finem, ad quem actus gestus, ex superuenienti casu non tollitur.

396 Iudicium cœptum quando cesset.

397 Effectu consumato, si cesset causa, non cessat effectus.

398 Interpratatio illa fieri debet, in dubio, per quam non fiat Iudicis instructi mutatio.

399 Iudicis mutatio est odiosa, & plerunque damnosa.

400 Mors omnia soluit.

401 Mandatum non reuocatur per mortem, in negocijs iam cœptis.

402 Actus ne fiat, facilius impeditur, quàm perfectus tollatur.

403 Absentia est causa immediata facultatis delegandi, non delegationis.

404 Potentia, & facultas dicitur consumata, quando est reducta ad actum.

405 Causa remota cessante, non cessat effectus.

406 Causa extrinseca non est conseruatiua.

407 Causæ intrinsecæ sunt materia, & forma.

408 Causa impulsiua cessante, non cessat effectus.

409 Causa impulsiua est illa, quæ minus generalis est, quàm effectus.

410 Capit. si pauper de præbend. lib. 6. declaratur.

411 Contrahente, & testatore cessante, nec contractus cessat, nec testamentum.

412 Iudicis mutatio est magis odiosa, & damnosa, quàm mutatio tutoris.

413 SVBROGATVS. in locum alterius impediti, an, & quando, cessante impedimento, desinat esse subrogatus ipso iure, vel opus sit expressa reuocatione.

414 Argumentum à contrario sensu valet.

415 Argumentum à contrario sensu, cõfunditur ab Interpratibus cum argumento ab inclusione, & cessante ratione, vel causa, & ab exceptione.

416 Argumentum

416 *Argumentum à contrario sensu, sumitur ab oratione hipotetica, non à categorica.*

417 *Argumentum à contrario sensu, quibus modis sumatur.*

418 *Argumentum a contrario sensu fortissimũ; & ex vi verborum semper validum, & in qualibet materia.*

419 *Verborum vis, & proprietas naturalis, neque a lege, neque ab homine potest mutari.*

420 *Argumentum non valere, si sequatur absurdus intellectus, quomodò debeat intelligi.*

421 Lex 2. C. de condit. insert. declaratur.

422 Legis conuenticula C. de episc. & cleric. verus intellectus.

423 *Conuenticulum, accipitur etiam in bonam partem, & ad missas, & sacrificia refertur.*

424 *Concessione generali; ea dumtaxat transeunt, quæ specialiter potuissent concedi.*

425 *Fundus dotalis, & quæ in comercio non sunt, in hæredem, cum vniuersa hæreditate, transeunt.*

426 *Seruus ea lege donatus, vt ad Titium nõ perueniat, cum hæreditate, ad Titium institutum transit.*

427 *Vendito prædio, accedit venditioni etiã locus sacer illi cohærens.*

428 *Vniuersitas & Ius vniuersale differunt.*

429 *Hæreditas est Ius vniuersale, & successio in vniuersum ius defuncti.*

430 *Hæredis persona non est diuersa a defuncto.*

431 *Inalienabilia transeunt cum vniuersitate, sed cum suo iure, & non possunt alienari.*

432 Lex, *si ita, in §. ea lege ff. de verb. obligat. declaratur.*

433 Lex in modicis de contrahend. Empt. declaratur.

434 *VNIVERSITAS, an, & quando ad se trahat, quæ per se in alium transire non possunt.*

435 MAGISTRATVS, *qui ex causa necessaria absentiæ mandat generaliter Iurisdictionem suam, an intelligatur etiam causas Meri Imperij mandasse, quas nominatim mandare potuisset.*

436 Mandato generali ad lites, & causas, causæ criminales non comprehensuntur.

437 *Delegatio, aut mandatum est, aut mandato æquiparatur.*

438 *Legatus proconsulis, cui mandata est; ad vniuersitatem causarum Iurisdictio, animaduersionem non habet.*

439 *Mandato, & concessione generali, specialiter concessa, non transferuntur.*

440 *Oppositum idem operatur in opposito; quod propositum in proposito.*

441 *Imperium mixtum, in casibus, in quibus est delegabile, mandata simpliciter iurisdictione transfertur.*

442 *Legatus proconsulis, cui generaliter mandata est Iurisdictio, potest de criminibus cognoscere.*

443 *Generis eadem est virtus, quoad genus, quæ est species, quoad speciem.*

444 *Expressio in genere, & expressio in specie æquiparantur.*

445 *Argumentum, de mandato ad causas, & lites, ad mandatum Iurisdictionis non valet.*

446 *Criminales causæ non debent agitari per procuratorem.*

447 *Iurisdictio in genere sumpta, propriè, & vniuocè prædicatur de mero Imperio.*

448 *Reseruata Principi sunt indelegabilia, & quæ sint remissiuè.*

449 *Cap. 2. de offic. Vicarij nouiter declaratur.*

450 *IMPERIVM merum, an sit delegabile de iure canonico.*

451 *Differentia, in dubio, non est constituenda, inter ius Ciuile, & ius Canonicum.*

452 *IMPERIVM merum, an, & quando transeat in delegatum, cui generaliter mandata est Iurisdictio.*

453 *Mentis coniectura succumbit verborum proprietati.*

454 *Verba sunt notæ eorum, quæ sunt in mente.*

455 *Iurisdictio est genus ad merum Imperium.*

456 *Genus prædicatur æquè propriè de omnibus speciebus.*

457 *PRINCEPS, concedens castrum cum iurisdictione, an intelligatur concedere etiam merum Imperium, & mixtum.*

458 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.*


459 *Imperium merum, in Regno Neapolitano, numquam intelligitur concessum per quãcumque generalem concessionem, nisi fuerit nominatim expressum.*

460 *Auctor in nonnullis, in commentarijs eiusmodi firmatus, sententiam mutauit.*

PAPINIANVS LIB. I. QVÆSTIONVM.

QVæcunque specialiter lege, vel senatusconsulto, vel constitutione principum tribuuntur, mandata iurisdictione non trasferuntur: quæ verò iure magistratus competunt, mandari possunt. Et ideo videntur errare magistratus, qui, cum publici iudicij habeant exercitationem, lege, vel Senatusconsulto

tuſconſulto delegatam, veluti lege Iulia de adulterijs, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, iuriſdictionem ſuam mandant. Huius rei fortiſsimum argumentum eſt, quod lege Iulia de vi nominatim cauetur, vt is, cui contigerit exercitatio, poſsit eam, ſi proficiſcatur, mandare. Non aliter itaque mandare poterit, quam ſi abeſſe cœperit: cum alias iuriſdictio etiam à pręſente mandetur. Et ſi à familia dominus occiſus eſſe dicetur, cognitionem Prætor, quàm ex Senatuſconſulto habet mandare, non poterit.

1 

ISTRIBVVNTVR à nobis vniuerſi, ad hanc legem, commentarij, in tres principes partes, in quarum prima tractabimus nõnulla ad variarũ dignitatũ, gradus ſpectantia, in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis, ſequendo veſtigia Bart. & aliorum, in ſecunda textum ipſum diligenter, quantum in nobis erit, interpretabimur, in tertia autem, & vltima, colligam concluſiones, quarum occaſione, varios in materia, & opportunos diſputabo articulos, redeundo igitur ad primum caput præmittunt DD. hic, poſt gloſſ. & Bart. quinque eſſe dignitatum gradus, nimirum ſuperilluſtrium, illuſtrium, ſpectabilium, clariſſimorum, & infimorum, verum quia non ſatis conſtat apud interpretes, numquid, re vera, reperiatur gradus ſuperilluſtrium, à cœteris gradibus ſpecie diſtinctus, propterea hoc ipſum in quæſtionem vocabo, diſtribuendo diſputationem in quatuor inſpectiones, prima erit, an detur gradus ſuperilluſtrium, ab illuſtribus ſpecie diſtinctus, ſecundus an ſummus Pontifex, & Imperator ad gradum ſuperilluſtrium poſſint referri. tertia, qui ſint illuſtres, quarta, quis reſultet effectus.

2 Quod attinet ad primam, diſtrahuntur interpretes in varias ſententias, ſtatuunt enim aliqui, ſuperilluſtrium gradum eſſe ſpecie diſtinctum ab illuſtribus, probauit hanc opinionem Accurſ. ad auth. vt ab illuſtr. &, qui ſuper eam dignitatem ſunt, in verbo, poſt magnificentiſſimos, ad l. quoties C. vbi ſenat. vel clariſſim. ad Auth. de mandat. princip. in princ. & ad §. cumque hoc, in proemio Iuſt. vbi etiam Aret. ſequutus eſt ſpeculator in tit. de iuriſdic. omn. iud. Angel. poſt gloſſ. ad l. præcipimus C. de appellat. Abbas ad cap. quod ſedes circa finem de offic. ord. Imola ad c. ſolitæ de maior. & obedi. Petr. de Bellapertica, Iacob. de Rauenna, Bart. & alij hic in veſtibulo ſuorum commentariorum, & præſertim Fulgoſ. num. 10. Caſtrenſ. num. 4. Roman. num. 1. Alex. num. 17. & 18. Iaſ. num. 2. & 3. cum ſeq. Dec. num. 1. cum ſeq. Paulus Orianus num. 6. Sebaſt. Sap. num. 3. Gozad. num. 10. Marc. Ant. Bellarmat. num. 22. & hæc eſt communis, & recepta ſcriben. opinio, vt de communi teſtantur paſſim, ferè omnes allegati, & in primis recentiores, & pro hac opinione plura afferuntur.

3 Primum autem efficaciſſimè, ferè in hunc modum argumentantur. niſi darentur ſuperilluſtres, ſpecie, & gradu ab illuſtribus diſtincti, magiſtratus vtique non darentur, qui ſuper illuſtrium dignitatem eſſe dicerentur. ſed dantur, vt patet ex rubric. in Auth. vt ab illuſtr. &, qui ſuper eam dignit. ſunt, & in §. fin. inſt. de iniur. ibi. illuſtres, & qui ſuper eam dignitatem ſunt, datur ergo ſuperilluſtrium magiſtratus, ab illuſtri, ſpecie, & gradu diſtinctus. 4 gradus enim per inferioritatem, & ſuperioritatem diſtinguuntur, ad ſimilitudinem ſcalarum, a quibus ducta eſt metaphora, vt in ſimili dicitur de gradibus affinitatis, agnationis, & cognationis in l. iuriſconſultus §. gradus autem ff. de gradibus affinitat.

Secundo, niſi darentur ſuperilluſtres, vbicumque a ſummis dignitatibus, ad inferiores fieret deſcenſus, ſemper eſſent illuſtres in termino, à quo, numquam in termino, ad quem, vt patet ad ſenſum, quia eſſent ipſi in ſumma dignitate conſtituti, ſed eſt ſecus, fit enim deſcenſus de maximis dignitatibus, vſque ad illuſtres, tamquam ad terminum ad quem, §. quia verò, in Auth. vt liceat matr. & auiæ, vbi inquit tex. deſcenſiuè, vt exponit gloſſa, & propterea iubemus eos, qui maximis dignitatibus decorati ſunt, vſque ad illuſtres, non aliter nuptias celebrare, niſi dotalia ſcribantur inſtrumenta, & in Auth. maximis C. de nupt. idem legitur his verbis repetitum, maximis decorati dignitatibus, vſque ad illuſtres, non niſi dotalibus inſtrumentis conſcriptis. facit l. vltima ſupr. de ſenat. igitur ſuperilluſtres ab illuſtribus gradu diſtinctos eſſe, velimus nolimus cogimur admittere.

5 Tertio, niſi darentur ſuperilluſtres, vbicumque iura procederent aſcenſiuè, ponerent illuſtres ſimpliciter in termino ad quem, non autem plus quàm illuſtres, ſed in termino, ad quem, plus quàm illuſtres reponunt, nimirum illuſtres magnificentiſſimos, vt patet in d. Auth. vt ab Illuſtr. & qui ſuper eam dignitatem ſunt in §. ſancimus, dicit enim Imperator. ſancimus igitur vſque ad magnificẽtiſſimos illuſtres hæc valere, dantur ergo maiores illuſtribus, & conſequenter ſuper illuſtres.

6 Quarto, vbicumque maiores dignitate repe-

riuntur, quàm illuſtres, neceſſe eſt, vt dentur ſuperilluſtres, gradu ab illuſtribus diſtincti, proptereaquòd dignitatum gradus conſiſtunt in maioritate,& minoritate,&per maioritatem, & minoritatem diſtinguuntur, arg. tit. extr. de maioritat. & obed. At eſt reperire eos, qui maiores ſunt dignitate, quàm illuſtres l. ſi quando C. de appellat. ibi illuſtres, & maiores dignitate, ergo dantur etiam ſuperilluſtres.

7 Quinto, niſi darentur ſuperilluſtres, ſpecie, & gradu ab illuſtribus, diſtincti nullus poſſet dari competens magiſtratus, ad quem ab illuſtribus appellaretur, cum ſemper appellatio fiat, de minori iudice, ad maiorem, non autem ad di-

8 gniratē parem §.illo in Auth.de appellat.& intr. quę temp.debe. app. At ab illuſtribus appellatur ad competentes, antiquo more, magiſtratus,vt inquit tex. in §.fin.in eod.Auth. de appellat.igitur datur etiam magiſtratus ſuperilluſtrium.

9 Sexto, niſi ſuperilluſtres reperirentur, nullus poſſet iudex, maiores mulctas imponere, quàm illuſtris, ſed hoc conſequens eſt falſum, quia illuſtres iudices, vſque ad ſex ſolidos mulctant, maiores autem, pœnas etiam corporales imponunt, inquit enim Imperator. maiores autem pænas, & corporales, imponunt noſtri ampliſſimi iudices l.fin.C.de ſportulis,igitur dantur etiam ſuperilluſtres.

10 Septimo, vbicunque datur magiſtratus Illuſtriſſimus,neceſſe eſt, vt detur ſuperilluſtris,ſemper enim ſuperlatiuum excedit poſitiuum l. vbi

11 autem §. 1. ff. de verb. oblig. ſed datur magiſtratus illuſtriſſimus, cum illuſtriſſima appelletur præfectura, in d. §. illo, in auth.de appellat. & intr. quæ tempo. debeat appell. datur ergo magiſtratus ſuperilluſtris.

12 Octauo, & vltimo, ſi ſpectabiles, in ordine dignitatum, ſunt medij,neceſſe eſt,vt,quemadmodum infra ſpectabiles ſunt clariſſimi, & infimi, ita quoque ſupra eos ſunt illuſtres, & ſuperilluſtres, ſed ſpectabiles in ordine dignitatum ſunt medij, tex. eſt in §.fin. in auth. de non alien. aut permut. rebus eccleſiaſt. ergo dantur etiam ſuperilluſtres.

Non defuerunt tamen, qui in contrariam iuerunt ſententiam, opinantes magiſtratus ſuperilluſtres, gradu, & ſpecie ab illuſtribus diſtinctos, non reperiri, hanc enim opinionem videtur ſentire gloſſ. hic,tenuit Guilielmus de Cuneo ad l. fin. vbi ſenat. vel clariſſimi, Alberic. ad l. vnicā ſupr. de offi. conſ. Bald. & Barbat. ad c. acceſſiſſent de conſtitutionibus, Alciat. lib. 3. diſpunctionum c. 44. Riminal. hic ſuper gloſſ. in verbo tribuuntur. Iacobus Niger, & Purpurat. vterque num. 4. Marius Salamonius num. 8. Bologn. licet diſtinguat num. 6. Pyrr. Alphan. num. 2. & 3. & nouiſſimè eruditiſſimus Guidus Pancirolus, antiquitatis indagator diligentiſſimus,in ſuis doctiſſimis commentarijs, in notitiam dignitatum vtriuſque imperij, cap. 1. & 2. &,pro hac quoque opinione, plura afferuntur argumenta.

13 Primum autem vtuntur hac ratione, tunc demum gradus ſuperilluſtrium daretur, quando illuſtres non dicerentur in primo gradu conſtituti,ſed illuſtres,tam in dicto libello, qui inſcribitur vtraque notitia dignitatum, cum orientis, cum occidentis,quàm etiam in l.fin.C.vbi ſenat. vel clariſſimi,& in l. fin. C. vt dignit. ordo ſeruetur lib. 12. ad primum dignitatum Populi Romani gradum referuntur, ergo non dantur ſuperilluſtres, ſpecie, & gradu ab illuſtribus diſtincti.

14 Secundo, ſi daretur dignitas ſuperilluſtrium, profectò ea ipſa decorati dicerentur ſummam patritiatus dignitatem habentes, Præfecti, & Senatores, quorum dignitatibus, maiores, infra legem non reperiuntur, hinc ſummam patriciatus dignitatem habentes, quos in parentes ſibi elegiſſe videtur Princeps, ſumma dignitas appellatur §. filius fam. inſt. quibus mod. ius patr. poteſt. ſoluitur l, 3. C. de conſul. & in l. nemini, & in l. fin. C. de conſulib. lib. 12. dignitatis culmen appellatur, Præfectura autem, & Illuſtriſſima dicitur, vt ſupra viſum eſt. & ſublime faſtigium Præfecturæ ſcriptum reperitur, in l. pen. C. de procurat. & ſenatoria dignitas adeo ſublimis eſt, vt princeps ipſe velit inter ſenatores numerari l. ius ſenatorum C. de dignit. lib. 12. dicuntur enim partes corporis principis l. quiſquis C. ad legem Iuliam maieſtatis, omnes tamen huiuſmodi dignitates,ad gradum illuſtrium referuntur d. l. fin. C. vt ſenat. vel clariſſimi d. l. vltima C. vt dignit. ordo ſeruetur lib. 12. tex.eſt,de ſenatoribus in l.vltima ſupr.de ſenat. non eſt ergo gradum ſuperilluſtrium reperire.

15 Tertio, ſi daretur ſuperilluſtrium dignitas, gradu ab illuſtribus diſtincta, ab illuſtribus non appellaretur ad principem, ſed ad ſuperilluſtrem, cum gradatim ſit appellandum §.

16 illo in Auth. de appellat. & intr. quæ temp. debet appell. at immediatè ab illuſtribus, ad principem appellatur l. præcipimus C. de appell. medij ergo ſuperilluſtres, inter illuſtres, & principem non dantur, nec dicas cum Bert. & alijs, ſummum Pontificem, & Imperatorem ipſum ſuperilluſtres eſſe, quia nihil dici poſſe ineptius, ſequenti inſpectione demonſtrabimus.

17 Quarto, & nouiſſimè, omiſſis leuioribus, ſi illuſtrium, & ſuperilluſtrium gradus, realiter inter ſe diſtincti reperirentur, vna, & eadem dignitas,non interdū illuſtris,interdū illuſtriſſima appellaretur arg. l. ſi idem C.de codicill.at Præfectus vrbi, qui eſt illuſtris l. viros C. de palat. ſacrarum largit. lib. 12. & notatur in l. 2. C. vbi ſenat. vel clariſſ. habetur expreſsè in d. libello, qui

qui inscribitur notitia vtraque dignitatum orientis, & occidentis, reperitur illustrissimus appellatus, & in d. §. illo in d. auth. de appellat. igitur superillustres, vel illustrissimi, non dantur, distincti ab illustribus.

18 Accedat etiam quinto, quòd impossibile est dari dignitatis gradum, apud Populum Romanum, qui latinam appellationem non habeat,
19 sed minus latinè superillustres dicimus, vt obseruat Alciat. lib. 3. dispunct. d. cap. 4. non est ergo verissimile gradum superillustrium dari.

20 Non obstant nunc contraria, & præsertim primum argumentum, quia, omissa communi responsione, quæ non est tuta, dicendum est in hoc gradu summo illustrium magistratuum, licet vnus tantummodo gradus sit, ex quinque, plures esse, non modo speciales dignitates, sed tres etiam classes, ciuilium nempe, militiarium, & palatinorum, & quælibet classis habet ordinem, vnde quia classis militaris præfertur classi palatinorum, quæ est illustris, dicitur esse super eam dignitatem, non tamen est nisi illustris, ita quoque classis ciuilis, in qua sunt præfecti est illustris, super eam dignitatem, tam militarium, in qua sunt magistri militum, quàm palatinorum, in qua sunt magister officiorum, quæstor, comes largitionum, & alij comites, non tamen
21 est plus, quàm illustris, hæc enim differentia, secundum plus, & minus, gradum diuersum, & speciem diuersam non inducit, arg. l. vlt. ff. de
22 fund. instruct. Etenim si superillustres daremus, cum tres eodem modo classes considerentur, & spectabilium, & clarissimorum, oporteret etiam dare superspectabiles, & superclarissimos, quos mirum est nostrates non somniasse, in qualibet
23 etiam classe datur ordo maioritatis, & minoritatis, Præfectus enim prætorio orientis, sub quo erant prouinciæ quinquaginta, maior erat præfecto prætorio Illirici, sub quo erant prouin-
24 ciæ decem, & hic erat maior præfecto vrbi Con
25 stantinopolis. idem considerari potest in secunda classe, magistri enim militum præsentales, maiores erant magistro militum per orientem, & hic maior magistro militum per Traciam, & hic quoque maior magistro militum per Illiricum, omnes tamen erant illustres, idem de palatinis dici potest, & de alijs gradibus.

26 Non obstat secundum, quia fatemur reperiri dignitates maximas, quæ aliquibus illustribus sint maiores, & propterea posse fieri descensum, de illis summis dignitatibus illustribus, vsque ad minores illustres, sed non inde sequitur, vt illorum gradus sit distinctus à gradu aliorum illustrium, nec propterea debent appellari superillustres, cum hæc appellatio non sit latina, quemadmodum maiores ex spectabilibus, & ex clarissimis superspectabiles, vel superclarissimi non appellantur. in summa (vt vno verbo dicam) aut sit comparatio de illustribus ad spectabiles, vel clarissimos, vel alios similes, & non nisi vnus est gradus illustrium, si vero illustris comparetur alteri illustri, licet huiusmodi appellationes non reperiantur, non esset tamen hæresis dare illustres, illustriores, & illustrissimos, & hoc modo sunt intelligenda omnia arg. quæ adducuntur pro communi.

27 Nec obstat tertium, quia, eodem modo ascensus non sit de gradu ad gradum in d. Auth. vt ab illustribus, & qui super eã dignitatẽ sunt, sed de vna dignitate particulari vnius gradus, ad aliã, vel de classe eiusdem gradus, ad classem, quod fieri posse ex supradictis non negamus, & hoc sentit etiam Bologn. hic num. 6. & colligitur ex Panciroio in d. c. 1. & 2.

Eadem quoque ratione cessat quartum argumentum, quia maioritas dignitatis inter illustres constituit dignitatis particularis, non gradus generalis diuersitatem.

28 Quintum quoque argumentum procederet, quando vnus tantummodo esset illustris, itaut inter aliquem illustrem, & principem non daretur medium, sed iam admittimus vnum illustrem esse altero maiorem, licet omnium vnius sit gradus, mirum ergo non est, si, ab illustri inferiori, detur appellatio ad maiorem, vel secundo, & melius negari potest de illustribus dari appellationem ad alium, quàm ad principem, per l. præcipimus C. de appell. in §. pen. licet causæ appellationum per quosdam cognoscantur auditores, & consiliarios principis, pro subditorum commoditate, imperiali tamen nomine, vt dicit etiam Bolognet. hic num. 5. vers. quarto facit, ita vt, tanquam delegati à principe, cognoscant.

29 Sextum quoque remanet solutum ex iam dictis, quia non negamus, quin vnus illustris maiorem habeat auctoritatem, quàm alter, omnes tamen æqua lance sunt illustres.

Quod attinet ad septimum dicimus Præfectum orientis, exempli gratia, esse illustrem respectu spectabilium, & clarissimorum, & aliorum graduum, dici tamen potest Illustrissimus, per quandam excessum, quia sit in prima classe illustrium.

30 Non obstat octauum, quia medium dicitur, quod habet superiora, & inferiora, licet accedat magis ad vnum extremum, quàm ad aliud. præterea, quando etiam daremus superillustres, spectabiles, non ideo essent medij inter æqualia extrema, quia duos gradus haberent superiores, illustres nimirum, & superillustres, tres inferiores, clarissimos, scilicet perfectissimos, & egregios, vt infr. videbimus opportunius.

31 Succedit nunc secunda dubitatio, numquid Imperator, & summus Pontifex, ad gradum superillustrium sint referendi, &, in hac quoque difficultate, diuisi reperiuntur interpretes in contrarias classes, altera est opinio antiquorum affirmatiua, quàm tenuit in specie, gloss. ad l. præcipimus C. de appell. specul. in tit. de iurisd.

F 2 omn.

omn. ind. Bald. ad c. cum acceſſiſſent de con-
ſtitut. Abbas, Imola, & Felin. ad c. ſolicitè de
maiorit. & obed. tenuit etiam hanc opinionem
Reſtaurus Caſtald. noſter, in tractatu de impe-
ratore quæſt. 3. in quo gradu dignitatis ſit Im-
perator, ſequuntur DD. communiter etiam hic,
& præſertim Bart. ante num. 1. Roman. num. 1.
videtur etiam ſentire Dec. num. 5. Paulus Orian.
num. 11. & M. Ant. Bellarmatus num. 26. Mar-
tin. Monter. num. 5. & Pyrr. Alphan. num. 13.
fit autem probabilis hæc opinio vna, vel altera
ratione.
32 Primum, quia ille dignitatis gradus ſummo
Pontifici, & Imperatori dicitur competere, quo
maior, & excelſior reperiri non poteſt. ſed maior
33 gradus dignitatis eſt illuſtrium, vt ſupra pro-
batum eſt, igitur ipſi non poſſunt eſſe digniores,
quàm illuſtres, vel ſaltem, quia ſuper cæteros il-
34 luſtres ſunt, dici poſſunt ſuperilluſtres, vel illu-
ſtriſſimi, hinc illuſtris appellatur à ſummo Pon-
tifice Imperator, in inſcriptione c. ſolitè, extr.
de maiorit. & obed.
35 Secundo ſenatores non ſunt plus, quàm illu-
36 ſtres l. fin. ſupr. de ſenat. ſed imperator eſt in
ordine ſenatorum l. ius ſenatoris C. de dignit.
lib. xii. l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſtatis, ergo
imperator eſt illuſtris.
Sunt tamen, qui non putent ſummum Ponti-
ficem, & Imperatorem ad gradum illuſtrium
eſſe referendos, in quam opinionem iuerunt Cy-
nus, & Rainerius ad l. fin. C. vbi ſenat, vel cla-
riſsimi, Io. Andr. in additionibus ad ſpeculat.
in tit. de iuriſd. omn. iud. Corſ. in tractatu de
poteſt. reg. quæſt. 11. Card. Iacobat. in tract. de
concil. lib. 1. artic. 12. ſequuntur etiam, quam-
plurimi hic, Fulgoſ. num. 10. Alex. num. 17. Iaſ.
num. 4. Riminal. num. 5. Curt. Iun. num. 5. Go-
zad. num. 4. Purpur. num. 24. Iacob. Nig. nu. 6.
vbi teſtatur Bart. opinionem eſſe communiter
reprobatam, Bolog. num. 10. & 11. ita ut, re
vera, communis ſit hæc poſterior ſententia, vt
de cõmuni teſtatur etiam Caſtaldus, in d. tract.
de imper. quæſt. 3. & hanc ego quoque verio-
rem eſſe arbitror.
37 Primum, quia Principium, fons, cauſa, &
culmen omnium dignitatum, non debet ad ali-
quem magiſtratuum, & dignitatum ordinem re-
38 ferri, &, quaſi quibuſdam cãcellis anguſtiſsimis,
concludi, quemadmodum vnitas, quæ eſt prin-
cipium numeri, ad numerum aliquem non re-
39 fertur l. ſi quis ante ff. de acquir. poſſeſſ. & vxor,
quæ eſt principium affinitatis, non refertur
ad aliquem affinitatis gradum l. non ideo minus
40 C. de hæred. inſtituend. At Summus Pontifex,
& Imperator, ſunt principia, fontes, cauſę,
apices, & culmina dignitatum §. ad hæc in auth.
de appell. can. in apibus 7. queſt. 1. can. cuncta
per mundum 9. queſt. 3. cap. ſolitæ extr. de maio-
rit. & obed. cap. propoſuit de conceſſ. præbend.
eſt tex. in cap. 1. quis dicatur Comes Dux, vel
Marchio, vbi notat Bald. ergo non debet aliquo
magiſtratuum ordine circumſcribi, & certè
debet eſſe differentia inter dantem, & recipien-
tem dignitatem, c. fin. extr. de inſtit. l. 1. ff. de ac-
cuſat. illi enim gradus, & ordines dignitatum
amplectuntur magiſtratus, & miniſtros princi-
pum, qui ab illis pendent, non autem principes
abſolutos.
41 Secundo, ita ſe habet Princeps, & Impera-
tor ad entia ciuilia, & ad magiſtatus, quorum
eſt cauſa, & principium, pro vt ſe habet Deus
ad entia creata, hinc dicitur Deus in terris, cum
verum cœleſtem Deum imitetur l. imperialis
verſ. nam ita C. de nupt. l. iubemus, huius initij
prima C. de ſacroſanct. Eccleſijs Angel. conſ. 17.
quod incipit. pro deciſione, tradit Reſtaur. Ca-
42 ſtald. in ſuo tractatu de imperatore quęſt. 2. de
Titulis imperatoris col. 2. At Deus Optimus
Maximus eſt extra ordinem omnium entium
creatorum, veluti trãſcendens, & eſt ens entium,
igitur Imperator quoque, & Summus Pontifex,
tranſcendunt omnem ordinem magiſtratuum, &
dignitatuum, ab ipſis fluentium.
43 Tertio, tunc demum Summus Pontifex, &
Imperator eſſent infra illuſtrium gradum con-
cludendi, quando non haberent in iure titulos,
& appellationes etiam illuſtriſſimorum qualita-
tem, & titulum tranſcendentes, At habent qua-
litatem, & titulum ſuperantes omnes illuſtrium
claſſes, & gradus, igitur non ſunt in numero illu-
ſtrium, vel illuſtriorum, vel illuſtriſſimorum,
44 ſed in altiori gradu conſtituti. Minor proba-
tur, quia Imperatori tribuitur maieſtas, vt pa-
tet in princ. proemij inſtit. & in l. fin. C. vbi Sena-
tor. vel clariſſimi, circa fin. nec non ſerenitas,
vt patet in l. imperialis §. ſimilis vbi Sereniſſimo
Principi in l. 2. C. de alluionibus. ibi. noſtræ ſere-
nitatis largitate defenſi in l. deuotum C. de me-
tat. & epidemeticis lib. xii. in princ. ibi ſereni-
tas noſtra commiſit, & l. vltima in princ. C. de
his quibus, vt indigni in l. 2. C. de iur. domin. im-
petrando. alijs quoque titulis honorificentiſſi-
mis, Imperatores, & alij ſummi principes de-
corantur, de quibus copioſè, & eruditè, Panci-
rolus in ſuo theſauro Variarum lect. lib. 1. capiti
2. & nuperrimè innumeros congeſſit Impera-
toris titulos, & nomina Vir Doctiſſimus & multi
plici eruditione excultus, Iulius Cæſar Bulenge-
rius in ſuo Romano Imperatore lib. 1. cap. 8.
45 Hinc Auguſta quoque ſereniſſima appellatur l.
bene a Zenone C. de quadriennali præſcript. &
in l. vnica in fine C. vt nemini liceat in empt. lib.
10. & alios habet eminentiſſimos titulos, tran-
ſcendentes titulos omnium magiſtratuum, vt
46 conſtat ex tradit. per Caſtald. in ſępius repetito
tractat, quæſt. 2. Summo autem Pontifici, beati-
tudinem, & ſanctitatem tribui nemo dubitat, &
alios quoque titulos de quibus per eundem Pan-
cirol. in d. ſuo theſauro lib. 1. capiti 1. vbi latiſſi-
mè agit de titulis dignitatum Eccleſiaſticarum.

non remanent igitur Imperator, & Summus Pontifex, infra illustrium cancellos.

47 Quarto, & nouissimè nulla ratio patitur, vt, qui legi præest, collocetur in eodem gradu digui tatis, cum illis, qui subsunt legibus, cum nulla sit proportio inter eum, qui supra legem est,
48 & eos, qui infra legem sunt, sed Princeps sine dubio est supra legem, tum quod condere illas, & tollere potest §. sed, & quod principi placuit Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. tum quòd legibus
49 est solutus l. princeps supr. de legib. magistratus autem omnes, quantumuis summi, distringuuntur legibus, vt patet in Auth. vt ab illustribus, & qui super eam dignitatem sunt, non præsunt enim legibus, sed subsunt, vt ex M. Tull. & Platone supr. ad rub. docuimus, hinc scripsit Marsil. Ficin. lib. 1. epist. epistola 97. magistratum, se non legis dominum, sed fidum interpretem, diligentemque ministrum existimare debet, ius enim dicunt non faciunt, non est ergo rationi consentaneum, vt summi principes collocentur in eodem dignitatis gradu, in quo magistratus sunt constituti, cum non sit proportio inter potestatem, & dignitatem absolutam, & potestatem, & dignitatem dependentem, & participatam.

50 Non obstat nunc primum contrarium, quia dignitas illustrium est maior, & summa inter dignitates dependentes, & participatas, non autem inter absolutas, transcendentes, & independentes, quemadmodum sunt dignitates summorum Principum, & eorum, qui sunt supra leges, & licet Summus Pontifex in inscriptione d. c. solite, Imperatorem illustrem appellauerit,
51 fuit illud, vt ambitionem, quam in eo ibi reprehendebat retunderet. Præterea, respectu Pontificis summi, potest dici illustris non autem respectu magistratuum.

52 Nec obstat secundum, quia Imperator patitur se referri in ordinem senatorum, vt reipub. speciem conseruet, & ordinem ipsum illu-
53 stret, ac nobilitet, non vt fulgeat radijs senatorijs, & licet, tamquam senator, sit illustris,
54 non ideo, tamquam Imperator, desinit esse serenissimus, nec quia Summus Pontifex, se humiliter seruum seruorum Dei appellet, & Episcopum, ideo fit, vt etiam Patriarchis sit minor, illud enim facit ex humilitate, vt per Ioannem Calderinum in proemio decretal.

55 Quod attinet ad tertium, omissa disputatione, dico, tres esse illustrium classes, tam in imperio orientali, quàm in imperio occidentali, ciuilem scilicet militarem, & Palatinam,
56 in prima classe, sub imperio orientali sunt Præfectus prætorio orientis, sub quo prouinciæ quinquaginta, Præfectus prætorio Illirici, sub quo prouinciæ decem, Præfectus vrbis Con-
57 stantinopoli. in 2. militarium, quinque sunt magistri militum, duo præsentales, tertius per orientem, quartus, per Tracias, quintus, per
58 Illiricum. In palatina vero sunt Præpositus sacri Cubiculi, Magister officiorum, Quæstor, Comes largitionum, Comes rerum priuatarum, Comes domesticorum equitum, Comes dome-
59 sticorum peditum, sub Imperio autem occidentali, in prima classe, ciuili scilicet, erat Præfectus prætorio Italiæ, sub quo prouinciæ 29. Præfectus prætorio Galliarum, sub quo prouin-
60 ciæ 29. Præfectus vrbis Romæ. in secunda autem classe militari erant magister equitum, ma-
61 gister peditum. in palatina autem illi ipsi, qui fuerunt enumerati in tertia classe imperij orientalis, vt habetur in libello, qui inscribitur notitia vtraque, cum imperij orientalis, tum occidentalis, quem doctissimis commentarijs illustrauit Panc. rol. ad quem confugiendum est, vt cognoscantur etiam singuli gradus, spectabiliũ, scilicet clarissimorum, præfectissimorum, & egregiorum de quibus late agit etiam Pancirol. in suo Thesauro variarum lect. lib. 1. cap. 3. 6. & 7. ad quem me refero, mihi enim propositum est ad vtiliora properare.

62 Quod attinet ad quartam, plures erant effectus, qui resultabant ex hoc dignitatis gradu, primus erat, quia non nisi per procuratores poterant litigare, quod priuilegium antiquitus commune erat etiam spectabilibus, & clarissimis l. pen. C. de procur. fuit tamen restrictum tantummodo ad illustres per Auth. hoc ius C. eod. tit. de procurat. & per auth. vt ab illustr. & qui super eam dignit. sunt, tradit Pancirol. in suis commentarijs in notitiam vtramque cap. 2. & in Thesauro d. cap. 3. indignum enim videbatur speciosas personas, inquit Pancirol. cum inferioribus, causam dicendo, ante iudices stare.

63 Secundus effectus erat, quia non nisi à Principe, vel ab eius delegato iudicabantur, & nec
64 à delegato quidem, inconsulto Principe, condemnabantur, licet, eo inconsulto, possent absolui l. fin. C. vbi senat. vel clarissimi. Pancirolus in d. cap. 3.

65 Tertius, quia non nisi ex scripto vocabantur in ius, & vocati non cogebantur satisdare iudicio sisti, aut iudicatum solui, sed iuratoriam
66 tantum cautionem præstare l. pen. C. de dignit. lib. 12. &, quando, illis præsentibus causa eorum tractabatur, non stabant quemadmodum cæteri litigantes, sed sedebant cum iudicibus in inferiore parte auditorij, vt per Pancirol. in sæpius repetito cap. 3.

67 Quartus, quia cum præsidibus prouinciarum, honoris causa, in tribunali sedere poterãt, etiam qui honorarias has dignitates obtinuissent, id est sint administratione, & quo ad titulum tantum, nisi ipsi litigassent, nam quo tempore illorum causę agitabantur, ab eo loco abstinebant l. vlt. C. de off. diuers. iud. l. 1. C. de off. ciuil. iud.

68 Quintus, quia poterant per suos officiales sententias recitare l. 2. C. de sentent. ex breuic. recitand.

69 Sextus,

69 Sextus quia a turpibus lucris abstinere cogebantur, nec vltra trientem vsurarum capere poterant l.eos §. 1. C. de vsuris, tradit etiam Pancirol.in d.c.3.

70 Septimus, quia viles vxores ducere prohibebantur l.1.C.de natur.lib.quòd tamen postea fuit sublatum §.vltimo in Auth.quib. mod. nat. efficiantur sui §. quia verò in Auth. vt liceat

71 matr.& auiae. Alijs quoque priuilegijs gaudebant, quibus gaudebant spectabiles, clarissimi, & perfectissimi, ipsi enim, vel eorum liberi, vsque ad pronepotes, criminis causa torqueri non poterant, nec plebeorum pœnis subijci l. Diuo C.de quaest.qu a re, nec in metallum damnari, nec furcę affigi, nec viui exuri consueuerant l. mores §.primo ff.de pen.nec fustibus caedi gloss.in d.l.

72 diuo &, huic illustrium dignitati, illud etiam tributum fuit, vt tribus auri libris mulctarêtur, qui eos suo titulo, vel honorifico nomine, non appellassent, aut colloquendo, vel scribendo reuerentes non salutassent l.2. C.de off.diu. iud. l.potioris C. de off.rect. prouinc.l. vltima C. de off.diu.iud.l.2.C.de proxim.sacr.scrin.sed nec inferiores magistratus maioribus se aequare poterant; praesidibus enim prouinciarum, qui erant clarissimi, illustres viros, fratres appellare non licebat, mulcta in eo, qui hoc ausus esset imposita d.l.2.C.de off. diuers. iud. & d. l. potioris tradit Paucirol.in d.cap.2.in fine.

73 Huiusmodi tamen, & similibus priuilegijs, gaudere publici professores, qui 20.annorũ spatio fuerint publicè interpraetati, nõ crediderim, profectò, nisi velimus plusculum propriae dignitatis cupiditati dare, quàm veritati, cogimur fateri nos, hanc ob causam, non effici illustres, quicquid dixerint DD. hic, qui propriae causae fauere

74 voluerunt, acquirimus tamen, hinc ob causam, honorariam, hoc est titularem Vicarij dignitatem, vt est expressum in l.1. C. de profess. qui in vrbe Constantinop. in fine.

75 Vicarij autem, etiam habentes administrationem, illustres non sunt, sed spectabiles, vt patet in notitia dignitatũ vtriusque imperij, & in l. 1. C.vt om.iud.tam ciuil.quàm crim.

76 Absoluta prima parte, quę pertinebant ad animaduersiones, venio nunc ad 2. quae pertinet ad interpręrationem legis. diuiditur ergo huius legis principium, vsque ad §.qui mandatam, ad mentem Batt.& aliorum, in quinque particulas, in quarum prima ponitur conclusio quaedam generalis negatiua, quae est veluti principium quoddam, & dignitas in hac materia, in 2. altera ponitur conclusio vniuersalis affirmatiua, in 3. ex conclusionibus positis infertur, in 4. comprobatur illatio, & restringitur, in 5. & vltima rursus infertur 2. ibi quae vero 3. ibi, & ideo 4. ibi huius rei 5. ibi & si a familia.

77 Omisso Bart.& aliorum argumento, quod, & falsum est, & minimè huic verborum contextui accomodatum, vt rectè, ad mentem Alciati, Vacon.Cuiac.& Longouall. docet Andr.Fachin. lib.1. controuers. iur. cap. 97. senteutiam huius textus, paucis ego, hoc modo praestringo, quae iure magistratus competunt, mandari possunt, secus, quae specialiter lege S.C. vel principis constitutione tribuuntur, nisi subsit causa absentię.

78 Facti autem species, potest hoc modo configi, omissa varietate intellectuum, de quibus per Bolog.hic num.34.erat quidem magistratus, cui vltra iurisdictionem, quę sibi iure magistratus competebat, merum quoque imperium habebat, & alia, alterius facultatis sibi specialiter lege, vel S.C. vel principis cõstitutione tributa, volebat nonnullas meri imperij, vel alterius facultatis, sibi specialiter tributae, causas mandare, dubitatum fuit, numquid posset, & consequenter, numquid mandata iurisdictione, generaliter transiret in eum, cui mandata esset, merum etiam imperium, vel memoratae alterius facultatis specialiter tributae, causae, &, pro ratione dubitandi videbatur respondendum affirmatiuè, primum quia, nisi iudices, & magistratus possent etiam meri imperij causas lege, senatusconsulto, vel principis constitutione delegatas, demãdare, Proconsules, quibus specialiter tributum est merum imperium, mandare illud legatis suis non

79 possent, sed mandant legatis criminum cognitionem, quae ad merum imperium pertinent l.vnica C.de off. proconf. & legat. facit l.excipiunt ff.ad senatusconf.sylan.& tex.in l.solent supr. de off proconf.igitur merum quoquè imperium, lege, vel S. C. vel principis constitutione, specialiter tributum, potest demandari.

80 Secundo, quia magistratus iurisdictionem vniuersam possũt mandare l.solet praetor, cũ l.seq.

81 infr.de iurisd.omn. iud. at merum imperium, est species iurisdictionis, vt colligitur ex l. nostra hic, & ex tex. in l. imperium iuncta sua rub. infra de iurisd.omn. ind.traduut DD. communiter, vt vidimus supr. in rub. igitur meri quoquè imperij causae possunt, mandata iurisdictione, transferri. corroboratur argumentum, quia multa cum vniuersitate transeunt, quae per se non transirent l. quaedam infr.de acquir.rerum domin.cap.ex litteris de iur. patr.

82 Tertio, si ea, quae specialiter tribuuntur lege, vel senatusconsulto, vel principis constitutione, non possent delegari, nulla prorsus causa esset delegabilis, quicquid enim habent magistratus omnes, habent, vel à populo, si administratio Reipub.sit popularis, & sic a lege, arg. §. constat, in vers.lex.Inst.de iur.nat.gent. & ciuil.vel a senatu, si gubernatio Reipublicę sit optimatum, & sic a S.C.arg.d.§. constat. in vers.senatusconf. vel a principis constitutione, si Respublica gubernatur ab vno principe, arg. §. sed, & quod principi placuit, Instit.eod. sed hoc consequens est absurdum, ergo, & illud, vnde hoc sequitur, & haec ratio videtur esse ex mente Odofred. hic num. 3. in fin.

83 Quarto

83 Quarto, & vltimo is, cui tributum est merum imperium principis constitutione, necesse est, vt sit princpis delegatus, vt colligitur ex l. nostra, ibi, delegatam, sed principis delegatus meri imperij causas potest demandare, vt admittunt communiter DD. hic, & infra videbimus opportunius, ergo saltem potest delegari merum imperium, principis constitutione specialiter tributum.

84 Quibus non obstantibus contrarium deciditur hic, & ratio decisionis potuit esse, quia in ijs, quæ specialiter conceduntur, ob causarum momentum, & grauitatem, videtur electa industria, excellentia, & probitas personæ l. 1.
85 supr. de off. Præf. & prætorio, ea autem, in quibus industria personæ specialiter est electa, demandari alteri non possunt c. 3. & c. vltimo §. is autem cui extr. de off. & potest. iud. deleg. consentit cum hoc verborum contextu d. l. solent, supr. de off. proconf. & legati, & d. l. nemo potest ff. de reg. iur.

86 Non obstant nunc contraria, & præsertim primum argumentum, quia illud, vt legatus proconsulis possit cognoscere causas criminales, est speciale in legato proconf. vel ex mãdato extraordinatio hoc olim competebat d. l. solent, hoc tamen genus mandati, ob maximas illius occupationes, cum militibus etiam præesset, qua in re distabat a præside, vt posset legatus eos, qui in vinculis habebantur audire, & rem cognoscere, licet olim extraordinarium esset, postea a Constantino factum est ordinarium, per l. 1.
87 C. de offic. proconf. & leg. absoluere tamen, vel condemnare numquam potuit legatus, sed prææuditas custodias, semper ad proconsulem remittere debuit, d. l. solent & d. l. 1.

88 Nec facit negotium secundum, quia iurisdictio duobus modis accipitur, vno modo in genere, vt comprehendat etiam merum impe-
89 rium, & hoc modo non potest demandari vniuersa, vel tunc demum potest demandari vniuersa, quando in vniuersum competit iure magistratus, secus in ea parte, quæ est specialiter concessa, vt hic; altero autem modo, in specie, quatenus ab imperio contradistinguitur, vel quatenus contradistinguitur à iurisdictione specialiter, & nominatim tributa, & hoc modo potest mandari vniuersa, & sic loquitur d. l. solet prætor cum l. seq. Nec obstat corroboratio, quia vendicat sibi locum, quando per concessionem vniuersitatis tollitur ratio prohibitionis, quod non est in casu nostro, in quo semper viget ratio electæ industriæ, & in generali commissione, numquam includitur, quod nec specialiter demandari potest, cap. nobis de senten. excomun. c. 1. de iureiur. lib. 6. cum alijs latissimè congestis hic per Dec. nu. 26.

90 Non obstat tertium, quia, quod conceditur à populo, à senatu, vel à principe, in constitutione magistratus, dicitur iure magistratus cõpetere, & immediatè à lege, magistratum constituente, proficiscitur, mediatè autem à Principe, & ideo, per secundam regulam, positam in l. nostra mandari potest, illud autem specialiter conceditur à tribus causis, de quibus hic, quod immediatè, magistratu iam instituto, specialiter tribuitur.

91 Non obstat quartum, quia non est Principis delegatus, is, cui, per constitutionem tribuitur aliquid specialiter sub nomine dignitatis, sed is cui per rescriptum, & per accidens, aliquid committitur, non autem instrumento legis.

92 Sed veniendum est ad expositionem litteræ, QVAECVNQVE. hoc est, vt Corasius interpretatur hic num. 1. siue Imperij, siue Iurisdi-
93 ctionis sint, siue ad neutrum referantur, cuiusmodi est tutoris datio, illis tantum competens, quibus lex Senatusconsultus, vel princeps concessit l. muto §. tutoris ff. de tutel. l. vlt. supra tit.
94 proximo, dummodo scilicet sint, quæ.

SPECIALITER, idest nominatim, & expressè tribuuntur l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. l. quæro ff. de act. empt. l. ab ea ff. de probat. l. quod in rerum §. vlt. de legat. primo l. aut damnum §. præfecto l. t. §. inter filium, & l. diuus ff. de falsis, & d. l. muto §. tutoris de tutel. & d. l. vlt. supra tit. proximo.

95 LEGE, vt iudiciorum publicorum Ius gladij Præsidibus Prouinciarum ... illicitas §. qui vniuersas, supra de offitio Præsid. & hic in lege nostra, nec non datio tutoris in Vrbe Romana Prætori Vrbano, & maiori parti Tribunorum Plebis, ex lege Attilia, in Prouincijs verò Præsidib. Prouinciarum ex l. Iulia & Titia Inst. in princ. de Attil. tutor.

96 VEL SENATVSCONSVLTO, veluti sylaniano, vt inquit Coras. hic num. 4. quod Prætori cognitionem nominatim concessit, si Dominus a familia occisus esse dicatur, vt hic in fin. vel Turpiliano, cuius rei Prouinciarum Præsides specialiter cognitionem habent l. 1. §. suspecti ad finem ff. ad S. C. Turpil.

97 VEL CONSTITVTIONE PRINCIPVM TRIBVVNTVR. exemplum affert Coras. de constitutione Seueri Imperatoris, in Senatu recitata, qua res minorum, nisi auctore pratore, in Vrbe, & Præside in Prouincijs, fuerunt interdictæ alienari l. 1. in princ. ff. de reb. eorum l. 1. C. de præd. minor. l. 2. C. de curat. furiof. nec non de constitutione Diui Marci, qua cauetur, non aliter ratam esse alimentorum, testamento relictorum, transactionem, quàm, si Romæ, Prætoris auctoritate, & Præsidis in prouincia, cum causæ cognitione, facta sit l. cum hi in princ. & in §. si prætor. infra de trãsact. addi potest etiam exemplum, de eiusdem Diui Marci constitutione, qua iuridico Alexandriæ, datio tutoris concessa est l. vlt. supra tit. proximo.

98 MANDATA IVRISDICTIONE NON TRANSFERVNTVR. l. solent ff. de officio procons.

98 conf. l. nemo potest de reg. iur. quia scilicet eorum industria, quibus specialiter sunt tributa, & fides peculiariter electa videatur l. vnica §. ne autem C. de caduc. tollend. & hucusque prima conclusio negatiua, subdit deinde Papinianus Affirmatiuam, dicens.

99 QVAE VERO IVRE MAGISTRATVS COMPETVNT MANDARI POSSVNT. iure autem Magistratus competere dicuntur, quae, non specialiter, lege, Senatusconsulto, vel Principis constitutione, tribuuntur, sed Iure communi, & vsitato, more maiorum, ea scilicet, vt inquit Muretus, propter, quae Magistratus ipse principio institutus est. Duplex igitur ratio erat eorum, quae Magistratibus competebant, quaedam scilicet iure Magistratus, ex natura illius, & secundum primeuam illius institutionem; quaedam, quae, non nisi specialiter, lege Senatusconsulto, vel Principum constitutionibus, illis tribuebantur. Illa poterant mandari, haec autem nequaquam, vt per eundem Muretum hic in vestibulo, & per Coras. num. 8. inferens postmodum Papinianus, ex prima negatiua conclusione subdit.

100 ET IDEO VIDENTVR ERRARE MAGISTRATVS, non dupliciter, vt Anton. Vacca, & Muretus opinantur, primum scilicet quia male vtantur iurisdictionis nomine, quod ex eorum sententia ad Imperium referri non potest. secundo, quia id mandant, quod mandare non possunt, solummodo enim in eo peccant, quod specialiter sibi concessa, alijs demandare praesumunt, opinio enim eorum, qui negant Iurisdictionis appellatione venire Imperium, optimis, & solidissimis (ni fallimur) rationibus fuit à nobis ad Rubr. supra eodem explosa, & confutata. Declarat etiam Papinianus errorem his verbis.

101 QVI, CVM PVBLICI IVDICII HABEANT EXERCITIONEM, LEGE, VEL SENATVSCONSVLTO DELEGATAM, VELVTI LEGE IVLIA DE ADVLTERIIS; ET SI QVAE SVNT ALIAE SIMILES; IVRISDICTIONEM SVAM. MANDANT contra dictã primam regulam, negatiuã scilicet, Publica autem iudicia, quae ad merum Imperium referuntur, ea sunt, de quib. in tit. Instit. & ff. de publ. iudic. inter, quae lex etiam Iulia de adulterijs numeratur, qua cautum erat, vt deprehensi in adulterio, a Prouinciae Praeside, supplicio dederentur, vt per Coras. hic num. 11. Probat postremo Papinianus, memoratam negatiuam conclusionem, & illationem ex ea factam, arguendo a contrario sensu, a lege Iulia de vi, dum subdit.

102 HVIVS REI FORTISSIMVM ARGVMENTVM. QVOD, LEGE IVLIA DE VI, NOMINATIM CAVETVR, VT IS, CVI OBTIGERIT EXERCITIO, POSSIT EAM, SI PROFICISCATVR, MANDARE. profecto, si meri Imperij causae mandari regulariter possent, perperam nominatim cautum esset lege Iulia de vi, vt eius exercitio posset mandari a proficiscente, & per modum conditionis si proficiscatur. lex autem Iulia de vi duplex est, Altera nimirum de vi publica, altera de priuata. publica enim vis est, quae cum armis infertur, priuata, quae sine armis §. sed ex constitutionibus Instit. de Interdict. §. item lex Iulia Inst. de public. Iudic. vt enim Romae olim in tumultu Clodianae necis, & tertio magni Pompei consulatu, edicto prohibitum est, ne vllum in vrbe telum esset. Plin. lib. 34. cap. 14. ita posteriore Caesarum tempore, omnis armorum vsus, nisi ad venationem, iter, vel nauigationem l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi public. priuatis hominibus generaliter interdictus fuit d. l. 1. & l. vnica C. vt armorũ vsus lib. 11. iussumque a Principe, arma omnia ad vsum belli, in armamentarijs publicis reponi, & custodiri §. 1. in Auth. de Armis.

103 NON ALITER ITAQVE MANDARI POTERIT, QVAM SI ABESSE CEPERIT exercitio scilicet publicorum Iudiciorum, quae ad merum Imperium refertur, nimirum legis Iuliae maiestatis, repetundarum, de adulterijs, aliorumque criminum, quorum cognitio, & iudicatio, lege, Senatusconsulto, vel Principis constitutione, specialiter, & nominatim tributa est.

104 CVM ALIAS IVRISDICTIO ETIAM A PRESENTE MANDETVR. iurisdictio scilicet in specie, quae est potestas iudicandi, Iudicesque dandi, de ciuilibus controuersijs, & iure magistratus competit, vt colligitur ex Mureto supra in praeludijs, & ex Coras. tam hic nu. 16. quàm etiam lib. 3. Miscelaneorum cap. 17. num. 1.

105 ET SI A FAMILIA idest à seruis. l. pronunciatio §. familiae ff. de verb. sign.

106 DOMINVS OCCISVS ESSE DICETVR, COGNITIONEM PRAETOR, QVAM EX SENATVSCONSVLTO Syllaniano scilicet quod de publica quaestione à familia habẽda, introducta est, neque enim aliter domus vlla in tuto esse posset, nisi capitis periculo domini custodiã, tã à domesticis, quàm ab extraneis personis serui praestare cogantur, vt dicit I. C. in l. 1. in princ. ff. ad S. C. Syllan. vbi latè Igneus num. 1.

107 Absoluta igitur etiam secunda parte, venio ad tertiam, & primum, vna cum Bart. & alijs interpretibus, colligo ex hoc verborum contextu, meri imperij causas esse indelegabiles, verum quia haec conclusio non modicam patitur difficultatem, propterea eam in questionem vocabo, &, illius occasione, duos discutiam grauissimos articulos.

Primus erit, an merum imperium sui natura sit delegabile.

Secundus, an principis delegatus, possit meri imperij causas delegare.

Quod attinet ad primum articulum, communis est omnium interpretum sententia, nemine discrepante, imperium esse indelegabile, praesertim à magistratibus, qui legibus subsunt, hinc

Bart.

Bart. notat ex hoc tex. causas meri imperij de-
legari non posse, & eum sequuntur omnes ita,
vt hanc opinionem, extra dubitationem esse Io.
Vaud. lib. 1. variarum quæst. cap. 10. affirma-
uerit, & hęc opinio pluribus comprobari potest.
108 Primum nempe, per tex. nostrum, pluribus
modis inducendo, & præsertim quia, quæcun-
que, non iure magistratus competunt, sed spe-
cialiter lege, senatusconsulto, vel principis con-
stitutione, tribuuntur, mandata iurisdictione, vt
dicitur hic, non transferuntur, sed merum impe-
rium, quod est solummodo apud populum, vel
senatum, vel principem, iure proprio, non iure
magistratus competit, sed lege, senatusconsul-
to, vel principis placito specialiter tribuitur
magistratibus. vt patet in hoc tex. & non obscu-
re colligitur ex Carolo Sigon. de Antiquo iure
Roman. Prouinciarum lib. 3. cap. 5. 6. & 7. qui-
bus in locis separat imperium a magistratibus,
& in magistratibus non fuisse insitum imperium,
contendit, hinc, vbicunque de criminibus iudi-
cant magistratus, & cognoscunt extra ordinem
hoc facere dicuntur l. & in libertos ff. ad sena-
tusconsult. syllan. iuncta l. nostra in verbo, & si
a familia, tex. est optimus in l. 2. & in l. diuus ff.
de crimin. expilat. hæred. ergo non potest dele-
109 gari. Prętcrea, si merum imperium esset de-
legabile, non errarent magistratus, si publici
iudicij, quam habent exercitationem, deman-
darent, sed errant, demandando, vt dicitur hic,
igitur meri imperij causæ, non possunt deman-
110 dari. Accedat etiam, quòd inclusio vnius,
est exclusio alterius, l. cum prætor de iud. sed
includitur hic merum imperium, vt possit de-
mandari ex causa absentiæ, ergo excluditur mā-
datum imperij simpliciter, & sine causa.
111 Secundo videtur tex. in terminis in l. solent
supra de off. proconsul. & leg. nec enim potest, in-
quit tex. gladij potestatem, sibi datam, vel cu-
iusquam alterius coercitionis, ad alium trans-
ferre, & eadem verba reperiuntur repetita in l.
112 nemo potest infr. de reg. iur. sed huiusmodi
potestas nihil aliud est, quàm merū imperium l.
imperiū infr. de iurisd. omn. iud. non potest ergo
merum imperium in alium mandato transferri.
113 Tertio, & nouissimè, ea, in quibus est ele-
cta industria personæ, alijs mandari non possunt,
cap. 3. & cap. vltimo §. his autem cui, extr. de
114 offic. & potest. iud. deleg. At in concessione
meri imperij, ob causarum grauitatem, semper
videtur electa industria personæ, & probitas l.
1. supr. de off. Præfec. prætor. vbicunque enim
arduum aliquid alicui demandatur, semper cen-
setur electa industria personę. Iason ad l. à iu-
dice, in finè C. de iud. Dec hic num. 28. ergo
merum imperium non potest, mandato, ad
alium transferri.
His tamen, & similibus, rationibus, ad veri-
tatem accuratius reuocatis, me libenter in eam
partem dedi, vt existimem, aduersus omnes, me-
ri imperij causas delegabiles esse, sui natura,
ita, vt regula sit ponenda affirmatiua, non ne-
gatiua, pluribus ductus.
Primum autem, per tex. nostrum, hoc modo
inducendo. exclusio vnius, est inclusio alterius
d. l. cum prætor de iud. At excluduntur hic a fa-
cultate delegandi illi tantum magistratus, qui le-
ge, vel senatusc̄onsulto habēt publici iudicij exer-
citationem demandatam, igitur illi concluđūtur,
vt possint publici iudicij exercitionē demādare,
qui eam, iure magistratus, & sic iure proprio ha-
bere dicuntur, nec [illegible] eas, nullum esse magistra-
tum, qui merum imperium habeat iure magi-
stratus, quia contrarium mox, & infra in solu-
tione argumentorum probabitur apertius.
115 Secundo, quæcunque competunt iure magi-
stratus, & iure proprio, non alieno beneficio,
possunt delegari, vt in secunda conclusione hic,
& est tex. in l. more maiorum infr. de iurisdict.
116 omn. iud. At merum imperium competit etiam
iure magistratus, & iure proprio, igitur nihil
est impedimento, quominus delegetur. Minor
117 probatur, quia nulli dubium, Populum, Se-
natum & Principem merum imperium habere
iure proprio, non alieno beneficio & propterea
etiam interpretes communiter admittunt, prin-
cipem posse meri imperij causas delegare, per
tex. in l. fin. C. vbi senat. vel clar [illegible], facit l.
[illegible] in verbo demandare, & ibi Bal. C. de præc.
imp. off [illegible] in can. illud vbi gloss. fin. 23.
quæst. 4. tradit Bart. hic num. 9. vera tamen ra-
tio huius rei est, non adducta per Bart. quia sci-
licet Princeps sit solutus legibus. sed quia habet
imperium iure proprio, non alieno beneficio,
118 nec dicas, præter principem, neminem esse,
qui imperium habeat iure proprio, quia falsum
est, nam quicunque habet merum imperium iu-
re magistratus, iure proprio habere dicitur, vt
hic in secunda conclusione, iuncta l. more, infr.
de iurisd. omn. iud. sed sunt, qui habent merum
imperium iure magistratus, & non sunt princi-
pes, igitur inferiores etiam a principe, merum
imperium iure proprio habere dicuntur. Minor
propositio probatur, primum in genere, deinde
in specie, in genere per tex. nostrum dum dicit,
& ideo videntur errare magistratus, qui, cum
publici iudicij habeant exercitationem, lege, vel
S.C. delegatam, iurisdictionem suam mandant,
ergo non errāt, qui eādem habent exercitionem
non lege, non senatusconsulto delegatam, per
locum a contrarijs, illud enim relatiuum, qui,
119 restringit suum antecedens, vt tradunt DD. ad
l. omnes populi supr. de iust. & iur. quasi sit sen-
sus, vt errent illi iudices, quibus specialiter est
concessum imperium, non autem illi, quibus
120 competit iure proprio. Præterea ea dicun-
tur competere iure magistratus, propter, quæ
magistratus ipse a principio institutus est, vt re-
121 ctè docet hic Muret. sed plures magistratus
ab initio iure ciuili Romanorum fuerunt insti-

tuti, vt de criminibus cognoſcerent, quod per-
tinent ad merum imperium, igitur cauſæ quo-
que meri imperij, iure proprio, & iure magi-
ſtratus competere dicuntur; probatur minor,
quia, poſt exactos Reges, apud duos conſules
creatos, qui loco Regum erant, fuit ſummum
ius, & Regia poteſtas, ita vt ipſum quoque me-
rum imperium, iure proprio, in ipſa conſtitutio-
ne, & creatione magiſtratus, haberent, vt col-
ligitur etiam ex Sigonio lib. ſecundo de iudi.
cap. 4. & licet eorum auctoritas fuerit deinde
diminuta, ne Regiam poteſtatem ſibi per omnia
vendicarent, dabatur n, ab ipſis appellatio, nec
poterant amplius in caput ciuis romani anima-
duertere, iniuſſu populi, relictũ tamen fuit illis,
123 vt poſſent coercere, quod ad merum imperi-
um pertinet l. imperium, infr. tit. a. hæc autem,
quæ dicta ſunt de duobus conſulibus, probantur
expreſſè in l. 2. in § . exactis deinde Regibus, ſupr.
de orig. iur. vbi in verſ. populo deinde aucto,
habetur, cum crebra orirentur bella, re ita exi-
124 gente, inſtitutos fuiſſe Dictatores, a quibus
nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis
animaduerſio data eſt, & certè, vt paſſim colli-
gitur, etiam ex hiſtorijs. adeo illibata fuit dicta-
toris poteſtas, vt non ſit dubitandum, quin, iu-
re proprio, merum imperium haberet, quem-
125 admodum habebat etiam Præfectus vrbi,
omnia enim, omnino crimina Præfectura vrbis
ſibi vendicauit, & cui dubium eſſe poteſt, non
modo potuiſſe Præfectum prætorio Orientis, ſub
quo quinquaginta erant Prouinciæ, vt ſupra di-
ximus, & docet Panciròl. in ſuis commentarijs,
in notitiam vtramque cap. 5. in cauſis crimina-
libus, etiam imperium merum, mandare potuiſ-
ſe, ſed fuiſſe etiam hoc neceſſarium, niſi ipſe, vel
eius Vicarij, quorum aliqui octo præerant, pro-
uincijs, voluiſſent omnia expedire extra ordi-
nem, vt mox docebimus, quod impoſſibile om-
126 nino fuiſſet; certo igitur certius eſt, duos con-
ſules, poſt exactos Reges creatos, Dictatores,
& Præfectos vtriuſque imperij, merũ imperium
127 iure magiſtratus habuiſſe. Accedat etiam,
quòd, niſi aliquibus magiſtratibus merum com-
peteret imperium iure magiſtratus, non aliqui
eſſent maiores, aliqui minores, aliqui infimi,
quandoquidem magiſtratus, per illud, quod
competit iure proprio ſunt minores, & maiores,
non per id, quod ſpecialiter illis tribuitur. hoc
tamen eſt falſum, per ea, quæ ſupra tradidimus
in animaduerſionibus, & eſt tex in § . illud in
Auth. de appellat. tradit Salamon. hic num. 9.
ergo falſum eſt etiam illud, vnde hoc ſequitur.
128 Tertio, vbicunque aliquid eſt certum de iu-
re canonico, & dubium eſt de iure ciuili, ſtan-
dum eſt iuri canonico, etiam in foro ciuili, qua-
ſi dubium ius ciuile, à iure Pontificio, interpræ-
tationem accipiat, gloſ. eſt in c. 1. & 2. de nou.
oper. nunciat. gloſ. & DD. ad c. per venerabi-
lem extr. qui filij ſint legitim. & ad c. licet ex
ſuſcepto, extr. de foro competent. tradit Bart.
ad l. priuilegia C. de Sacroſanct. Eccleſ. & alij
adducti per Iaſ. ad l. filium, quem habentem
129 C. fam. ercisc. num. 8. ſed certum eſt de iure
canonico, merum imperium poſſe delegari, can.
illud 23. quæſt. 4. vbi gloſ. can. ſicut 2. quæſt. 7.
c. venerabile extr. de off. & poteſt. iud. deleg.
gloſ. eſt, communiter recepta, ad c. quod ſedes
de off. ordin. tradit Io: Andr. in additionibus,
ad Speculatorem, in tit. de iud. de leg. § . vltimo
ſuper verbo, item quod eſt delegatum. Bart. ad
l. nec quicquam § . vbi decretum ff. de off. pro-
conſ. & legati Bald. ad rub. extr. de off. deleg.
cum alijs adductis per Iaſ. hic n. 28. verſ. ſepti-
130 mo iſta reg. iure enim canonico, quicquid
eſt cognoſcibile eſt delegabile, vt poſt Iaſ. docet
etiam Zaſius hic nu. 2. de iure autem ciuili eſt
ſaltem dubium, an merum imperium ſit ſuapte
natura delegabile, per argumenta mox. adducta,
niſi potius, vt arbitror, rem certam, aduerſus
communem ſententiam, faciant, iure ergo quo-
que ciuili inſpecto, credere debemus merum im-
perium eſſe delegabile, vbi ſcilicet competat iu-
131 re proprio, & conſequenter non debemus
inducere diuerſitatem, & diſcrimen, ſine cauſa,
inter ius ciuile, & ius canonicum, quod, in his
132 quæ peccatum non concernunt, plerumque,
& ſemper, niſi expreſſè recedat, videtur cum iure
ciuili conſentire, & profectò in hoc, non eſt dif-
ferentia, non quia de iure ciuili indiſtinctè me-
rum imperium, & de iure etiam canonico ſit in-
delegabile, vt Pyrr. Alph. hic, & alij arbitran-
tur, quos ſequitur Andreas Fachin. lib. XII. con-
trouerſ. iur. cap. 93. ſed quia, vt infra ſuo loco, vi-
debimus, eodem modo eſt delegabile merum
imperium de iure canonico, quo modo eſt dele-
gabile de iure ciuili, ideſt quando competit iure
magiſtratus, & iure proprio.
133 Quarto, & vltimo. vbicũque ius ciuile, eſt du-
134 biũ, a cõſuetudine, quæ optima eſt ll. interpres,
interpretationẽ recipit l. ſi de interpretatione ſu
135 pr. de legib. ſed cõſuetudo interpretata eſt, me-
ri imperij cauſas eſſe delegabiles, vt teſtatur Hie
ron. Cagno. hic n. 26. & Cuiac. & eſt veriſſimũ, er-
go debet intelligi ſecundum hanc cõſuetudinem,
vt meri imperij cauſæ ſcilicet delegari poſſint.
136 Non obſtat nunc contraria, & præſertim pri-
mum argumentum, quia falſum eſt merum im-
perium omnibus magiſtratibus, tamquam ali-
quod aduentitium, ſpecialiter tribui, aliquibus
enim eſt coæuum, & naturale, ita vt competat
iure magiſtratus, quemadmodum in ſecunda ra-
tione pro opinione noſtra oſtenſũ eſt. Nec nobis
Sigonij, viri doctiſsimi, auctoritas, refragatur,
quia in prolatis locis, non ſeparat ipſe, a magi-
ſtratibus, merum Imperium, ſed Imperium ſim-
pliciter, quod ad Imperiũ militare refertur. Tri-
plicẽ enim poterãt magiſtratus olim habere po
teſtatẽ. Iuriſdictionẽ nimirũ, quæ ad ciuiles cau-
ſas pertinebat, merũ Imperium, ſiue quæſtionẽ,

quæ

quæ pertinebat ad causas criminales. toto titulo ff. & C. de quæstion. & Imperium militare, quod ad rei militaris administrationem pertinebat. Iurisdictio ferè vniuersa iure magistratus competebat. quæstionem autem, seu merum imperium, plerique lege senatusconsulto, vel Principis constitutione specialiter tributum habebant; summi tamen aliqui magistratus, veluti consules, iure proprio habebant, & sic iure magistratus. Rei autem militaris administratione, & sic Imperium militare, a quo Imp. ratores dicebātur, nemo habebat iure magistratus, sed omnes, etiam Dictatores, illud accipiebant lege curiata, vt eruditè docet, idem Sigonius. De Antiquo iure Romanorum, Prouinc. lib. 3. cap. 7. & hoc esse illud imperium, quod omnino Sigonius à magistratu seiungit, & nos quoque in hoc cum eo sentimus, sed inde nihil sequitur contra nostram, in hac materia, singularem opinionem, nec tenet sequela. magistratus cognoscit crimina, extra ordinem, ergo talis cognitio non competit ei iure magistratus ordinario, sed ex mandato legis extraordinario, & speciali, quia antiquitus, ante formulas sublatas, de quib. in tit. C. de formul. sublat. magistratus regulariter, nec in ciuilibus,
137 nec in criminalibus causis iudicabant, sed ius dicebant, aliud enim est iudicare, aliud ius di-
138 cere, etenim, qui iudicat dicit sententiam dumtaxat, qui verò ius dicit dat, dicit, addicit, dat nempe iudicem, seu iudicium, dicit sententiam, quod tamen dicebatur facere extra ordinem. quia regulariter, in causis dabat iudicem, vel mandabat iurisdictionem, addicebat etiam, quatenus in possessionem mittebat, quæ omnia colliguntur ex l. 1. infr. tit. 2. & latissimè agit de differentijs inter magistratum, & iudicem, & inter ius dicere, & iudicare, Excellentissimus, & eruditus D. Io. Vaudus lib. 1. variarum quæst. cap. 10. secunda quoque inducto facile tollitur, quia non supponit hic tex. omnes errare magistratus, sed eos, qui, cum habeant specialiter tributum merum imperium lege, vel S. C. mandant illud. Nec facit negocium tertia, propterea quòd speciali iure, ex causa absentiæ potest mandari merum imperium, specialiter tributum, ergo ius commune, quoad imperium specialiter tributum est in contrarium, quia scilicet mandari non potest, sed non inde sequitur, vt imperium merum, quod competit iure proprio, non possit mandari.
139 Nec obstat secundum argumentum, petitum a d. l. solent, & a d. l. nemo potest, quia præfatæ quoquè leges, loquuntur de his, qui habent imperium datum, & concessum, & sic aduenticium, non ingenitum, & coeuum, id quod fit probabile per regulam l. nostræ, quæ vult, mandara iurisdictione, omnia transferri, quæ competebnr iure magistratus, debet ergo vtraque lex allegata, ab hac lege nostra interpretationem recipere, præsertim, quia lex nostra est generalis, & occasione generalis materiæ criminalis facta, cum sit desumpta ex lib. 1. quæst. Papin. vt patet ex inscriptione. leges autem in contrarium adductæ fuerunt factæ in materia particulari, cum vtraque fuerit desumpta ex lib. 1. de off. proconf. Vlpiani I. C. Proconsul enim non habebat merum imperium iure magistratus, sed specialiter tributum, vt omnes admittunt. Præterea fit etiam probabile ex verbis dictarum legum, dum dicunt non posse quempiam gladij potestatem, sibi datam ad alium transferre, datur enim potestas, quæ spe-
140 cialiter tribuitur, non quæ creatur, & nascitur cum ipso magistratu.
141 Nec facit negocium vltimum argumentum, quia, omissis alijs responsionibus, quæ possent afferri, considero ergo aliud esse, quòd sit electa industria personæ ad sustinendum magistratum, aliud, quod sit electa ad aliquid specialiter peragendum, vbi secuqur enim est electa industria personæ, ad sustinendum magistratum, certè non potest, magistratum illum a se abdicando, alteri conferre, nihil tamen est impedimento quo minus iurisdictionem, quam habet alteri mandet, vel iudices det, proprium enim magistratuum est ius dicere, quod consistit etiam in mandanda iurisdictione, & in dandis iudicibus. l. imperium infr. de iurisdic. omn. iud. præterquamquòd, si omnia per se extra ordinem expedire vellet, non posset, est ergo electa industria, non solum ad iudicandum, sed etiam, & magis principaliter, ad ius dicendum. quia verisimile fit, eum, cui magistratus datus est, non nisi doctis, & probis viris iurisdictionem suam man-
142 daturum, dum igitur mandat iurisdictionem, vel dat iudicem magistratus, in ijs, quæ competunt iure magistratus, tantum abest, vt suscituat, vt quinimo potius exerceat magistratum, cuius munus est dare iudicem, & demandare iurisdictionem, quam habet vbi opus sit, arg l. imperium infr. de iurisdic. omn. iud. vbi verò aliquid concessum est alicui specialiter, in quo est electa industria personæ, non potest, demandari, &, secundum hos terminos, procedit tex. noster.
143 Nec obstat d. l. 1. de off. Præfect. prætor. quia, grauitas, explorata fides, & singularis industria, ob quam ad culmen præfecturæ præsumitur aliquis eusctus, non est in causa, vt ipse non possit iurisdictionem demandare, iudices dare, & causas etiam meri imperij committere. sed operatur, vt ipse non possit præfecturam alteri concedere, vtquè non detur appellatio, vt est expressum in d. l. 1. in effectu, semper ratio industriæ, est in causa vt illud, ad quod principaliter est, quis electus, non possit alteri committi, sed non est impedimento, quominus committatur aliquid, quod sit sub eo, ad quod principaliter est electa industria, hinc is, cui man-

data est iurisdictio, alteri demandare non potest. l. fin. infr. eod. iudicem tamen dare potest l. cum Prætor de iud. iudex autem datus à magistratibus, nec iudicem dare potest l. à iudice C. de iudicijs. His ergo rationibus ductus, aduersus omnes, venio audacter in hanc singularem opinionem, vt credam merum imperium, sui natura, esse delegabile, etiam ab inferioribus à principe, dummodo illud habeant iure magistratus, quod fieri posse, ni fallor, aperte demonstrauimus. Hodie autem quin sit delegabile non est dubitandum, vt sentit etiam Cuiacius hic in fine.

144 Superest modo, vt secundum articulū discutiamus, vtrum scilicet a delegato principis, meri imperij causæ possint delegari. in hac igitur grauissima difficultate, sunt pugnantes DD. opiniones, altera est Affirmantium Principis delegatum, meri imperij, causas, posse subdelegare, & hanc tenuit gloss. parum sibi constans ad l. 1. C. qui pro sua iurisdict. Ias. ad l. à Iudice, circa fin. C. de Iudic. versic. quarto limita Dec. ad c. 3. in 2. notab. versic. tertio pro ista, extra de off. & potest. Iud. delegat. Alciat. ad c. quod sedem extra de offic. ord. num. 82. Io: Baptista Caccialupus ad l. more num. 11. infra tit. 2. vbi dicit hanc opinionem quandoque probasse Rotam Romanam, eandemque seruari in Curia Delfinatus, Guido Papa Quæst. 624. sequuntur etiam DD. communiter Bartolus num. 10. Ias. num. 63. & 64. Sebast. Sap. num. 35. Dec. num. 84. in fin. Purpur. num. 627. hæc, tandem est communis, & recepta scribentium opinio, vt de communi testantur omnes, & de magis communi M. Ant. Bellarmat. num. 46. nec non Curt. Iun. num. 74. & 89. nititur autem opinio pluribus, ijsdemque vrgentissimis rationibus.

145 Primum autem adducitur tex. in l. à iudice C. de iud. quę hoc modo potest vrgeri, lex indefinitè loquens, perinde est, ac si loqueretur vniuersaliter, sed d. l. à iudice indefinitè, & gene-
146 raliter dicit, licere Principis delegato subdelegare, ergo perinde est, ac si vniuersaliter loqueretur, arg. eorum, quæ tradit Bar. ad l. si pluribus ff. de leg. 2. & consequenter habet locum huiusmodi facultas subdelegandi, etiam in cau-
147 sis meri imperij; oratio enim sumpta ex vniuerso, si redderetur falsa in vno, esset vniuersaliter falsa l. si is, qui ducenta §. vtrum ff. de reb. iud.

148 Secundo adducitur l. vnica C. qui pro sua iurisd. Iudic. dare dariue, possunt, in cuius fine permittit Principis delegato, vt possit subdelegare, nullo personarum, causarumue habito tractatu, quod cum ita sit lex generaliter, & vniuersaliter loquens, debet generaliter intelligi l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. sed d. l. generaliter vult Principis delegatum posse subdelegare, nullo habito discrimine personarum, vel causarum, ergo poterit subdelegare etiam causas meri imperij, alioquin fieret differentia inter causam, & causam, contra verba expressa illius legis, quæ si ad causas ciuiles restringeretur, esset etiam de indubitabili, contra l. quod labeo de Carb. edict.

149 Tertio per tex. in c. finali extr. de off. & potest. iud. deleg. qui potest duobus modis induci, primum quatenus supponit indefinitè licere delegato principis vices suas alteri mandare, hoc modo videlicet, cum generaliter sit concessum, in priuilegium delegato principis, vt possit subdelegare, verisimile est, vt illas omnes causas possit subdelegare, quas potest princeps delega-
150 re, cum nulla in hac materia reperiatur exceptio, sed potest princeps etiam meri imperij causas delegare, ergo easdem potest subdelega-
151 re illius delegatus, præsertim, cum subrogatum sapiat naturam illius, in cuius locum subrogatur, in eo, in quo subrogatur l. si eum §. qui iniuriarum ff si quis Caut. §. fuerat inst. de act. nec est diuersa ratio in hoc, inter principem, & illius delegatum, quando causa est commissa simpliciter, nec est expresse sublata facultas subdelegandi, generaliter Principis delegato permissa. Præterea potest induci etiam alio mo-
152 do. Exceptio, in vno, vel altero casu, firmat reg. in contrarium l. nam quod liquidè ff. de pen. leg. Bal. ad l. omnes populi supr. de iust.
153 & iur. num. 84. sed in eodem cap. fin. à regula, quæ tribuit delegato Principis facultatem subdelegandi, excipitur solummodo casus, vbi expresse sit electa industria personæ, igitur in omnibus alijs casibus firmat regulam in contrarium, vt principis delegatus possit subdelegare.

154 Quarto, idem statuendum est de mero imperio, quod de reseruatis principi, cum merum quoque imperium, secundum communes traditiones, sit quoddam reseruatum principi, non
155 competens iure proprio, nisi eidem principi,
156 sed delegatus à Principe, etiam in reseruatis eidem principi, potest subdelegare, nihil ergo est impedimento, quominus meri imperij causæ à principis delegato subdelegentur.

157 Minor probatur, quia causæ inquisitionis sūt de reseruatis summo Pontifici, glos. est in c. quod
158 translationem, de off. ordinar. at inquisitores à summo Pontifice delegati, ad inquirendum de hæresi, possunt vices suis alteri demandare clem. 1. §. 1. vers. verum, & §. pen. de hęret. igitur etiam, in reseruatis principi, delegatus
159 potest subdelegare. probatur etiā eadem minor, quia absolutio ab excommunicatione, ob manus iniectionem in clericum, est de reseruatis sum. Pontif. can. si quis suadente diabolo 17.
160 quæst. 4. At talis absolutio potest subdelegari c. vltimo de off. ordin. ergo etiam in reseruatis Principi, delegatus habet subdelegandi potestatem.

161 Quinto, & vltimo omissis alijs leuioribus, quæ facile responsione tolluntur, vt est videre

apud

apud Excellentiss. D. Præsid. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quæst. 54. vbi à nu. 16. vsque ad finem tresdecim affert, pro hac opinione, arg. possumus nos, hoc pacto, raciocinari. tunc demum posset dubitari, an delegatus principis meri imperij causas posset delegare, quando merum imperium, sui natura, esset indelegibile, sed, apud nos, est delegabile, vt probauimus supra, quinimo a Principe, secundum communes quoque traditiones est delegabile, igitur, nulli dubium est, posse principis delegatum, cui simpliciter, & generaliter est concessa facultas delegandi, meri etiam imperij causas subdelegare, cum in eum fecerint transitum, secundum naturam, & qualitatem delegabilem, pro vt erāt apud principem, &, hoc modo argumentando, non tollunt difficultatem responsiones allatæ ad argu. Bar. censetur enim facta delegatio, secundum naturam delegati a principe, qui potest subdelegare, arg. l. plenum, §. equitij de Vsu, & habitat.

His tamen non obstantibus, arbitror veriorem esse contrariam opinionem, quam tenuit glos. hic, & etiam sequuti sunt Petr. de Bellapertic. Iac. Butrig. & Cyn. tam hic, quàm ad l. 1. C. qui pro sua iurisdict. vbi eandem probant opinionem Salyc. & Fulgos. quam tenuit etiam Io: Andreæ in addit. ad speculat. in tit. de Iudic. deleg. §. vlt. versic. item, quod est delegatum, sequitur etiam Gaspar Valasch. ad l. Imperium infra de iurisdict. omn. iud. nu. 220. & ibi Io: Longouall. n. 156. sequuntur etiam hic Alberic. nu. 22. Alex. nu. 30. Barth. Soc. nu. 11. Curt. Iun. nu. 74. cum seq. Ludouic. Gozadin. num. 10. Paul. Orian. nu. 161. Iac. Niger. num. 141. M. Anton. Bellarmat. nu. 40. circa fin. Io: Bolog. nu. 138. & Camil. Plaut. lib. 2. in vers. iure magistratus nu. 137. hanc tenent etiam hic Pyrr. Alphan. nu. 291. & Angel. Matheac. nu. 178. pro hac respondit Ruin. cons. 161. nu. 13. lib. 3. & hanc receptiorem esse, & in Burdegalensi curia obseruari, dixit Boer. quæst. 6. in hu. quam tenent etiam Vacon. lib. 6. declarat. declarat. 84. & Menoch. lib. 1. de arbitr. iudic. quæst. 54. nu. 3. & hanc veriorem esse arbitror.

162 Primum, quia vbicunque est electa industria personæ, is, cui aliquid demandatum est, alteri mandare non potest l. vnica §. ne autem C. de caduc. tol. l. inter artifices, infra de solut. cum alijs supra adductis. At vbicunque Princeps alicui mandat grauissimas meri Imperij causas, censetur electa industria personæ, arg. l. 1. supra de off. Præfect. Prætor. faciunt tradita per Ias. ad l. à Iudice C. de Iudic. igitur is delegatus, cui Princeps merum Imperium demandauit, alteri delegare non potest.

163 Secundo, si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergo nec de quo minus l. 4. supra de Senatoribus, cum alijs adductis per Vigel. in sua Dialectica iuris lib. 2. in loco à comparatis, reg. 2. Sed magis videtur inesse, vt causas meri Imperij possit delegare ordinarius, quàm delegatus, tum quia magis occupatus, & pluribus causis impeditus, quam ob causam facilius conceditur delegatio, arg. tex. in §. ad hæc C. de Iudic. tum, quod firmiorem habet Iurisdictionem, vt concludebamus cum cōmuni opin. ad Rubr. supra eodem, & tamen non inest, quia nec ordinarius potest meri imperij causas, secundum communem opinionem, nisi ex causa absentiæ delegare, igitur multo minus potest Principis delegatus.

164 Tertio, delegatus à lege non potest meri Im-
165 perij causas demandare, vt patet in tex. no-
166 stro, sed delegatus à Principe, est delegatus legis, cum Princeps sit lex viua in terris §. vlt. in Auth. de consulibus, non potest ergo meri Imperij causas delegare.

167 Quarto nemo, qui mandatam habeat Iurisdictionem, potest eam alteri demandare l. vlt. infra eod. iuncta l. more maiorum infra de iurisd.
168 dict. omn. iudic. sed Principis delegatus mandatam habet Iurisdictionem, vt nemo negat, igitur non potest eam alteri subdelegare, & hoc est argumentum tutissimum, & insolubile sine cauillatione, pro hac sententia.

169 Quinto, & vltimo, qui nisi per se litem examinet vnà cum consiliarijs, punitur, delegare sine dubio non potest. At delegatus Principis, hodie, nisi per se vna cum Consiliarijs, litem examinet, punitur, vt patet in §. vltimo in Auth. vt defuncti, seu funera eorum, & apertius in Auth. ad hæc C. de Iudic. quæ corrigit d. l. à Iudice, ergo delegatus Principis, subdelegare non potest. Quicquid dicat ibi glos. quæ tex. illum non intelligit, vt obseruat etiam Angel. Matheac. hic in fin. sub num. 181.

170 Accedat etiam sexto, & vltimo, quòd nemo potest eam Iurisdictionem mandare, quam habet Principis constitutione specialiter concessam, vt expresse habetur in hac l. nostra, sed Principis delegatus non iure Magistratus, sed Principis constitutione, Merum Imperium habeat, necesse est, igitur non potest illud alteri demandare.

Et, ex his, puto veriorem esse posteriorem hanc sententiam negatiuam, contra Bart. quàm contra communem esse dicunt, dubitari tamen hodie potest, quænam sit magis communis.

171 Non obstat primum, de d. l. à iudice, argumentum, quia loquitur de iudice dato, non de eo, cui mandata sit iurisdictio, sensus ergo est, vt iudex datus à Principe, possit ex priuilegio iudicem dare, non autem is, cui mandata sit iurisdictio, iurisdictionem mandare, regula enim est certa, vt qui mandatam habet iurisdictionem, mandare non possit l. fin. infr. eod. l. more maiorum infr. de iurisd. omn. iud. & ratio
172 forte est, quia, qui mandatam habet iurisdictionem, vsum tantum habet, vt in hac eadem

173 l. nostra,

173 l. nostram, §. qui mandatam, qui verò vsum
habet, alteri cedere non potest, inst. in princ.
174 de vsu, & habit. dare autem iudicem, perti-
net etiam ad vnumquemque, cui specialiter hoc
sit concessum, lege, S. C. vel principis constitu-
tione, quapropter, cum d. l. à iudice, & l. vni-
ca C. qui pro sua iurisd. quę sunt Principum con-
stitutiones, sit specialiter concessum iudici da-
to à principe, vt possit iudicem dare, nihil im-
pedimento est, quominus det, & ratio, cur hoc
fuerit potius concessum iudici dato, vt iudicem
daret, quàm ei, cui mandata est iurisdictio, vt
175 iurisdictionem mandaret, ea etiam forte fuit,
quia, mandãdo iurisdictionem, Princeps videtur
specialiter eligere industriam personæ, cum hoc
176 faciat animo deliberato, & proprio motu,
dando autem iudicem, facit actum, non motu
proprio, sed ad petitionem partium, si ergo
partes patiantur datum iudicem, iudicem dare,
non videtur hoc denegandum, præsertim, quia
semper pars grauata poterit appellare, de iudi-
ce dato, ad dantem d. l. 1. C. qui pro sua iurisd.
vbi de eo, cui mandata est iurisdictio, ad man-
dantem, appellatio non datur l. 1. infr. quis,
& à quo.
177 Nec obstat secundum, quia d. quoque l. 1. C.
qui pro sua iurisd. loquitur de iudice dato, vt
patet, tam ex rub. quæ inscripta est, qui pro sua
178 iurisdictione iudices dare dariuè possunt, se-
cundum quam, debet lex intelligi per l. impera-
tor ff. de in diem adiect: tum, quòd hoc expręssum
est in verbis, in quibus fit vis pro contraria opi-
nione, inquit enim tex. hæc teneant, nisi iudi-
ces a nobis delegantibus dati, alijs causas dele-
gauerint &c.
179 Nec obstat tertium, quia d. quoque cap.
fin. loquitur expressè de iudice dato, inquit enim
tex. si iudex tertius, licet ex officio nostro, vel
de assensu partium, pro communi, a nobis da-
tus eisdem, alij delegauerit, vices suas (dein-
de subdit) cum delegato a principe, id conce-
datur a iure, & sic habet relationem ad ius ci-
uile, quo permissum est Principis delegato, idest
iudici dato, vt possit subdelegare, dando iudi-
cem, non autem iurisdictionem mandando.
180 Non obstat quartum, quia iura illa, a qui-
bus illud petitur argumentum, partim proce-
dunt speciali fauore fidei, partim loquuntur in
legato principis, cui fuit expręssè data facultas
subdelegandi, vel forte omnia loquuntur in iu-
dice ordinario delegante, non in delegato sub-
delegante, vt colligitur ex glos. in d. c. fin. de
off. ordin. & in ijsdem terminis videtur proce-
dere d. clem. 1. inquisitor enim in ijs, quæ ad
fidem pertinent, ordinarius potius iudex, quàm
delegatus videtur.
181 Nec facit negocium quintum, quia opina-
mur nos, merum imperium, sui natura, esse de-
legabile, sed non inde sequitur, vt sit subdele-
gabile, nec enim iurisdictio, quæ, ex consensu
omnium, est delegabilis, subdelegari, & manda-
ri potest ab eo, qui mandatam habet, repugnant
enim regulæ generales l. fin. infr. eod. & l. more
maiorum infr. tit. 2.
182 Quòd si quis velit contrarias opiniones, in
hac materia, componere, & conciliare, adhibeat
hanc distinctionem, aut dubitamus, an is, qui
mandatam habet iurisdictionem a principe, vel
qui iudex ab eo datus est, & sic generaliter, an
delegatus principis possit subdelegare causas
meri imperij, mandando iurisdictionem, & im-
perium ipsum transferendo, & non potest d. l.
fin. & d. l. more, aut dubitamus numquid pos-
sit easdem causas meri imperij subdelegare, non
mandando iurisdictionem, sed iudicem dando,
& tunc si in causis criminalibus dantur iudices,
quod facile crediderim, licet de illis mentio-
nem de iure factam reperire non potuerim, *sed*
solummodo publicorum iudiciorum quæsitorũ,
concluderem posse, per generalitatem d. l. a iu-
dice, & d. l. vnicæ C. qui pro sua iurisdictione,
nisi sint correctæ a d. auth. ad hæc C. de iud.
183 Colligo nunc cum Bar. & cæteris interpræti-
bus, mixti imperij causas delegari non posse, ve-
rum quia hæc quoque conclusio dubia est, pro-
pterea eandem in quæstionem voco, sunt ergo
diuisi, in hac iuris controuersia, interprætes in
contrarias classes, credidit enim Azo in sum. C.
de iurisd. omn. iud. num. 19. mixti imperij cau-
sas, delegari non posse, sequuntur, post glos. hic
Odoffred. num. 3. Bar. num. 3. & num. 8. Bald.
Angel. Castrens. Roman. & Soc. num. 1. Zasius
quoque num. 1. Alex. num. 1. & num. 32. cum
seq. Ias. num. 28. & num. 58. Dec. num. 28. 29.
33. Curt. Iun. num. 23. & 24. Cag. num. 21. &
24. Bologn. num. 41. Hipp. Riminal. num. 71.
Martin. Monter. num. 16. & 17. & hæc est com-
munis opinio, vt de communi testatur Camill.
Plant. hic lib. 1. in declarat. num. 26. & pro hac
opinione plura afferuntur.
184 Primum autem hoc modo ratiocinantur,
quæcumque, non iure magistratus competunt,
sed specialiter tribuuntur, mandata iurisdictio-
ne non transferuntur, vt habetur in prima regu-
la legis nostræ, sed mixtum imperium speciali-
ter tribuitur, non competit iure magistratus,
mandata ergo iurisdictione non transfertur. Mi-
nor propositio probatur, quia illud dicitur spe-
cialiter tributum, quod non omnibus competit
magistratibus, sed aliquibus tantummodo spe-
cialiter, & in priuilegium, vt dicunt arg. §. sed
quod principi Inst. de iure nat. gent. & ciuil. sed
mixtum imperium est eiusmodi, cum maioribus
magistratibus competat solummodo, non au-
tem minoribus l. ea, quæ infr. ad municip. iun-
cta l. iubere infr. tit. 2. igitur mixtum imperium
specialiter tribuitur, non competit iure magi-
stratus.

Secundo inclusio vnius est exclusio alterius l.
cum pretor de iud. sed in tex. nostro includitur,

vt sola

vt sola iurisdictio a præsente, & sine causa pos-
sit mandari, ibi nempe, cum alias iurisdictio
etiam à presente mandetur, igitur excluditur
etiam vnumquodque imperium.
185 Tertio, & vltimo, paucis plura perstringen-
do, & leuioribus omissis, vtor, ad mentem in-
terpretum, hac ratione, datio tutoris interpo-
sitio auctoritatis super alienationibus minorũ,
& super transactione alimentorum, neque im-
perij sunt scilicet meri, de quo intelligitur in
dubio, cum verba sint intelligenda in potentio-
186 re significatu l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si
ager vectigal. vel emphiteut. pet. neque simpli-
cis iurisdictionis, cum demandari non possint,
superest ergo, vt sint mixti imperij, de datione tu
toris, neque imperij, neque iurisdictionis esse, est
expressum in l. Muto. §. tutoris datio ff. de tutel.
de auctoritate autem interponenda super ali-
enationibus minorum, & super transactionibus
alimentorum, patet non esse meri imperij, quia
non pertinent ad crimina, nec simplicis iurisdi-
ctionis, quia non delegantur, omnes ergo cau-
sæ huiusmodi sunt mixti imperij, at causæ huius-
modi non delegantur l. cum ij §. 1. iunct. §. sed
nec mandare ff. de transact. l. 2. infr. eod. l. nec
mandare infr. de tut. & curat. datis ab his, ergo
mixti imperij causæ non demandantur.
His tamen, & similibus non obstantibus, in
contrariam iuerunt sententiam, opinantes, mi-
xtum imperium esse delegabile, quamplurimi,
& præsertim Placent. & Guilielm. qui conten-
dunt mixtum imperium, & simplicem iurisdi-
ctionem, vnum, & idem esse, & hanc eandem
opinionem secuti sunt expresse, ad l. imperium
infr. tit. 2. Guid. Suzzar. Rainer. Alber. & Fulgos.
& alij, & præsertim Io. Longouall. num. 146. vbi
appellat hanc opinionem veriorem, ipsa veri-
tate, Coras. num. 26. & Ant. Gouean. circa finem,
sequuntur etiam DD. hic, & præsertim Marius
Salomonius num. 11. Paulus Orian. num. 35. Co-
ras. hic sibi ipsi constans, & in §. qui mandatam
num. 13. Marc. Ant. Muret. & Camill. Plaut. lib. 1.
in declarat. num. 26. & 67. cum seq. hanc opini-
onem defendit Alciatus lib. 2. paradox. cap. 1.
num. 2. Claud. Cantiunc. in suo tractatu de off.
iud. num. 15. & 16. Duaren. in sua Metho. tract.
infr. ad tit. de iurisd. omn. iud. cap. 7. & nouissimè
eruditiss. Dominus Io. Vaudus lib. 2. variarum
quæst. cap. 33. nec non Andr. Fachin. lib. 9. con-
trouers. iur. cap. 98. qui latius hanc contro-
uersiam examinat, & in fine distinguit. lib. 12.
cap. 96.
187 Primum quia, quæcumque competunt iure
magistratus, sunt sui natura delegabilia, vt
apertè dicitur hic, mixtum imperium compe-
tit iure magistratus, ergo est sui natura dele-
188 gabile. Minor præpositio probatur, primum
quia eodem iure, quo competit iurisdictio, ne-
189 cesse est, vt competat mixtum imperium,
cum semper mixtum imperium cohereat iuris-
dictioni, hac eadem l. nostra, in fin. & iurisdi-
ctio mixto imperio dicatur inesse l. imperium
infr. tit. 2. quam ob causam dicitur mixtum,
idest immixtum iurisdictioni, ita vt sint, qui non
credant hoc genus imperij realiter a iurisdictio-
ne distingui, quemadmodũ videbimus ad d. l. im-
perium, sed iurisdictio competit iure magistra-
190 tus, vt nulli dubium est, ergo eodem iure
competit mixtum imperium, sine cuius modica
coercitione iurisdictio nulla est l. vlt. in fin. infr.
eod. Præterea si mixtum imperium, & merum,
aliquibus magistratibus non competeret iure
proprio, illud sequeretur incommodum, vt
omnes magistratus essent æquales, quandoqui-
191 dem omnes magistratus, solam haberẽt iuris-
dictionem, sed hoc consequens est falsum, quia
aliqui magistratus sunt maiores, aliqui medij,
aliqui minores, vt patet ex supr. tradita decla-
ratione in preludijs, & est tex. in §. illud in Auth.
de appellat. & infr. quæ temp appell. debeant.
ergo falsum est etiam antecedens, nec dicatur,
magistratus maiores, idcirco maiores esse, quia
plura habeant specialiter tributa, nam adhuc
verum esset maiores magistratus non differre a
minoribus, in ijs, quæ iure magistratus solent,
192 competere, cætum, quæ specialiter tributa
sunt extrinsecus obueniunt, & certè, vt dicit
Salomon. hic nu. 9. rediculum est, vt maiorum
magistratuum auctoritas, & potestas per acci-
dens sit aucta.
193 Secundo, mixtum imperium illud est, quod
iurisdictioni coheret, tex. est in l. nostra, in fine,
& in d. l. imperium, sed huiusmodi imperium,
quod iurisdictioni coheret, transit in delegatum,
vt habetur expresse in l. nostra in fine, igitur
mixtum imperium, mandata iurisdictione, tran-
sfertur, & cõsequenter sui natura est delegabile.
194 Tertio omne imperium, quod non est merũ
est mixtum, per locum a diuisione, & per tex.
195 in sępius repetita l. imperium, sed imperi-
um, quod non est merum, mandata iurisdictione
transfertur, est tex. expressus in l. fin. in fin.
infr. hoc eod. tit. nostro, igitur mixtum impe-
rium, sui natura, est delegabile.
196 Quarto, cui iurisdictio datur, ea quoque cõ-
cessa videntur, sine quibus iurisdictio explicari
non potest l. 2. infr. tit. 2. sed datur iurisdictio
vbi delegatur §. qui mandatam infr. hac eadem
lege nostra, ergo intelligitur concessum quo-
197 que mixtum imperium, sine quo iurisdictio
nulla est l. fin. infr. eod.
198 Quinto, & vltimo, dare bonorum possessio-
nem, quia de damno infecto non caueatur, ven-
tris nomine, vel legatorum seruandorum gratia,
sine dubio est mixti imperij d. l. imperium, sed,
vt detur bonorum possessio, potest mandari l. co-
gnitio §. vt possessio bonorum infr. eod. ergo
causæ mixti imperij sunt delegabiles.
199 Non obstant nunc contraria, & præsertim
primum argumentum, quia immo mixtum im-

imperium

p. rium competit iure magiſtratus, nullibi enim probatur, lege ſenatuſconſulto, vel principis conſtitutione illud tribui, quandoquidem exempla, quæ ponuntur in l. noſtra, ſunt de mero imperio. Præterea, vbi ſpecialiter tribuuntur, admittimus mandari, & delegari non poſſe, quia hoc ipſum per generalem regulam l. noſtræ ſtatuendum eſt, etiam ea ſcilicet, quę ſimplicis ſūt iuriſdictionis, ſi ſpecialiter tribuantur, mandari non poſſe.

200 Accedat etiam, quod vix eſt, imo ne vix quidem, vt reperiatur magiſtratus, qui ſolam habeat iuriſdictionem, ſine eo imperio, ſine quo non poteſt iuriſdictio explicari, quod tamen, ſi concedamus, non propterea ſpecialiter dicitur conceſſum magiſtratibus illud habentibus, alio enim modo intelligitur ſpecialiter aliquid tributum magiſtratibus, quando ſcilicet eiuſmodi conceſſio non eſt ingenita, & nata cum vniuerſali poteſtate magiſtratus, ſed aduentitia, & conceſſa magiſtratui iam inſtituto, vt ſentiūt hic Mar. Salomon. nu. 10. & Muret. in princ. & nos ſupr. tradidimus.

201 Nec obſtat ſecundum, quia argumentum ab incluſione, valet ad excluſionē diſſimilium, & ſeparatorum, non ad excluſionem ſimilium cōnexorum, & eandem rationem habentium, cuius modi eſt mixtum imperium, reſpectu iuriſdictionis, a qua ſeparari non poteſt, incluſio igitur iuriſdictionis, non excludit mixtum imperium, cui eadem iuriſdictio ineſt. d. l. imperium. Præterea incluſio iuriſdictionis, de qua hic, excludit imperium ſpecialiter tributum, de quo loquitur l. noſtra, non illud, quod competit iure magiſtratus.

202 Nec obſtat tertium, & vltimum, quia non tenet ſequela, aliquid non eſt meri imperij, nec iuriſdictionis, ergo eſt mixti, eſt enim reperire ea, quæ neque alicuius imperij ſunt, neque iuriſdictionis, cuiuſmodi eſt datio tutelæ, quę, ſecundum Ant. Gouea. pertinet potius ad quoddam quaſi officium paternum, quam ad officium iudicis, & propterea non ſolet competere, niſi ei ſoli, cui nominatim hoc dederit lex, vel

203 S. C. vel princeps, qui videntur eſſe patriæ, quodammodo, parentes tex. eſt in l. muto §. tutoris datio ff. de tutel. non ergo, quia ſit mixti imperij, non poteſt mandari datio tutoris ſi admittamus mixti imperij eſſe, quod puto verius, cum iudex cogat homines tutelas ſuſcipere, ſed quia ſpecialiter tribuitur, quo caſu, nec ea, quæ ſimplicis iuriſdictionis ſunt, poſſunt demandari, per generalem regulam l. noſtræ, nec tenet alia conſequentia, non poteſt delegari, ergo non eſt ſimplicis iuriſdictionis, quia, ſi ſimpliciter, & nominatim tribuatur, etiam id, quod ſimplicis iuriſdictionis eſt, mandari non poteſt, &, hanc ob cauſam, ni fallor, datio tutoris, interpoſitio auctoritatis ſuper alienationibus minorum, & ſuper tranſactionibus alimentorum, demandari non poſſunt, hæc enim omnia, vel neque imperij, neque iuriſdictionis ſunt, vel non ſunt, neque

204 imperij, neque iuriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ iuriſdictionis, arg. l. 2. ſupr. de off. proconſ. quæ voluntaria iuriſdictio, potius officium paternum, quàm iuriſdictionem ſapere videtur, & de datione tutelæ eſt tex. expreſſus in d. §. tutores, tribuitur enim lege S. C. vel principis conſtitutione nominatim: de auctoritatis interpoſitione, ſuper tranſactione alimentorum, eſt tex. in l. cum hi, in §. 1. & in §. vltimo infr. de tranſactionibus, de interpoſitione autem auctoritatis ſuper alienationibus, eſt tex. expreſſus in l. 1. §. 1. & in l. magis puto §. ſi pupillus, verſ. non paſſim infr. de reb. eorum, tradit Longouall. ad l. imperium infr. tit. 2. nu. 51. cum ſeq. Non recedo igitur ab hac poſteriore ſententia, quod ſi quis velit conciliare contrarias opiniones poterit etiam diſtinguere, vt facit Andre. Fachine. lib. x11. contr. iur. cap. 97. Conſtat ergo ex his, qua hactenus dicta ſunt, primam, & ſecundam concluſionem, quas colligebamus ex hoc tex. ad mentem interpretum, nec probari in eo, nec in ſe veras eſſe, illis ergo

205 omiſſis, colligo ergo primo loco. ea, quæ ſpecialiter lege, vel S. C. vel principis conſtit. tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur, quamquidem concluſionem intelligo ego generaliter, pro vt verba ſonant, ſiue id quod ſpecialiter tribuitur, & nominatim, ſit meri imperij, ſiue mixti, ſiue ſimplicis iuriſdictionis, exempla autem afferuntur de imperio, quia frequentius accidit, vt merum imperium ſpecialiter tribuatur, & nominatim, non tamen inde ſequitur, vt non etiā, ea quæ imperij non ſunt, ſpecialiter quandoque mandentur, quod vbi quandoque accidit, eſt in cauſa, vt etiam illud, quod eſt vnius cuiuſque facultatis, nequeat delegari, etiam ſcilicet ſi ſimplicis iuriſdictionis ſit, quapropter, quia facultas delegandi videtur ſpecialiter conceſſa, propterea dubium eſt apud interpretes, an poteſtas eiuſmodi delegandi poſſit, demandari. Pro exacta igitur explicatione huius concluſionis, duos propono articulos diſcutiendos.

Primus erit, an magiſtratus inferiores delegare poſſint, ita vt maioribus non ſit hoc reſeruatum in priuilegium.

Secundus, an facultas delegandi poſſit demandari, & ſic, an poſſit delegari, cum facultate ſubdelegandi.

206 Quod attinet ad primum, pro intelligentiā terminorum, illud libet prænotare, aliquos ſcilicet eſſe magiſtratus maiores, aliquos minores, maiores autem in Vrbe Romana Conſul, Prætor, Præfectus Vrbis, in prouincijs Proconſul, & Præſes, Minores autem, Aediles, Tribuni ærarij, Triumuiri capitales, Procurator cæſaris, & Pedanei Iudices, vt per Angel. Matheac. hic nu. 15. & 16. tradit Longouall. ad l. imperium infra tit. 2. num. 85. & num. 186. non autem, per maiores magiſtratus intelligimus illuſtres, ſpectabiles,

biles, clarissimos, & perfectissimos, per minores autem egregios, & sic magistratus municipales, de quibus in l. ea, quæ ff. ad municipal. Quibus sic stantibus, in proposita difficultate, distrahuntur interpretes in varias sententias, negant enim aliqui inferiores magistratus habere facultatem delegandi, & hanc opinionem firmauit Alex. ad l. à iudice num. 9. C. de iud. Barth. Soc. ad l. 1. num. 1. ff. qui, & à quo Fulgos. ad l. eum qui, vbi sequitur etiam Dec. infr. de iurisd. omn. iud. Gaspar Vallasc. ad l. imperium infr. eod. tit. de iurisd. omn. Iud. & hanc nouissimè probauit Fachine. lib. 12. controuer. iur. c. 92. in fin. sequitur etiam Dec. hic nu. 27. videtur inclinare, licet non firmet pedes, Bellarmat. hic nu. 40. qui eandem opinionem ascribit Beneuolento præceptori suo, & eandem tenet Bologn. nu. 40.

207 Primum autem adducitur pro hac opinione tex. in d. l. eum qui, infr. de iurisd. omn. iud. vbi inquit Vlpianus. eum, qui iudicare iubet, magistratum esse oportet, Magistratus autem, vel is, qui in aliqua potestate sit, vt puta Proconsul, vel Prætor, vel alij, qui prouincias regunt. colligimus ergo ex hoc tex. talem magistratum esse debere eum, qui iurisdictionem delegat, & iudicare iubet, quales sunt proconsules, prætores, & alij, qui prouincias regunt, eum exempla, licet non restringant, declarant tamen regulam l. nam quod liquidè ff. de pen. leg. sed hi omnes & similes sunt magistratus maiores, ergo non nisi maiores delegandi facultatem habent.

208 Secundo adducitur tex. in l. cum Prætor §. 1. infr. de iud. vbi non datur facultas delegandi, nisi ijs magistratibus, quibus hoc lege S. C. vel principum constitutione concessum est, sed hoc non nisi maioribus magistratibus est concessum, vt patet ex exemplis positis in eadem l. quæ, & ipsam declarant regulam, nullibi enim reperitur data hæc facultas minoribus, & municipalibus magistratibus, igitur facultas delegandi non competit nisi magistratibus maioribus, & hac sola ratione motus Fachin. quam inrefragabilem appellat in d. c. 92. hanc sententiam probauit.

209 Præterea potest etiam induci alio modo, ad mentem Dec. quia ex eod. tex. colligitur facultatem delegandi magistratibus concessam fuisse

210 propter vim imperij, sed huiusmodi vis imperij non est in magistratibus minoribus, & municipalibus l. ea quæ, infr. ad municipal. l. nec magistratus, in fine, infr. de iniur. vbi magistratus minores dicuntur esse sine imperio, & potestate, id quod notatur etiam in d. l. imperium, igitur minoribus magistratibus non intelligitur concessa delegandi facultas.

Tertio, pro hac eadem opinione, ponderatur tex. in l. rem non nouam, & in l. properandum C. de iud. hoc modo videlicet inducendo. si minores magistratus posset delegare, vtique in dd. iuribus, in quibus imponitur necessitas cuiusdam iuramenti præstandi omnibus iudicibus, quemadmodum enumerantur omnes alij iudices, & in specie dati, seu delegati à maioribus, ita quoque enumerarentur dati, seu delegati à minoribus, sed delegati à minoribus magistratibus nô enumerantur, igitur eiusmodi delegati non dantur, quia scilicet iudices minores, & magistratus municipales iudicis delegandi facultatem non habeant.

211 Quarto, minores magistratus, cum habeant tantummodo iurisdictionem, quæ exercetur officio iudicis mercenario, non possunt ea expedire, quæ officio iudicis nobili expediuntur, sed

212 delegatio expeditur officio iudicis nobili, cum alicui actioni intentatæ non deseruiat, ergo minores magistratus non possunt delegare.

213 Quinto, ea, quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus minores, & municipales facere non possunt l. ea, quæ, huius initij 1. ff. ad municipal. sed delegare magis est imperij, quàm iurisdictionis, magistratus igitur minores delegare non possunt.

His tamen, & similibus adductis hic per Bolog. num. 40. vers. contrariam, minime obstantibus, in contrariam sententiam iuerunt DD. magis communiter, opinâtes magistratus etiam minores delegare posse, hanc tenuit glos. ad §. si verò semel in vers. administrare ad Auth de exhiben. reis Alex. ad l. more infr. de iurisd. omn. iud. necnon Iason hic num. 27. & Pyrr. Alphan. & alij plures allegandi pro communi in seq. art. & pro hac opinione, quam communem esse testatur, post alios, Bellarmat. hic num. 37. plura afferuntur.

214 Primum autem hoc modo argumentantur, quicumque habent iurisdictionem iure magistratus, & iure proprio, potest, mandando illam, ad alium transferre, vt in secunda legis nostræ regula, & in l. more infr. tit. 2. sed magistratus omnes, etiam minimi, iurisdictionem habent iure proprio, & iure magistratus competentem, vt nemo negat, ergo omnes, quotquot sunt magistratus, etiam minimi, eam, quam habent, iure magistratus, iurisdictionem, possunt delegare.

215 Secundo adducitur tex. in §. illud in vers. sancimus, in auth. vt defunct. seu fun. eorum, vbi disponit Imperator, contestationem litis audiendam per eos, qui delegauerant, siue ipsi fuerint maiores, siue minores, quæ vtique necessitas minoribus, nisi delegare possent, non imponeretur, sed imponitur, delegandi igitur facultatem habere dicuntur.

Tertio adducitur tex. in l. vltima infr. quis, & à quo, in illis verbis, dato iudice a magistratibus, cuiuscumque ordinis sint, lex. enim generaliter loquens, generaliter debet intelligi l. 1. §. generaliter de leg. præstand sed d. l. supponit iudicem dari a magistratibus cuiuscumque ordinis sint, ergo intelligenda est de quocumque magistratu, tam maiori, quàm minori.

216 Quarto legatus proconsulis, protectò non est de maioribus magistratibus, vt latet neminem, sed legatus proconsulis potest delegare l. legatus supr. de off proconf. & leg. l. cum prætor de iud. ergo minores quoque magistratus possunt delegare.

217 Quinto, omnes in vrbe Romana magistratus poterant delegare l. cum prætor vers. item ij infra de iud. sed in vrbe erant etiam magistratus minores, & municipales, ergo etiam ipsi poterant delegare. Minor probatur, nam Duumuiri, Triumuiri, Decemuiri erant in vrbe Romana, & tamen Duumuiri, & municipales idem sunt, l. vltima §. 1. C. de iud. facit tex. in l. honorarijs in fin. infr. de act. & oblig. Romæ quoque fuisse iudices municipales tradit, & probat Alciat. lib. 4. dispunc. cap. 6. & videtur suaderi ex l. 1. & 4. §. duas infr. de damn. infect. vbi Prætor; qui erat magistratus in vrbe Romana, committit cognitionem municipalibus magistratibus, quibus, si Romæ non fuissent, non potuissent aliquid demandare, quia non fuissent sub iurisdictione delegantis, secundum terminos l. vnicæ C. qui pro sua iurisd. Nec dicas dictionem, cæteri, esse repetitiuam similium, quia, si hoc esset, non, nisi illustres, qui sunt similes Præfectò possent delegare, quod est absurdum.

218 Sexto, omnibus magistratibus, etiam minimis, iurisdictio competit, sed ius delegandi, siue iudicis dandi licentia, est iurisdictionis l. imperium in fin. infr. tit. secundo, igitur facultas delegandi competit etiam minimis magistratibus, ex his igitur, & alijs, quæ adducuntur pro hac opinione non videtur ab ea recedendum.

219 Non obstat primum contrarium de d. l. eum qui, immo retorquetur, quia vult eum, qui indicare iubet, magistratum esset, sed magistratus municipales, magistratus sunt, tot. tit. C. de magistr. municipal. l. ea, quæ ad municipal. ergo possunt delegare, nec dicas debere esse magistratus maiores, vt colligitur ex exemplis ibi positis, quia exempla, ibi non restringunt regulam, nec per viam declarationis, cum sit posita ratione frequentationis vsus; Præterea, si velis interpretari d. l. loqui de magistratibus populi Romani, quorum appellatione non veniunt magistratus municipales, qui singulis ciuitatibus præsunt, & creantur, non a populo Romano, sed à decurionibus vniuscuiusque ciuitatis, vt rectè sentit Ant. Gouean. in d. l. cum qui. faciunt tradita per Guid. Paucir. in suo opusc. de magist. municip. cap. 8. eum seq. Respondeas d. l. loqui non de facultate delegandi, mandando iurisdictionem, sed de facultate delegandi, quæ consistit in iudice dãdo, admittimus ergo nos, non nisi magistratus maiores posse delegare, iudices dando, sed dicimus iudices etiã minores delegare posse eam, quam habeat, iurisdictionem maudando.

220 Non obstat secundum de d. l. cum Prætor, quia, & ipsa loquitur de iudicis dandi licentia, quę non competit, nisi habentibus vim imperij, cum possint compellere iudices datos iudicare, cumque, non nisi suæ iurisdictioni subiectos dare possint, &, hæc iudicis dandi licentia, non omnibus, sed aliquibus lege S.C. vel principis constitutione tribuitur, vel, ex consuetudine, maioribus tantum magistratibus conceditur, propter vim imperij d. l. cum Prætor.

221 Non obstat tertium de d. l. rem non nouam, quia, appellatione delegati à maioribus iudicibus, veniunt etiam delegati à minoribus magi-

222 stratibus, qui dicuntur maiores indices respectu iudicum Pedaneorum, Datorum, Cartulariorum, & similium, qui non sunt in aliqua potestate constituti, nec magistratu aliquo funguntur, sed simplici munere iudiciario, eosque, delegare non posse, non ambigimus, & hoc modo, nullo negocio, soluitur illud Fulgos. arg. quod reperire solutionem non posse arbitratus est Bellarmat. hic.

223 Nec facit negocium quartum, & vltimum, quia potest negari, cum Bellarmat. delegationem expediri officio iudicis nobili, quia imo expeditur officio iudicis mercenario, cum deseruiat actioni intentatæ, super qua causa committitur, præsertim quando hoc fit, quia ordinarius sit allegatus suspectus, quo casu, saltem

224 ex consuetudine, solet causa committi. Præterea ego arbitror, dare iudices esse mixti imperij, vna cum Alciat. Bellon. & alijs, & propterea posse compelli iudicem datum cognitionem

225 suscipere, mandare autem iurisdictionem es-

226 se arbitror, vel simplicis iurisdictionis, vel neque imperij, neque iurisdictionis esse, cum sit actus voluntarius, tam ex parte mandantis iurisdictionem, quàm ex parte suscipientis, & sic est iurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ, si alicuius iurisdictionis est, & consequenter competit iure magistratus, nihil ergo impedimento est, quo minus magistratus, etiam infimi, possint suam iurisdictionem mandare.

227 Nec obstat quintum, primum quia, secundum communes traditiones, falsum est delegare potius esse imperij, quàm iurisdictionis, contrarium enim videtur probari in d. l. imperium, in fin. quod si velimus tueri sententiam Alciat. sentientis dare iudicem esse mixti imperij, admittimus, magistratus inferiores non posse delegare, dando iudicem, sed dicimus posse

228 delegare, mandando Iurisdictionem. Concludendo igitur, vtor hac distinctione, aut dubitamus, an magistratus inferiores possint delegare iudices dando, & concludo non posse, aut an possint delegare iurisdictionem mandando, & concludo posse, ratio autem est, quia iudicis dandi licentia est specialiter alicui tributa, non omnibus, vt patet in d. l. cum Prætor, delegare autem potest quilibet, qui habeat aliquam

229 facultatem iure magistratus, licet enim, data paritate terminorum, plus fit ex parte recipientis

recipientis mandatam suscipere iurisdictiionem,
quàm iudicem dare, ex parte tamen dantis, plus
est dare iudicem, quàm mandare iurisdictionem,
etenim, qui dat iudicem tribuit cognitionem, &
onus, & reseruat sibi appellationē, executionem,
& auctoritatem, ille verò, qui mandat iurisdi-
ctionem, omnia tribuit, in locum sui ipsius, man-
datarium constituendo, ita vt, nec de eo, cui
mandata est iurisdictio, ad mandantem detur
appellatio, vt docuimus supr. in rub. Præterea,
qui dat iudicem, cum dei subiectum iurisdictio-
ni suæ, eumdem iudicare etiam compellit l. vni-
ca C. qui pro sua iurisd. vbi glos. & DD. com-
muniter, hinc iudicare iubet, vt patet ex l. pen.
de vacat. & excusat. muner. ex l. eum qui infr.
tit. 2. ex l. iudicium solui, ex l. iudex. datus, ex
l. de quare, infr. de iud. is verò, qui mandat iu-
risdictionem, non compellit suscipientem, est .n.
hoc genus mandati, quod est voluntarium l. 1.
ff. mandati. Hinc dicitur mandata iurisdictio,
vt in rub. & tot. tit. nostro, &, hoc genus delega-
tionis, mandatum dicitur. l. solent ff. de off.
procons. Accedat, quod magistratus maiores,
dando iudices, præscribūt illis formulam, quā ad
vnguem obseruare tenentur, vt latè docet Fran-
cisc. Duaren. tam ad l. iurisgentium de pactis,
quàm lib. 1. disputat. Anniuersar. cap. 33. vbi
is, qui mandat iurisdictionem, liberiores, &
laxiores relinquit habenas, licet ergo maiorem
auctoritatem habeat is, cui mandatur iurisdi-
ctio, quàm iudex datus, plus tamen est posse iu-
dicem dare, quàm mandare iurisdictionem, hoc
enim non pertinet, nisi ad magistratus maiores,
qui non iudicabant, nisi extra ordinem, sed ius
dicebant. ita vt, cum iudices darent, iudicia or-
dinaria exercere dicerentur.

230 Superest modo, vt ad secundum articulum
deueniamus. an scilicet magistratus, qui pos-
sunt delegare, possint tribuere delegato facul-
tatem delegandi. in hac quoque difficultate sunt
contrariæ DD. sententiæ, prima est affirmatiua,
quam tenet Alex. cons. 157. vol. 2. quod incipit
viso instrumento donationis nu. 11. vbi testatur
de magis communi, & hanc eandem firmauit
glos. in c. is, cui de offi. deleg. lib. 6. glos. Bar.
Alber. Fulgos. qui dicit hanc opinionem intrepi-
dè esse tenendam, & Alex. ad l. more infr. de iu-
risd. omn. iud. idem Bar. ad l. solet eod. tit. Ab-
bas ad cap. cum Bertoldus de sent. & re iud.
Imola ad clem. primam de off. deleg. vbi dicit
hanc communem esse opinionem, tenuerunt eti-
am, Rainer. Guiliel. Bald. Salyc. Fulgos. & Ias.
ad d. l. à iudice C. de iud. nu. 9. idem Iason hic
n. 26. testans de communi, nec non Pyrr. Alphan.
nu. 33. &, pro hac opinione, hæc videntur vrgere.

231 Primum, quia quæcumque competunt iure
magistratus possunt delegari, vt hic, sed facultas
delegandi competit iure magistratus, cum eti-
am minimis hæc facultas sit concessa, vt patet
in priori articulo, ergo potest ad alium transfer-
ri, hæc delegandi, & subdelegandi facultas.

232 Secundo, quicumque propriam habet iuris-
dictionem, non beneficio alieno, potest de ea
233 liberè disponere, cum quilibet sit rei suæ mo-
derator, & arbiter l. in re mandata C. mand. At
iudex ordinarius, & magistratus habet iurisdi-
ctionē iure proprio, ergo potest de ea liberè dis-
ponere, non modo mandando, sed etiam man-
dando eam cum potestate subdelegandi.

234 Tertio, & vltimo, eodem modo se habet de-
legans ad delegatum, quo dominus ad procu-
235 ratorem, cum hoc sit genus quoddam man-
dati, vt patet ex l. solent, supr. de off. procons.
& leg. & ex §. qui mandatam, infr. hac eadem
236 l. nostra, sed dominus potest constituere
procuratorem, cum facultate substituendi, ergo
iudex etiam ordinarius potest mandare iurisdi-
ctionem, cum facultate subdelegandi.

Contrariam tamen opinionem tenet Petr. de
Bellapert. ad l. a iudice C. de iud. quem sequu-
tus est Cynus quandoque, licet deinde in addi-
tionibus mutauerit sententiam, vt adnotauit
Ias. in d. l. à iudice num. 8. in fine. idem tenet
speculator in tit. de iud. deleg. §. 2. vers. sed
numquid subdelegatus Cardin. ad Clem. 1. de
off. deleg. in 12. quæst. Imola ad cap. super quæ-
stionem in §. porrò, & in §. si verò de off. de-
leg. Nec non Alex. sibi contrarius, & Ant. ab
Alexandr. ad d. l. à iudice, Dec. hic num. 27.
Bolog. num. 40. & hanc tenet Anton. Gouean.
ad l. more, infr. de iurisd. omn. iud.

237 Primum autem, hoc modo arg. quæcumque
specialiter lege, S.C. vel principis constitutione
cōceduntur, mandata iurisdictione non transfe-
runtur, vt hic, sed facultas delegandi est spe-
cialiter lege, vel Senatusconsulto, vel Principis
constitutione tributa d. l. cum Prætor de iud. igi-
tur non potest alteri demandari.

238 Secundo, si magistratus possent delegare, cum
facultate delegandi, daretur processus in infini-
tum, sed hoc est absurdum, abhorrent enim iu-
ra ab infinitate l. fideicommissa §. si quis decem
infr. de leg. 3. l. boues §. hoc sermone infr. de
verb. signif. l. inter socerum §. fin. sup. de pact.
dotalib. cum alijs adductis per Marsil. ad l. vnius
facinoris §. cognitorum ff. de quæst. num. 28. er-
go absurdum est etiam illud vnde hoc sequitur.

239 Tertio, & vltimo, si iudex ordinarius posset
mandare iurisdictionem, cum facultate subde-
legandi, sequeretur, vt posset fieri iudex incer-
tus, cum incertum sit, quem sit subdelegatu-
rus iudex delegatus, qui nomine delegantis de-
legat, cum nihil proprium habeat, sed eius, qui
mandauit iurisdictione vtatur §. qui mandatam
infr. ead. l. nostra, sed hoc consequens est
falsum, quia iudex incertus delegari non potest
c. ad hæc de rescrip. facit l. tutor incertus infr.
de testam. tut. ergo falsum est etiam antece-
dens.

240 Quid dicendum? arbitror ego distinctione

componendas esse contrarias opiniones, quia, aut dubitamus, an iudex ordinarius possit dare iudicem, cum facultate dandi iudicem, & concludendum est negatiuè, quia iudicis dandi licentia specialiter tribuitur d. l. cum Prætor, & ita procedant argumenta posterioris sententiæ, a iudice enim dato, iudex dari non potest, nisi sit iudex datus a principe l. a iudice C. de iud. iunct. Auth. ad hæc §. delegatus eod. tit. aut dubitamus, an is, qui mandat iurisdictionem possit cum facultate subdelegandi, idest mandandi alteri eandem iurisdictionem, & potest, & ita procedunt argumenta prioris sententiæ, nec ideo datur processus in infinitum, quia delegatus poterit subdelegare, subdelegatus autem nequaquam, ratio enim cur mandata iurisdictio mandari non possit, est, quia non possumus disponere de eo, quod nobis competit beneficio alieno, cessat tamen hæc ratio vbi hoc facimus ex concessu mandantis, & habentis iurisdictionis proprietatem.

241 Secundo, principaliter colligo ex hoc tex. legem, senatusconsultũ, & principis cõstitutionem æquiparari, eadem enim potestas, quæ fuit quandoque apud Reges, illis exactis, translata est in populum, deinde rursus de populo, & senatu in principem l. 2. §. deinde exactis supr. de orig. iur. §. senatusconsultum, & §. sed, &, quod principi placuit, inst. de iur. nat. gent. & ciu.

242 Tertio, colligo, quæ iure magistratus competunt, mandari posse, siue scilicet sit imperium merum, siue iurisdictio simplex, siue mixtum imperium, ea autem dicuntur competere iure magistratus, propter quæ ab initio fuit magistratus institutus, vt recte declarat Muret. hic in princ. & patet ex supr. traditis.

243 Quarto, colligo, cætere magistratus, qui publici iudicij exercitationem, quam habent, lege vel senatusconsulto tributam, mandant, verum quia dubium est, an magistratus solam meri imperij exercitationem habeant, vel imperium ipsum, propterea pro exacta huius loci intelligentia, disputabimus grauissimam illam, & an-
244 tiquam quæstionem, an apud magistratus, quibus competit merum imperium, sit solus vsus imperij, vt innuit hic tex. & proprietas apud principem, vel magistratus ipsi proprietatem quoque imperij habere dicantur; hæc fuit vetustissima quæstio inter Lotharium, & Azzonem, quorum alter, nempe Lotharius opinabatur apud solum principem merum imperium esse, Azzo autem, magistratus quoque imperij proprietatem habere profitebatur, quam ob rem, cum eo tempore, quo maximi nominis interpretes huiusmodi florebant, Henricum, Germanorum Regem Bononiam venire contigisset, deposito ex sponsione æquo apud sequestrum, vterique Regem ipsum adierunt, qui, pro Lothario (propriæ fauens causæ) pronunciauit. Quamobrem Azzo amisit æquum; licet, vt ipse loquitur C. de iurisd. omn. iud. nõ fuerit æquum, quasi senserit, male Henricum, & iniustè pronunciasse, vt declarat Odofred. ad l. imperium infr. tit. 2. num. 9. quicquid sit, adhuc pugnantes sunt, in hac controuersia, opiniones, altera est opinio Lotharij, quam, licet damnauerint omnes antiqui, defendit suis temporibus Alciat. lib. 2. paradox. cap. 6. & ad l. imperium infr. tit. 2. num. 81. vbi eamdem videtur probare ibi glos. in verbo potestatem, cum vltimo loco eam recenseat, & ibidem, hanc eamdem opinionem ineptam non esse affirmauit Alber. sequuti eam deinde sunt Loriotus in tractat. de iurisd. & imperio axiomate 24. Claud. Cantiunc. in tract. de off. iud. cap. 7. Longouall. Giloc. & Coras. quos refert Io. Bolog. ad l. imperium infr. tit. 2. num. 35. & pro hac opinione plura afferuntur argumenta.

245 Primum autem, virtute, Alciat. sic ratiocinatur, quicquid Princeps cognoscendo decernit, legis habet vigorem §. sed, & quod principi, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. At Princeps Henricus, cognoscendo, decreuit apud magistratus non esse meri Imperij proprietatem, sed solummodo ministerium, & exercitium Imperij, igitur hoc pro iure cautum habendum est.

246 Secundo, inclusio vnius est exclusio alterius l. cum prætor de iudi. l. maritus C. de procurat. At iura passim includunt habere publicorum iudiciorum, & sic meri imperij exercitationem, & cognitionem, vt in lege nostra, vers. & ideo, & in vers. & sicut familia, vel executionem, vt in l. secularij, §. sunt prætor. ff. de extraord. crimin. vbi dicitur merum imperium pertinere ad executionem Præsidis, & deinde in §. sequenti dicitur, nam huius rei executio Prætorio vrbi a Diuis fratribus data est, & in §. seq. hanc rem Præsides grauiter exequi solent, est etiam tex. in l. vltima §. executores C. vt nemo primati vela regia, vbi lex constituit pœnam his, qui alienos titulos prædijs suis imponunt, addens, omnes iudices debere esse executores illius legis, executio enim, & exercitatio, referuntur ad actum, & ad factum, seu vsum, non ad imperium, quod est ius, & facultas, ita vt in executore nullum ius residere videtur, facit, quod notat Bart. ad l. fundi ff. de acquir. poss. & quod notat etiam hic, ergo excluditur a magistratibus ius, & proprietas imperij.

247 Tertio, quicumque imperium habet, minister, seu administrator dici non potest, cum iu-
248 ris sui, nemo administrator esse dicatur, sed rei, & iuris alieni; omnis enim administrator, alicuius est administrator, cui quodammodo ancillatur, & famulatur, facit titulus de administr. tut. est etiam glos. ad rub. de administ. rerum public. lib. xi.

249 At magistratus, quibus ascribitur merum imperium, passim appellantur administratores hvnic. C. ne lice. cert. iud. sin. permis. Princ.

confect.

confess. l. vlt. vers. cæteri C. de mod. mult. tex. est etiam in l. vnica in princ. C. vt omnes iudic. tam ciuiles, quàm milita. ibi, qui administrationis maioris insulas habere. meruerint, & circa medium, ibi. administrationé autem deponere, & in fine. ibi. sciant autem vniuersi Iudices, apud quos vel administrationes iure, & eiusdem legis rub. ipsa. Vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares, post administrationem depositam, &c. tex. est etiam in l. vlt. C. de off. Vicar. in l. 3. in l. pen. §. optamus ergo, de off. præfect. præt. in l. vnica C. si quacumque præd. potest. in l. vltima C. vbi senat. vel clarif. & toto titulo in auth. de administ. facit. auth. ad hæc C. de iud. igitur magistratus proprium, & verum non habet imperium, sed nudam administrationem, quæ ad factum,
250 non ad ius refertur: corroboratur etiam argumentum, per tex. in auth. iusiurandum, quod præst. ab his, in princ. vbi omnes magistratus iurant, se seruaturos fidem Imperatori, occasione sibi traditæ administrationis, ab Imperatore; illud enim verbum traditæ, non iuris, sed meri facti significat translationem §. sic itaque inst. de act. l. si stipulatus ff. de vsur. cum simil. id quod vrgere etiam magis, ad mentem Alciati, videtur, quia verba illa sunt posita in iuramento, in quo, non possunt, nisi propriè, & præcisè intelligi, glo. est ad l. si pecunia, in princ. in verbo necesse habens. ff. de condit. causa dat. quam. singularem appellat Roman. ad rub. inf. de recep. arb. & mol ad c. 1. de iud. facit. tex. in cap. vltimo extra, ne prælat. vices suas, ad idem est tex. in auth. vt iud. sine quoque suffr. in §. scriptum est exemplar, in princ. vbi magistratus dicuntur suscipere administrationem ab Imperatore, nam verbum quoque, suscipere, ad dominij translationem non refertur, sed factum significat, vt per Bart. ad l. cum mota C. de transac. corroboratur etiam ex eo, quia, vbicumque, fit mentio de administratoribus, intelliguntur semper iura, de ijs, ad quos merum imperium pertinet, non de alijs magistratibus, vt in §. nulla, in §. audient, & vtrobique glos. in auth. de defensor. ciuit. ratio autem est, vt inquit Alciat. quia, in alijs magistratibus, non solum consideratur administratio, sed etiam ius proprium.
251 Quarto, tunc demum diceretur esse aliquod imperium, quo ad ius, & proprietatem, in magistratibus, quando non omnis potestas, & omne imperium esset translatum in principem. At imperium quodlibet in Principem est translatum à populo l. 1. ff. de constit. Princip. §. sed, & quod Principi Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. §. cum enim antiqua C. de vet. iur. enucl. l. 1. ibi regimentis Reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis, ff. de off. Præfect. Prætor. l. 2. §. nouissimè, supra de orig. iur. igitur nullum apud magistratus est verum imperium, sed illius dumtaxat exercitatio, & vsus, argumento l. Iulianus in princ. infr. de leg. 3. corroboratur argumentū, quia omnis iurisdictio, & omnis districtus, apud solum Principem esse dicitur c. vnico, quæ sint Regal. in vsibus fœud. vbi Bald. idem Bald. ad extrauag. de pac. constan. in princ. in verbo Iurisdictione, facit tex. in l. 1. C. de legibus, ibi nobis solis, & in l. vltima eod. tit. Hinc Princeps dicitur fons, origo, & constitutor omnium magistratuum l. 1. ff. ad legem Iul. de ambit. c. iudices de pace iuram. firm. in vsibus fœud. notat Alber. ad l. imperium, in titulo 2. cum igitur Princeps merum habet imperium, non potest illud idem habere magistratus, alio-
253 qui eadem potestas, & iurisdictio esset apud duos in solidum, contra legem si vt certo §. si duobus vehiculum, ff. commod.

In contrariam tamen sententiam iuerunt, post Azzon. omnes, quot quot fuerunt interpretes, excepto Alciat. & alijs pro Lotharij opinione adductis, vt testatur idem Alciat. ad l. imperium nu. 89. &, in primis, hanc opinionem tuetur ab impugnationibus Alciati, Io. Bologn. hic num. 53. nec non Nicol. Bellon. lib. 1. supput. cap. 1. & hæc opinio est verissima, quam tenet etiam Pyrr. Alphan. hic num. 54. qui tamen differentiam constituit inter jus meri imperij, & merum imperium,
254 Primum per l. nostram, hoc modo inducēdo, nisi magistratus haberent merum imperium iure proprio, tex. noster esset de indubitabili, sed hoc consequens non est admittendum, cum sit contra vulgarem l. quod labeo ff. de carb. edict. ergo nec illud est admittendum vnde hoc sequitur. Minor probatur, quia nisi haberent magistratus vniuersalem iurisdictionem, quæ comprehendit etiam merum imperium, iure pro-
255 prio, cui dubium esset iurisdictione mandata imperium venire non posse? cum nemo det, quod non habet l. nemo plus iuris, & l. nemo plus commodi inf. de reg. iur. l. traditio, ff. de acquir. rerum dom. præterea appellat hic I. C. iurisdictionem suam, quatenus refertur, tam ad iurisdictionem in specie, quàm ad merum
256 imperium, dictio autem, sua, solet dominium, denotare, & proprietatem, Bart. ad l. cum sua; cum l. seq. infra de leg. 3. idem Bart. ad l. is, qui suis ff. de manumis, glos. est ad l. 2. in princ. supra de orig. iur. Quapropter stringi potest
257 etiam argumentum, quia vna determinatio, respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare l. iam hoc iure, infra de vulg. & pupill. l. quamuis C. de impub. & alijs subst. sed dictio, sua, relata ad iurisdictionem, quatenus includit simplicem iurisdictionem in specie, significat, sine dubio, proprietatem, vt nemo negat, ergo idem debet significare, & cum effectu significat, respectu imperij inclusi, Nec dicatur cum Alciat. Iurisdictionem hic accipiendam esse pro exercitio, & vsu illius, quia
258 hoc posset sibi locum vindicare, vbi subiecta

materia

materia nos ad hoc compelleret, quæ est in causa, vt interdum verba etiam in propriè accipiantur l. si vnus ff. locat. & in his terminis procedit l. inter tutores ff. de administrat. tut. hic autē nulla nos compellit necessitas, ad talem interpretationem faciendam, quinimo, regulæ supra allatæ, suadent non esse recedendum a proprie-
359 tate verborum, secundum quam, in dubio, verba debent accipi l. non aliter in princ. ff. de leg. 3. & licet, in hac eadem l. iurisdictio referatur ad vsum, quatenus ad delegatum refertur, in §. qui mandatam, illud est, vt rectè obseruat Bellon. quia eo modo appellatur cum nota impropriètatis, delegata scilicet, non simpliciter.

360 Secundo adducitur tex. in l. & si prætor infra eod. tit. nostro, & si prætor, inquit tex. fit is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro suo imperio agit, sed, quando exercet proprium Prætoris officium, non alienam exequitur iurisdictionem, vt nemo dubitat, ergo tunc, pro suo agit imperio, mero. s. de quo in dubio intelligitur l. muto §. tutoris ff. de tutel. l. iubere cauere infra de iurisd. omnium Iudic.

361 Tertio, si magistratus non haberet merum imperium proprium, non passim reperirêtur iura, affirmantia, hunc, vel illum magistratum, maius habere imperium, sed passim reperiuntur iura eiusmodi, nam l. 4. supra de officio præsid. dicit præsidem prouinciæ, maius imperium habere omnibus in ea prouincia, post principem, idem quoque dicit tex. in l. & ideo ff. de officio proconsul. pariter de proconsule, igitur magistratus proprium habent imperium, nō tantum-
362 modo exercitionem. Corroboratur etiam argumentum, quia exceptio debet esse de regula l. nam quod liquidè §. vltimo ff. de pen. legat. can. dominus 32. q. 7. sed dd. iuribus excipitur imperium Principis, quasi sit sensus, maius esse imperium præsidis, in prouincia, quàm alterius, excepto imperio Principis, ergo intelligitur de imperio eiusdem speciei, & qualitatis, cuius est principis imperium.

363 Quarto, nisi magistratus merum imperium proprium haberet, illud quandoque, deponere non diceretur, cum priuatio præsupponat habitum l. decem ff. de verb. oblig. l. manumissiones ff. de iust. & iur. At magistratus, in fin. officij deponere imperium dicuntur l. vltima supra de officio proconsl. l. vnica ff. de officio præfect. Au-
364 gust. vbi inquit tex. Præfectus Aegypti, non prius deponit imperium (quod, ad similitudinem Proconsulis lege sub Augusto ei datum est) quàm eius successor ingressus est Alexandriam, igitur magistratus, non nudum factum, & ministerium, sed imperium proprium, & ius ipsum habere dicuntur.

365 Quinto, si apud magistratum esset solummodo meri imperij exercitium, & actus illius potentiæ, quæ sola esset in Principe, vbicumque Princeps moreretur, cessaret in magistratibus ille actus, vt poté, qui penderet à cessata, & extincta potentia, argumento regulæ l. adigere §. quamuis ff. de iur. patr. & cap. cum cessante de
366 appellat. quemadmodum cessat Iurisdictio delegata, mortuo delegante l. & quia, infra de iu-
367 risd. omnium Iud. & quemadmodum cessat actus vtendi, fruendi, in cessionario, mortuo
368 vsufructuario, qui cessit vsumfructum. At hoc consequens est falsum, vt per Riminald. in l. more, & in l. seq. infra de iurisd. omnium Iud. in 2. not. & est tex. in cap. 2. de off. Vicar. lib. 6. igitur, in magistratibus, non modo consideratur factum, & actus Imperij, sed ius etiam, & potentia ipsa. Nec tollit vim huius argumen-
369 tationis, responsio Aleiati hic num. 92. quia lex non potest esse loco Principis, nec recipere imperij proprietatem, est enim instrumentum Principis, ad rectè instituendam, & gubernandam Rempublicam.

370 Sexto, & vltimo, nisi resideret in Magistratibus merum imperium, etiam quo ad ius, & quo ad proprietatem, non reperirentur passim iura, quæ referunt imperium merum ad magistratus, non quatenus est actus, & factum, sed quatenus est potestas, & ius, cum abhorreant iura à sermonis impropriètate l. non aliter in princ. ff. de leg. 3. At passim reperiuntur iura eiusmodi, vt patet ex supra adductis, & ex l. solent, ex l. si quis erat, supra de off. Proconsul. & leg. ex l. nemo potest de reg. iur. ex l. imperium infra de iurisd. omnium iud. ex l. illicitas §. qui vniuersitas, supra de off. Præsid. ex l. Iulia, & l. qui dolo ff. ad legem Iuliam de vi, & ex l. nostra in §. qui mandatam, cum sexcentis similibus, in qui-
371 bus legitur etiam verbum, dare, quod dominij, & proprietatis translationem significat §. sic itaque Inst. de act. Magistratus igitur non modo meri imperij actum, & exercitium habeat, sed etiam potentiam, & proprietatem ipsam.

372 Accedat etiam septimo, quòd, si magistratus tantummodo imperij vsum haberent, possent illum, sola voluntate, à se abdicare, arg. legis si quis vi §. differentia ff. de acquir. poss. l. si vsusfructus ff. de iure dot. At Præses, abdicando à se imperium, nihil agit, sed debet renunciare in manibus superioris l. legatus, supra de off. Præsid. igitur magistratus non solum imperij vsum habent, sed etiam proprietatem.

373 Nec obstant argumenta, ex aduerso allata, & præsertim primum, petitum ab auctoritate rei iudicatæ, primum, quia assumit pro fundamento id, de quo disputatur. secundo, quia, vt inquit Bellon. in d. cap. 1. num. 1. in fine, parua est auctoritas rei iudicatæ, in proposito, cum Henricus, in causa propria, iudicauerit, contra l. vnicam C. ne quis in sua causa iudic. Accedat etiam, quòd memoratus Princeps, non dedit huic rei iudicatæ legis auctoritatem.

374 Nec obstat secundum, petitum à l. nostra, quia non tenet sequela. Magistratus habet publici

blici iuris exercitationem, ergo non habet
275 imperium, quod est ius, & facultas illius potentiæ; quandoquidem regulariter, vbi est exercitium, & actus, ibi est ius, & potentia illius actus, exercent enim, & deducunt ad actum magistratus potentiam, quam habent l. 1. supra de officio Proconsul. & leg. ibi potestatem autem non exercet, nisi in ea prouincia sola, quæ ei decreta est, nec inclusio exercitij, & facti ius excludit, & potestatem, tum quod hæc sunt connexa, vt causa, & effectus, & potentia, & actus, tum quod illud, quod in l. nostra non includitur, in alijs iuribus, quam pluribus inclu-
276 ditur, nec est nouum, vt vna lex recipiat interpretationem ab alia l. non est nouum supra de legibus, nec mirum, si lex nostra loquitur de exercitio, & vsu meri imperij, cum in ea agatur de facultate delegandi, quæ, si haberet locum in mero imperio, magistratus illud habentes, non nisi vsum, & exercitionē cum effectu
277 mandarent §. qui mandatam infra hac eadem l. nostra: præterquamquod non est ab re, vt actus, & effectus ponatur pro potentia, & causa, tamquàm notior; est enim figuratus, & non infrequens loquendi modus.
278 Nec facit negocium tertium, petitum ab eo, quòd appellantur administratores, & executores, quæ sanè nomina videntur ijs conuenire, qui nomine alieno, non proprio agunt, nam fatemur habentes imperium merum, cum non habeant absolutum, & independens, sed communicatum à Principe, illius virtute, Principis nomine, qui per legitimos tramites Rempublicam gubernat, eandem Rempublicam administrare, & leges ciuitatis executioni mandare, nec inde sequitur, magistratum non habere ius, & potestatem, quia immo tale ius, & potestatem Populus, vel senatus, vel Princeps illis tribuit, & communicauit, vt apertè probant argumenta supra allata pro communi sententia: nec sequitur, vt dicit Nicol. Bell. in sæpius repetito cap. 1. lib. 1. supput. num. 6. agit nomine alieno, ergo non habet proprium, vt patet in legato Proconsulis l. legati, & ibi glos. supra de officio Proconsul. & legat. l. cognitio §. cum propriam inf. eod. vbi notatur, item inquit, idem Bellon. dicuntur administratores, in hac materia, non eo respectu, quia nomine alieno agunt, sed ad differentiam aliorum iudicum, qui iurisdictionem habent sine administratione §. si verò ignoti, in auth. de test. Nec vrgent corroborationes, consistentes in ponderationibus verbi, tradere, & verbi, suscipere, quæ ad factum videntur referri, non ad iuris, & proprietatis
279 translationem, quia, præterquamquod eiusmodi differentiæ, inter verbum dare, & tradere, confunduntur, cap. degradatio de pœn. lib. 6. dicimus etiam ex traditione, & susceptione administrationis respectiuè, sequi imperij, quod à Principe communicari potest, translationem quemadmodum, ex traditione corporis, facta ab eo, qui potest, & vult transferre dominium, sequitur dominij translatio, l. traditionibus C. de pact. §. per traditionem Inst. de rerum diuis. hinc, quando iura loquuntur de potestate, & iure gladij, supponunt datam illam magistratibus, vt in l. solent supra de officio Proconsul. & legati, & in l. nemo potest, ff. de reg. iur. ita vt præfatæ corroborationes, reflectantur. ad illud autem, quod considerabatur in iuramento, præterquamquòd verba non accipiuntur in propriè, vt patet ex his, quæ mox dicta sunt, non esset nouum, vt verba, etiam adhibita, in delatione, vel susceptione iuramenti, latam reciperent interpretationem, & impropriam, secundum mentem proferentis, vt per Aret. ad §. 1. Inst. de act. & per Soccin. ad l. 1. in §. si stipulāti, in vltimis verbis ff. de verb. oblig.
280 Quartum, quoque argumentum facile soluitur, quia, licet omne imperium in Principem fuerit translatum, per populum, non propterea omne voluit retinere, sed aliquod communicare magistratibus, quos erexit, vel confirmauit, quemadmodum faciebat populus, vt, per legitimos tramites, calumniatores, iniqui-
281 tates expelleret; diuisum est enim impe-
282 rium inter principem, & magistratus; quandoquidem aliquod est absolutum, independens, & supra legem, a quo fluit non modo potestas, & facultas iuris dicundi, sed etiam iuris condendi, & hoc est tantummodo apud Principem, & est potestas circa personas, non tantum circa actiones, aliud autem est imperium dependens inferius, & communicatum, quod est infra legem, & tantummodo consistit in iure dicundo, est enim potestas circa actiones, & hoc est in magistratibus ordinarijs, non modo quoad exercitium, sed etiam quo ad ius, & proprietatem, vt sentiunt, & rectè etiam Cantiuncula, & Bellon. in allegatis locis.
283 Si quis ergo velit, nostras sequendo traditiones, contrarias in hac perplexa quæstione, conciliare opiniones, potest hoc pacto distinguere, aut dubitamus numquid magistratus, qui iure proprio, & iure ipsius magistratus habent imperium, habeant, non modo illius actum, & exercitium, sed etiam ius ipsum, & potestatem, & concludendum est affirmatiuè, vna cum Azzone, & cum communi opinione, aut dubitamus numquid potestatem ipsam, & ius habeant iudices delegati, in casibus, in quibus delegatur merum imperium, vel ij magistratus, quibus specialiter, lege, vel senatusconsulto, vel Principis constitutione, est tributum, & concludendum est negatiuè, & in his terminis potest fortè locum sibi vendicare opinio Lotharij, & argumenta pro illius sententia prolata, & præsertim petita a lege nostra, in qua pro illius opinione maximum videtur fieri fundamentum.

284 Quinto

384 Quinto autem principe loco, colligo ex
hoc tex. lege Iulia de vi cautum esse nominatim, vt is, cui obtigerit exercitatio, possit eam mandare, si proficiscatur.

Circa quintam hanc conclusionem, pro illius exacta explicatione, & eorum, quæ illius occasione non importunè, & vtiliter ab interpretibus tractantur, de octo contingit dubitare.

Primum, quæ absentia sit necessaria, vt possint meri imperij causæ mandari.

Secundo, an, in hac materia, standum sit assertioni magistratus, affirmantis se delegare ex causa necessariæ absentiæ.

Tertio, an causæ meri imperij possint mandari ab eo, qui accingitur profectioni, dum sarcinulas componit.

Quarto, an, quemadmodum ob absentiam potest mandari exercitatio legis Iuliæ, ita quoque mandari possint aliæ causæ criminales.

Quinto, an causæ meri imperij, quemadmodum possunt mandari ex causa absentiæ, ita quoque ex alijs causis necessarijs, possint demandari.

Sexto, an causæ meri imperij possint delegari ob multitudinem causarum, quæ expeditionem desiderent.

Septimo, quæ potestas intelligatur translata in eum, cui, ex causa absentiæ merum imperium demandatur.

Octauo, & vltimo, an delegatio, ex causa absentiæ, cesset ipso iure, delegante redeunte.

385 Quod attinet ad primum, libet, facilioris
386 intelligentiæ gratia, prænotare, Absentiam
esse, aut præsumptam, aut veram, præsumpta, seu ficta, est veluti militantium, qui Romæ militando, pro Reipublicæ causa absentibus ha-
387 bentur l. milites ff. ex quibus caus. maior. vera
388 autem absentia est rursus duplex, aut necessaria scilicet, aut voluntaria, & necessaria, aut
389 necessaria est necessitate probabili, aut ne-
390 cessitate improbabili, primi generis est absentia ex causa militiæ, vel ex causa legationis, quæ dicitur absentia causa Reipublicæ, de qua in l. penult. & in l. vlt. infra eod. tit. quibus ex caus.
391 maior, & in §. rursus Inst. de act. secundi autem generis, est absentia necessaria causa relegationis, de qua in l. sed, & si §. primo eodem
392 tit. quibus ex caus. maior. Absentia verò voluntaria, rursus duplex est, aut scilicet voluntaria, & probabilis, aut voluntaria, & non
393 probabilis, scilicet quo ad iuris effectus, primi generis est absentia causa studiorum, & causa peregrinationis, de qua in l. nec non, eod. tit.
394 sæpius repetito, quibus ex caus. maior. non probabilis autem, aut est cum contumacia, veluti absentia illius, qui, in ius vocatus, cum possit venire, contumax est, iuxta tit. extra de
395 dolo, & contumac. Aut sine contumacia, vt absentia causa mercaturæ, & voluptatis, & animi causa, & de huiusmodi generibus absentiæ, agunt glos. Bart. & DD. ad l. vlt. infra de restit. in integr. recensuit summatim, licet non hoc ordine, Bologn. hic num. 121. vers. sed tamen.
396 Quatenus igitur dubitatur, quæ iudicis absentia requiratur, vt possit mandare causas meri imperij, communis omnium resolutio est, vt desideretur absentia necessaria, vt per glos. hic in verbo proficiscatur, &, vltra leges ab ea prolatas, efficacius probant communem sententiam l. si longius, ibi, necessaria profectione, supra de Iud. & l. licet, ibi, profectio vrgens, infra de recept. arbitr. ita, vt de veritate communis opinionis, non sit dubitandum.
397 Verum, quia Dec. hic nu. 66. extendit, post Cynum, hanc conclusionem, vt vendicet sibi locum etiam in absentia probabili, quod non ab omnibus recipitur, propterea, secundo loco, de hoc contingit breuiter dubitari.

Sunt ergo contrariæ, de more, DD. sententiæ. Altera est affirmatiua, quam tenent, post Cynum, Io: Maria Riminal. hic num. 23. Dec. num. 65. Iacob. Niger. num. 46. nec non Hippol. Riminald. num. 542. & Pyrr. Alphan. num. 236.
398 Ea ducti ratione, quia absentia ex causa necessaria, & absentia ex causa probabili, æquiparantur l. sed, & si, in fin. iuncta l. nec non, infra quibus ex caus. maior. tradit Bart. ad l. vlt.
399 eod. tit. ita enim datur restitutio in integrum ex causa probabilis absentiæ, quemadmodum ex causa absentiæ necessariæ, vt probatur in supra adductis iuribus, sed ex causa necessariæ absentiæ, licet iudici delegare causas meri imperij specialiter tributi, vt admittunt hic glos. & DD. omnes, ergo etiam ex causa absentiæ probabilis.

In contrariam tamen opinionem iuit hic Io. Bolog. num. 122. & in eandem opinionem propendit Mart. Monter. num. 35. in fin. quam veriorem esse arbitror, vnica ductus ratione, qua vtitur Io. Bolognet. quæ est eiusmodi.
300 Tunc demum, ex causa absentiæ probabilis possent magistratus mandare causas meri imperij specialiter tributi, quando posset in magistratibus dari absentia probabilis, quæ non esset necessaria, sed dari non potest, igitur nô potest dari casus, vbi magistratus, ex causa probabilis solùmmodo absentiæ, possit causas meri imperij de-
301 legare. Minor probatur, quia absentia, causa
302 studiorum, in magistratu, qui tenetur scire, Inst. in princ. de obligat. quæ ex quas delict. na-
303 scuntur, nô est probabilis. Nec est probabilis absentia, ex causa peregrinationis, aut est etiam necessaria, nam peregrinatio ob solam deuotionem, sine voto, in magistratu, non est probabilis, l. illud obseruandum, supra de offitio Præsid. si verò sit ex voto, aut magistratus vouit dum esset in magistratu, & vix est, vt potuerit licitè vouere, per tex. in cap. magnæ, in vers. ipsum etiam votum, extra de voto, & voti redempt. glos. est in cap. ex multa, in §. in tanta eod. tit. si verò vouit anteaquam esset in magistratu, &

tempus

tempus voti implendi labitur, absentia est necessaria, inquit enim Propheta. vouete, & reddite domino Deo vestro, d.cap.magnæ, vix est ergo, immo!, ne vix quidem, vt in magistratibus detur probabilis absentia, quæ non sit etiam necessaria.

304 Nec obstat contrarium, quia procedit in his, in quibus potest dari absentia probabilis sine necessitate. Preterea, vt dicit hic Mart. Monter.num. 35.d.æquiparatio absentiæ necessariæ, cum absentia probabili, locum habet in causis priuatorum, non in causis publicis, ob publicum enim fauorem, receditur in quamplurimis a regulis iuris cōmunis, vt latè per Alex. ad l.1.infra solut.matr.vbi Camill.Visitarin.nu.48.

Cum igitur non sit sufficiens probabilis absentia, ad hoc, vt possint delegari causæ meri imperij, specialiter tributi, conclusio remanet sine extensione, vt scilicet memoratæ causæ tantummodo, ex causa necessariæ absentiæ, possint delegari, cæterum, quia nec omnis necessaria absentia aperit aditum, ad eiusmodi delegationes, propterea distinctione quæstio, hoc pacto est definienda.

305 Aut absentia necessaria futura est breuis, aut lōga, & diuturna, si breuis, causæ meri imperij, specialiter tributi, non possunt committi,
306 quia breuis absentia, non habetur pro absentia l.pen.§.vltimo infra de vacat.mun.facit l.si longius infra de iud. si verò futura est longa, aut ita longa, vt absorbeat maiorem partem temporis, vel integrum tempus, quo durat magistratus, aut tempus 20. 50.vel 100.dierum, primo casu fieri debet mutatio magistratus, argumento d.l.si longius in princ.secundo verò casu, rursus distinguendum est, quia, aut talis est causa, quam expediat cognoscere potius magistratum, quàm delegatum, & tunc est expectandus magistratus, argumento l. pen. in fin. infra de vac. mun. aut est causa, quam non intersit potius ab ordinario, quàm a delegato expediri, & tunc quoque rursus distinguendum est, quia aut est absentia necessaria improbabilis, & ex causa delicti, aut probabilis, primo casu, aut causa relegationis, & absentiæ priuat magistratum officio, & non potest, argumento l. cum Prætor de iudic. aut suspendit per aliquod tempus, vt puta per mensem, ita, vt absit eam ob causam, vel videatur abesse, & tunc poterit demandare, facit cap. sacro extra de sent.excom. vbi glos.in verbo, interdictum, & ibi notant Abbas, & alij. secundo casu, aut absentia est ex causa publica, quia princeps, vel populus iubeat eum abesse, puta, ex causa legationis, & potest mandare d.l. si longius in principio, de Iud. & d. l.penul. de vacat.mun.aut est ex causa priuata, & tune, aut causa religionis, ex voto scilicet ante susceptum magistratum, & tunc potest mandare, anima enim cunctis rebus est anteponenda l. sancimus C.de sacros. eccl. aut ex causa imminentis periculi rebus familiaribus, vel personis domesticis, puta filijs, vxori, & similibus, & tunc quoque esset sufficiens causa delegādi, vt colligitur ex d.l.si longius de iud.facit l.licet, infra de arbitris, tradit Bologn. hic num. 123. vers.quarto potest.

307 Quod attinet autem ad secundum articulum, respondeo, enim quoque, qui accingit se itineri, & sarcinulas componit, vt proficiscatur, mandare posse, quia, quantum ad exercitium Iurisdictionis, incipit abesse, qui se ad proficiscen-
308 dum accingit, per regulam. proximè accingendus habetur pro accincto, & qui incipit abesse potest mandare, vt dicitur in hac l. nostra, & hanc opinionem probat Alber. hic num.23.in fin.per l.ab hostibus §.sed quid simpliciter, infra ex quibus caus.maior, & per l. 2.C.de exhib. reis sequuntur alij communiter, & præsertim Alex. num.54. Io. Maria Riminald.num.23. vers.& in quantum, Ias.num.58.Deci.num. 66. Io. Bologn. num.124.vbi de communi testatur, & nouissimè Hippol.Rimin. num. 543. cum seq.vbi alios adducit, idem sentientes in fortioribus terminis, nec non Pyrr.Alphan.num.237. qui potissimum mouetur per l. si pecuniam infra de condic. causa dat. & causa non seq. & per l. 1. §. cœpisse infra de pollic.

309 Subsequitur modo tertius Articulus. vtrum scilicet standum sit assertioni magistratus, affirmantis se delegare ex causa necessariæ absentiæ, &, in hac quoque iuris controuersia, sunt contrariæ DD. sententiæ, negatiuam partem tenet Ias. hic num.60.& eandem opinionem se tenuisse testatur Dec.hic, ad cap.cum sit Romana, in tertio notab.extra de appellat. & ad cap.quæ ecclesiarum de cōstit.& hanc ascribit etiam Mantuæ Ioannes Bolog.hic n.125.vers.& hanc opinionem.

310 Primum autem sit probabilis hæc sententia, per regulam, quæ habet. vbicumque quis non potest libere facere actum; sed tantummodo in casu aliquo speciali, & certo; non statur assertioni explicantis actum l.si forte vbi Bart. ff. de castr.pecul.Bart.ad l. per diuersas C. mand. & ad auth.si quis in aliquo, circa fin. C.de edendo Bald.ad auth.hoc ius porrectum C.de sacros. Eccles.cum alijs latè adductis per Ias.hic num. 60.vers.ego credo, plura affert etiam exempla Hippol.Riminald.hic num. 548. cum seq.At Iudex non potest libere causas meri imperij delegare, sed in casu certo, & speciali, quando scilicet proficiscitur, & absentia est necessaria, vt hic in tex. iuncta glos. in verbo proficiscatur, ergo non est eiusdem iudicis assertioni credendum, si dicat se delegare ex causa absentiæ necessariæ. corroboratur argumentum, quia d.regula locum habet etiam in iudice, vt ex Castr. & Felin.docet Purpur.hic num.548.cum seq.

311 Secundo, facta non præsumūtur, nisi probentur, vulgata l.in bello §.facta ff.de capt.& postli.

rtuer.facit l.2.C.de naufrag.lib.xi.at factã eſſe,
vel non eſſe delegationé ex cauſa abſentiæ neceſ-
ſariæ,eſt facti,vt patet ad ſenſum.igitur iudex hu
iuſmodi factum,adductũ pro cauſa delegationis,
& pro fundamento ſuæ intẽtionis,debet omnino
probare, gloſ. in l. ſi donatione C. de collat.
312 Accedat tertio,quòd cauſa, ob quã quis vult
recedere a iure cómuni,eſt probãda §. cauſas in
auth.vt cũ de appell.cogn.l.vlt.§.illud C. de tẽp.
appel.tradit Bart.ad l.Diuus infr.de adim.legat.
ſed abſentia neceſſaria eſt cauſa,ob quam iudex
vult delegare cauſas meri imperij, contra ius
commune, vt patet in l. noſtra, ergo eſt ab eo
probanda nec eſt illi temere credendum.
His tamen, & ſimilibus non obſtantibus,
contrariam affirmatiuã opinionem tenuit gloſ.
ad cap.paſtoralis, in verbo,exonerare,extra de
de officio, & pot.iud.deleg.quam ſequuntur ibi
omnes,vſque ad Barbat.vt teſtatur Iaſ.hic.num.
60.qui eandem opinionem aſcribit hic Martin.
Laudan.& Alex.conſ.34.in 4.volum. quod inci-
pit.conſultus alias in principali cauſa,hanc pro-
bat Signor.de Homod. conſ.254.quod incipit in
quæſtione vertente,in fin.Thomas Ferr. caut.2 t.
tenuit etiam Iaſon,ſibi contrarius, ad d. l. ſi do-
natione C.de collat. tenuerunt etiam Guilielm.
de Cunio,& Alber.hic nu.29. quos refert, & ſe-
quitur Alexand.num.55.qui eandem opinionem
aſcribit Baldo,tam ad l.imperium infra de iuriſd.
omnium iud. quàm ad cap. de cauſis, extra
de officio, & poteſtate iud. delegat. & in ean-
dem ſententia videtur ire hic Dec. nu.69. in fin.
Riminald.Sen. num.23. Iacob.Niger num. 120.
Paulus Orian.num.126.vbi non erubuit dicere,
iſtam opinionem veriſſimam arbitror, vt Chri-
ſtum crucifixum, ſequuntur etiam Curt. Iun.
num.69. Purp. num. 555. Io. Bologn. num. 125.
Hyppol. Riminald. num. 153. & Pyrr. Alphan.
num.242.& pro hac ſententia, quam ego verio-
rem eſſe arbitror, plura afferuntur argum.
313 Primum autem,virtute,ſic ratiocinantur,niſi
crederetur aſſertioni iudicis, & magiſtratus,
qui iurauit ritè, & ex fide ſe adminiſtraturum
officium,officialis litteris non crederetur. At cre
ditur l.vltima C.ad legem Iul.repetund.l. diuus
verſ.cum autem ex litteris, ſupra de officio præ-
ſid. l. ſi publicanus §. 1. ff. de public. & cap. ad
audientiam de offitio,& pot.iud.deleg. etiã ſi nõ
ſint ſubſcriptę a notario, ſed a ſolo delegante cũ
ſigillo,Felin.ad c.poſt cõceſſionem de prob.cum
alijs adductis per Purp.hic num.547.igitur ſtan-
dum eſt iudicis,& officialis aſſertioni,proteſtan-
tis,ſe delegare ex cauſa neceſſariæ abſentiæ.
314 Secundo, vbicũque aliquid affirmatur ab eo,
pro quo eſt præſumptio, eiuſdem aſſertioni ſtan-
dum eſt, quamdiu contrarium non probetur,
cum iuris præſumptio transferat onus probandi
in aduerſarium, ita vt præſumptionẽ habens pro
315 ſe,probare non teneatur l.verius ff.de probat.
At iudex, is eſt, pro quo ſemper præſumitur, in
dubio l.2.C. de offitio ciuil. iud. l. Herennius §.
Caio ff.de euict.cap.Piſanis de reſtit.ſpoliat.igi-
tur iudici,aſſerenti ſe delegare ex cauſa neceſſa-
riæ abſentiæ,credendum eſt,quandiu contrarium
316 non probetur, cũ Iudex ſit perſona publica, &
fide digna, & conſequenter ei credatur, ex his,
quæ tradit Gemin.ad canon.Capitalis x.diſtinct.
quem refert,& ſequitur Paul. Orian.hic nu.129.
facit gloſ.ad l.Titio fundus in verſ.actiones,quẽ
dicit ſingularem ad cap.cum contingat de re-
ſcript. Felin. & Iaſ. ad l. 1. ff. per quem fact.
erit, & ad l. iubere C. de iud.
317 Tertio,ſi de quo minus vtitur ineſſe,& ineſt,
ergo, & de quo magis l.3. §. ſic autem ff. de bo-
nis eorum, cum alijs adductis per Nicol.Vigell.
in ſua dialect.iur.lib.2.in loco a comparatis,re-
gula 3.ſed minus videtur ineſſe,vt ſola præſentia
Iudicis operetur, vt cenſeatur abeſſe *omnis do-
lus*,vt tradunt Paul.Caſtr.& Alex.ad l.pacta no-
uiſſima C. de pact. hinc dixit etiam Bart. ad l.
318 frater a fratre ff.de cond.indeb. tutorem cum
pupillo contrahere bona fide,quando in *præſen-
tia* Iudicis contrahit, id quod maximè *probat*
Imola ad l.1.§. fuit quæſitum ff.ad S.C. *trebell.*
faciunt latè tradita per Iaſ.ad l.pacta nouiſſima
C.de pact.igitur multo magis ſtandum eſt iudici
perſpicuis verbis affirmanti,ſe delegare ex ca-
uſa neceſſariæ abſentiæ: Nec dicatur *hæc locum*
habere, quando iudex procedit iudicialiter,
quia replico, vna cum Oriano hic, delegare eſſe
319 actum iudicialem,cum pertineat ad cauſæ co-
gnitionem, & definitionem.
320 Quarto,& vltimo, omiſſis leuioribus, quod
conceditur minori,omnis ratio poſtulat,vt con-
cedatur etiam maiori,facit regul.l.non debet ff.
321 de reg.iur.l.qui poteſt, eod.tit. ſed concedi-
tur nuncio, qui dicitur habere officium viliſſi-
mum, vt per Bart.ad l.vlt. C.de edict. Diu. Adr.
Toll.in ijs,quæ pertinent ad officium ſuum, vt ei
credatur,qui ſine dubio eſt minor quolibet iudi-
ce,igitur hoc,& multo magis,debet concedi Iu-
322 dici,qui dicitur habere honorabile officium,&
munus iudicãdi,& bonus vir appellatur,de quo
lex plurimum confidit,vt per Bald.ad rub.extra
de officio,& poteſt.Iud.deleg.circa finem,& cõ-
ſequenter eſt ſine cõtrouerſia longe maior nun-
cio. Minor autem propoſitio,hoc eſt fidem pę-
ſtari nuncio,in ijs.quæ pertinẽt ad officiũ ſuum,
probatur per gloſ. ad cap. cum parati de appel-
lat. tradit Bald. ad l, vt perfectius C. de annal.
except. ſpeculat. in tit. de citat. §. 4. Card. ad
clem. 1. de Iud. q. 9. cum ſimilibus.
323 Accedat etiam quinto,quòd cui conceditur,
quod eſt plus,debet etiam concedi,quod eſt mi-
324 nus d.l.non debet de reg. iur. ſed Iudici con-
ceditur,vt cognoſcat an ipſe ſit iudex l.ſi quis ex
aliena infra de Iud.quod ſine dubio eſt, quid am
plius,quàm quod ei credatur abſẽtiæ neceſſitas,
igitur multo magis hoc debet illi concedi,vt ſte-
tur,quo ad abſentiæ neceſſitatẽ,illius aſſertioni.

325 Nec

325 Nec obstat primum, ex aduerso a Ias. adductum argumentum, quia vendicat sibi locum in priuatis, secus autē in Iudice, vt docuit idem Ias. ad l. si donatione C. de collat. & ad l. nec quicquam in §. vbi decretum supra de officio procons. & legat. num. 75. sentiunt alij etiam hic, & Thom. ferrar. in d. caut. 21. num. 2. nec facit negocium corroboratio ex Castr. & Felin. quia præterquamquod eorum opinio est probabilis non necessaria, Bart. ad l. 1. ff. si cert. pet. præsertim, cum sit contraria communi sententiæ, & glos. hoc modo respondenti in d. cap. pastoralis de officio, & potest. Iud. deleg. nec non rationibus, & in primis illi, quæ habet, legem plurimum de Iudicibus confidere, vt in cap. bonæ memoriæ de elect. & in cap. præsentia, de renunciat. Præterea, possumus etiam admittere eorum opinionem, primum, quando assertio Iudicis posset esse maximè præiudicialis, vt decretum Iudicis, quod diceretur interpositum cum causæ cognitione super alienatione minoris, secus in casu nostro, in quo modicum potest considerari præiudicium, ex his quæ tradit Abbas, ad c. vlt. de prob. non potest enim considerari magnum præiudicium in causa delegationis, cum admittatur probatio in contrarium, vbi Iudicis assertio sit falsa. Accedat etiam quod illud potest habere locum in iudicibus minoribus, quicquid dicat hic Purpur. num. 549.

326 falsum enim est, decreti interpositionem pertinere ad maiores Iudices, cum sit iurisdictionis voluntariæ, vt quandoque docebimus, secus autem in iudicibus maioribus, de quibus agitur hic, cum tractetur de delegatione causæ meri imperij, præterea causæ cognitio nō potest eo tempore, quo enunciatur subesse l. magis puto §. ne passim ff. de reb. eorū, vbi causa necessariæ absentiæ, tunc eā enūciatur, potest subesse.

327 Nec obstat secundum, quia locum sibi vendicat, vbi factum allegatur, vel a persona suspecta, vt est nauicularius, de quo in d. l. 2. de naufr. lib. xi. vel a persona indifferenti, & priuata, pro qua non sit præsumptio, quæ illam tollat, vt in casu nostro, in quo, specialis præsumptio pro Iudice, affirmatiua, tollit generalem negatiuam, quæ habet, facta non præsumi; specialia enim derogant generalibus l. in totū ff. de regul. iur. l. sanctio legum, infra de poen. hæc tamen præsumptio pro Iudice, admittit probationem in contrarium, vt DD. communiter sentiunt, & in primis Ias. hic num. 60. & Purpur. num. 549. cum seq. vbi plura adducit.

Et ex his facile soluitur etiam tertium argumentum, quia causa, ob quam quis vult recedere a iure communi, probanda est a priuatis, & ab iis, pro quibus nō fit specialis præsumptio affirmatiua, vt in casu nostro pro Iudice, quæ derogat omnibus regulis generalibus aduersantibus, per reg. d. legis in totum ff. de reg. iur.

328 Si quis tamen velit, in hac iuris controuer-
sia

sia, conciliare contrarias opiniones, adhibeat hanc distinctionem: Aut dubitamus, an Iudici delegandi, asserenti se delegare ex causa necessariæ absentiæ, ita sit credendum, vt probatio in contrarium non admittatur, & concludendum est negatiuè, vt per Bald. ad l. imperium, in antiqua interpretatione, in 6. q. infra de iurisdictione omnium iud. tradit. Ias. hic num. 60. & sequuntur alij communiter, & præsertim Purpurar. nu. 559. in fin. & Paul. Orian. num. 130. Aut num quid tandiu sit credendum, quandiu contrarium non probatur, & vbi hoc secundo modo dubitamus, rursus distinguendum est, quia, aut tractatur de tali delegatione, ex qua delegans incideret in poenam, si causa impedimenti allegata vera non esset, vt in casu §. nulli in auth. vt Iud. sin. quoque suff. vbi faciens loci seruatorem, sine causa ibi expressa, punitur in quinque libras auri &c, tunc quoque concludendum est

329 negatiuè, non enim statur assertioni Iudicis, qui tractat de poena vitanda, quemadmodum in principe, licet causa præsumatur, glos. ad l. relegati ff. de poen. vbi tamē agitur de proprio commodo, non præsumitur, Abbas post Innoc. ad cap. qui in ecclesiarum de constit. Ias. ad l. si testamentum C. de testam. tradit ex Aquensi Purp. hic num. 560. vbi vero, ex falsitate causæ, Iudex nulli subijceretur poenæ, rursus potest distingui, quia, aut delegatio tendit in aliquod non leue alicuius præiudicium, & nec tunc esset Iudici credendum, arg. cap. cum in iure peritus, de offic. & pot. iud. deleg. & post Felin. ad cap. si pro debilitate eod. tit. de offic. Iud. deleg. Paul. Orian. hic num. 131. Aut non tendit in graue alicuius tertij præiudicium, & tunc procedit communis opinio, sine difficultate, & ex supra dedu-

330 ctis. Hodie tamen cessat omnis difficultas, quia, iure nouissimo authenticorum, nec ex causa necessaria possunt Iudices abesse, sine licentia Principis §. 1. in auth. vt nulli iudic. tradit Curt. Iun. hic num. 70.

331 Sed veniendum est ad quartum Articulum, quo quærebamus, an ex causa absentiæ, quemadmodum potest demandari exercitatio legis Iuliæ de vi, ita quoquè, ob eandem causam, cæteræ meri imperij causæ, possint demandari. Qua in re hodie sunt contrariæ opiniones, quandoquidem Iacob. Cuiac. & M. Anton. Muret. hic iuerunt singulariter in eam sententiam, vt crediderint, non nisi exercitationem legis Iuliæ de vi mandari posse a proficiscente, ita vt ad alia publica iudicia, non possit hoc transferri, adductus autem est, ad ita, contra omnes sentiendum, vnica ratione, quæ est eiusmodi.

332 Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias l. quod verò, supra de legibus l. quod contra, de reg. iur. At in exercitatione legis Iuliæ de vi, contra rationem iuris receptum est, vt possit mandari, cum regula sit, vt exercitatio publici Iudicij,

specialiter, lege, senatusconsulto, vel Principis constitutione, tributa, non mandetur, vt est expressum in l. nostra, in l. solent supra de officio proconsul. & legat. & in l. nemo potest infra de reg. iur. igitur non potest hoc produci, & extendi ad alia publica Iudicia.

333 Accedat etiam secundo (vltra id quod considerauit Muretus) quod tunc demum posset hoc produci ad alia publica iudicia, quando in illis eadem vigeret, vel maior ratio, quæ solet ad extensionem aditum aperire l. a titio infra de verb. oblig. cum vulg. sed nec maior, nec eadem viget ratio in alijs publicis Iudicijs, ob quam factum fuit, vt legis Iuliæ de vi exercitatio mandari posset, ergo non potest, ex hoc, legis Iuliæ de vi, publico iudicio, ad alia iudicia

334 publica inferri, arg. regul. l. Papinianus exuli ff de minor, & l. naturaliter §. nihil commune infra de acquir. poss. Minor probatur, factum est enim in hoc iudicio legis Iuliæ de vi, vt possit mandari illius exercitatio a proficiscente, ob periculum, quod est in mora, cum alter alterum soleat vi repellere, & ex violentia oriantur sępenumero vulnera, cedes, & scandala similia, quod non contingit in alijs delictis publicis, non enim tantam desiderant celeritatem.

His tamen, & similibus non obstantibus, in contrariam sententiam iuit Accurs. hic in verbo possit, quem; ne hac de re dubitantes quidem, sequuti sunt, vno ore DD. communiter, quorum opinio pluribus facilè comprobari potest.

335 Et primum, quia, cui conceditur, quod est plus, conceditur etiam, quod est minus l. non debet ff. de reg. iur. l. qui potest eod. tit. l. nec in ea §. sed qui occidere ff. ad l. Iul. de adult. sed magistratibus, imperium habentibus, conceditur ex causa absentiæ, vt possint constituere loci seruatorem, quod est plus, cum specialiter sit prohibitum, & nominatim, per auth. vt nulli Iud. liceat hab. loci seruat. igitur, & multo magis, debet illis concedi, vt possint, ex causa necessariæ absentiæ, omnium publicorum Iudiciorum exercitationem mandare, quod minus est, cum hoc sit ex causa permissum, vt hic; posse autem magistratus, ex causa absentiæ necessariæ, etiam merum imperium habentes, constituere loci seruatores, probatur in §. ad hęc in auth. de collatoribus.

336 Secundo similium idem est Iudicium l. non possunt supra de legibus. At publica iudicia omnia sunt similia, & in vno reperitur cautum, vt illius exercitatio ex causa absentiæ mandari possit, vt patet in l. nostra, igitur de omnibus debet fieri idem iudicium, vt illorum scilicet exercitatio, ob eandem absentiæ causam, possit demandari.

Tertio, & vltimo, vbi eadem viget ratio eadem debet fieri iuris dispositio l. a Titio de verb. oblig. l. illud infr. ad legem Aquiliam. At necessariæ absentiæ ratio, ob quam expresè est concessum, vt exercitatio legis Iuliæ de vi possit mandari, potest habere locum, & supponimus habere, etiam in alijs publicis Iudicijs, ergo non est ius diuersum in illis statuendum.

337 Nec obstat argumentum Mureti, quia non potest dici contra rationem iuris receptum, vt mandetur exercitatio legis Iuliæ de vi, ex causa absentiæ, cum multa in iure nostro concedantur ex causa necessitatis, quæ alias prohiberentur, facit tex. in l. 1. supra de off. Proconsul. & leg. in l. 1. vbi Bart. C. de bon. libert. & in cap. quod non est de reg. iur. in antiquis, cum alijs, latè adductis per Decium hic num. 35. etenim d. lex quod verò, intelligitur de ijs, quæ conceduntur sine causa in priuilegium, & in gratiam personæ, iuxta tex. in §. sed, & quod principi Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.

338 Nec obstat secundum, quia etiam in alijs delictis publicis requiritur celeritas, & potest subesse periculum in mora. Præterea, ratio illius concessionis non fuit qualitas delicti, requirentis celeritatem, sed absentia necessaria, ita vt argumentum potius retorqueatur, ratio enim expressa à lege est attendenda, quæ dicitur comprehendere omnes casus, in quibus eodem modo vigeat, ita vt, speciale etiam dictum, ampliet generalis ratio l. regula §. licet ff. de iur. & fact. ignor. l. merum §. animaduertendum infra quod met. caus.

339 Subsequitur modo quintus Articulus, vtrum scilicet causæ meri imperij, quemadmodum possunt mandari ex causa absentiæ, ita quoque ob alias similes causas, puta infirmitatis, possint mandari.

Et, in hac quoque iuris controuersia, sunt contrariæ DD. opiniones, prima est affirmatiua, existimantium ob infirmitatem, vel similes necessitatis causas, posse meri imperij, etiam specialiter tributi, exercitationem mandari, hanc tenuerunt Cyn. Andr. de Pisis, Guiliel. de Cunio, Rayner. & omnes antiqui, quos sequuti sunt hic, Bart. num. 11. Alb. num. 23. Alex. num. 56. Io: Mar. Riminal. num. 25. Claud. de Seisel. num. 69. Ias. num. 77. Dec. num. 72. Curt. Iun. num 81. Hippol. Riminal. num. 554. & Pyrr. Alphan. num. 248. cum seqq. huic communi sententiæ subscripsit, etiã Bald. ad l. imperium infra de iurisd. omnium Iud. Salyc. ad l. placet C. de ped. Iud. Abbas ad c. quod sedem extra de offic. ordin. & hæc, vt vno verbo dicam, est communis, & receptissima sententia, vt de communi testatur Camill. Plaut. hic lib. 3. vers. non aliter, num. 34. & plura afferuntur.

Primum autem vtuntur vulgari ratione, vbi eadem est ratio, ibi eadem fieri debet iuris dispositio l. illud ff. ad legem Aquiliam l. vlt. C. ad legem Falcid. At eadem omnino ratio est delegandi in magistratu infirmo, quę est in absente,

eum nemo possit meri imperij causas expedire per se, & absens potest memoratas imperij meri causas mandare, vt in l. nostra, igitur inde debet posse facere etiam infirmus, vel alia simili causa omnino impeditus.

340 Secundo adducitur tex. in l. 1. supra de consulibus, sic inducendo, tunc demum, ex causa infirmitatis, non possent causæ meri imperij delegari, quando, quæ iure expresse essent prohibita, ob causam infirmitatis, non concederentur, sed etiam quæ expresse sunt iure prohibita, ob causam infirmitatis, fieri conceduntur, ergo nihil est impedimento, quo minus causæ meri imperij, quæ, secundum regulas iuris communis, non possunt mandari, mandentur tamen, ob causam infirmitatis. Minor probatur, per d. l. 1. vbi is, qui apud alterum ex consulibus nomina edidit, apud alterum manumittere expresse prohibetur, si qua tamen ex causa Collega non poterit manumittere, infirmitate scilicet, vel alia iusta causa impeditus, Collega potest manumissionem expedire.

341 Tertio, quicquid fieri potest ob causam absentiæ, potest etiam fieri ex causa infirmitatis, cum absentia, & infirmitas in iure æquiparetur l. ea, quæ C. quom. & quando Iud. iuncta l. quæsitum infra de re iud. l. si longius in princ. infra de Iud. l. filiusfamilias in fin. iuncta l. seq. infra de procur. At, ob causam absentiæ, possunt meri imperij causæ mandari, vt habetur expresse in l. nostra, igitur possunt, etiam mādari ex causa infirmitatis.

342 Quarto, casus exceptus à regula, ob rationis identitatem, extenditur etiam ad casus similes DD. ad c. cum dilecta, versiculo, nos igitur, de confirmatione vtili, vel inutili. At casus absentiæ est exceptus à regula prohibitiua, ne causæ meri imperij mandentur, igitur debet etiam ad casum similem infirmitatis, in qua est eadem ratio, vt supra visum est, extendi.

343 Quinto, ob illas causas, ob quas possumus seruire per substitutum; necesse est, vt possimus causas meri imperij mandare, cum mandare iurisdictionem sit substituere, & sufficere aliquem in locum nostrum, in illis causis. At, ob causam aduersæ valetudinis, possumus seruire per substitutum, Bald. ad l. vltimam C. de excusat. tut. & ad cap. si quis decesserit in tit. si de feudo fuer. controuers. inter dom. & agnat. ergo ob eadem causam possumus etiam meri imperij causas mandare.

344 Sexto, fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero l. qui ad certum ff. locat. l. legem C. eod. l. eum oratione de excep. At vera absentia operatur, vt magistratus possit, etiam causas meri imperij sibi specialiter tributi,
345 mandare, vt habetur hic, igitur idem operatur infirmitas, quæ est ficta absentia, cum, in iure, infirmus pro absente habeatur d. l. quæsitum de re iudic. iuncta l. ea, quæ C. quomodo, & quando Iud.

In contrariam tamen opinionem iuit Fulgos. hic num. 25. Roman. num. 13. Io. Bolog. num 125. vers. contrariam tamen, & Camillus Plaut. lib. 3. vers. non aliter, num. 38. cum seq.

346 Primum per tex. nostrum, ponderando verba illa, non aliter itaque mandare poterit, quam si abesse cœperit, hoc modo inducendo. Exceptio, cum dictione taxatiua, excludit omnes casus, etiam similes, dummodo non sint alibi in iure expressi. Bart. communiter receptus ad l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. At, à regula, vt causæ meri imperij non possint mandari, excipitur cum particula taxatiua, non aliter, solummodo casus absentiæ, vt patet in hoc tex. igitur casus infirmitatis, & omnis alius similis excluditur, cum nec alibi reperiatur iure cautum, vt, ob infirmitatem, meri imperij exercitio, possit demandari.

347 Secundo argumentantur per locum à diuisione, vel à sufficienti partium enumeratione, iuxta tex. in princ. Inst. de obligat. quæ ex quasi contr. nascuntur, & in princ. Inst. de obligat. quæ ex quasi malefic. nascuntur, hoc modo videlicet. Si ex causa infirmitatis, & aduersæ valetudinis posset Magistratus causas meri imperij, quod habent, demandare, vtique hoc facere permitterentur, aut in casu leuis infirmitatis, aut in casu grauioris morbi, sed neutro casu possunt hoc facere, igitur absolute magistratus non possunt, prætextu aduersæ valetudinis, meri imperij causas demandare. Minor probatur, quia, si infirmitas est leuis, potest magistratus, leuiter infirmus, interdum audire, & Assessoribus vti, si vero grauis, aut breuis, aut longa, si breuis expectandus l. antepen. in fin. ff. de vacat. muner. si longa, debet fieri mutatio Iudicis d. l. si longius de Iud. ita Fulgos. hic nu. 25.

Tertio, & vltimo, Romanus hic num. 13. sic ratiocinatur, si magistratus, ob aduersam valetudinem, possent meri imperij causas mandare, multo magis possent delegati a principe, (qui sunt maiores) ob debilitatem, & infirmitatem, graues causas mandare, & delegare, sed facere hoc ipsi, ob aduersam valetudinem, non possunt, eorum enim præsentia exigitur, vt probat tex. in cap. si pro debilitate in fin. extra de officio, & potest. Iud. delegat. ergo multo minus possunt hoc facere magistratus.

Non obstant contraria, & præsertim primum argumentum, quia falsum est vigere eandem rationem in infirmitate, quæ viget in absentia, & contrarium mox probatum est, in secundo argumento pro posteriore sententia, siue infirmitas sit leuis, siue grauis, & siue breuis, siue leuis, siue diuturna.

Nec obstat secundum, quia in d. l. 1. quædam leuiora, quæ pertinent ad iurisdictionem voluntariam, cum non possint expediri ab altero Collega, expediuntur ab altero Collega scilicet, non a delegato, ita vt loquatur in longe diuersis terminis

minis, potest ergo subintrare regula legis Papinianus exuli ff. de minoribus; praeterea, in d. l. 1. est expressum, vt illud possit fieri, contra regularem prohibitionem, ex causa infirmitatis, in casu autē nostro, tātum abest, vt aliquid sit expressū de infirmitate, vt potius videatur exclusa per exceptionem taxatiuam in casu absentię, ponderando particulam, non aliter, vt supra in primo argumento.

348 Nec facit negocium tertium, quia in d. l. si longius, agitur de Iudice dato, qui non potest vti consiliaribus, & assessoribus, ideirco, quemadmodum propter absentiam, ita propter infirmitatem non habet locum delegatio, sed Iudicis mutatio.

349 Nec obstat quartū, quia, in casu nostro particula, non aliter, quę formam dat, excludit omnem extensionem. Nec dicatur, taxatiuam non excludere casus similes l. ob aes vbi glos. C. de praed. min. l. 1. §. 1. infra si mēs. falsi. mod. dixer. primum, quia, replicamus, taxatiuam, non aliter, quę formam praescribit, vt tradit Bald. ad l. de his infra de transact. & ad l. 2. C. de vend. rer. ciuit. lib. 10. quaeque est valde praecisa, vt latè docet Alex. cons. 3. lib. 1. num. 4. etiam casus similes excludit. praeterea, & secundo, negamus, in proposito, casum infirmitatis, esse similem, casui absentiae, & contrarium supra non obscurè probatum est.

350 Non obstat quintum, quia, ob infirmitatē, possumus substituere in permissis & ita procedunt exempla allata per Doct. hic, & praesertim per Bologuet. num. 125. vers. Quaerit etiam, secus autem in prohibitis, in quibus nos versamur, vt patet ex l. nostra.

Sextum quoque argumentum, facilè soluitur, quia licet in aliquibus infirmus pro absente habeatur, quando scilicet nullo modo potest interesse, non tamen vniuersaliter fingitur absens; pręterea particula illa taxatiua negatiua, nō aliter, excludit omnem aliam interpraetationem, ex his, quae tradit Alex. in d. cons. 3. num. 4. Non recedo igitur ab opinione Fulgosij. si quis tamen velit, in hoc quoque articulo, distinguere, distinguat eum Bolon. hic num. 125. vers. verum quia ista, & cum Pirr. Alphan. hic num. 348.

351 Quod attinet autem ad textum, qui subsequitur, articulum, distinguenda sunt in primis duo capita.

Primum est, quando multitudo causarum ciuilium, quae desiderāt expeditionem, ita occupāt Iudicem, vt non possit etiam criminalibus superesse, &, in hoc capite, concludendum est, magistratum, & Iudicem, non posse, hanc ob causam, meri imperij exercitionem mandare, per tex. in l. placet de pedan. iud. non enim iudex debet, ob occupationes causarū ciuilium, mandare criminales causas, sed potius ciuiles, vt per se criminales expediat, sic concludit hic Bart. nu. 12. & eum sequuntur, vno ore, caeteri omnes.

Secundum, autem caput est, quando multitudo causarum occupantium, est criminalium causarum, ita vt cogatur, aliquas ex illis, mandare Iudex, cum per se, non possit omnes expedire.

Et in hoc capite, quod dubium est, sunt diuisi Interpretes in contrarias classes, opinionem affirmatiuam tenuit hic Guili. de Cunio, quem refert, & sequitur Bart. num. 13. & videtur eandem tenere, Alber. num. 25. tenent Angel. num. 5. in fin. & Dec. nu. 76. Hippol. Rimin. nu. 577. eandē defendit Paulus Orianus, num. 144. asoribens eam Felino, ad cap. cum olim, de re iud. tenuit etiam Abbas ad cap. quod sedes de offic. & potest. iud. deleg. secutus est etiam Vallasch. ad l. imperium infr. de iurisd. omn. Iud. num. 199.

Et primum, Bart. pro hac opinione, ad mentem Guilielmi, sic ratiocinatur. Vbi rationis est similitudo, ibi debet fieri eadem iuris dispositio l. a Titio, infra de verborum oblig. l. nō possunt supra de legibus, cum similibus, tradit Nicola. Vigell. in sua dia lect. iuris, lib. 2. in loco a ratione legis. At eadem est ratio in occupatione, ob multitudinem causarum criminalium, qua quis impenditur illas expedire, quae est in necessaria absentia, ob quam factum est, vt causę meri imperij possint mandari, secundum terminos legis nostrę; igitur debet etiam idem ius statui in ipsa occupatione, ob multitudinem causarum criminalium, rationis autem identitas negari non potest, quia facilè potest contingere, vt, hęc causarum multitudo, non minus impediat Iudicem, quām ipsa absentia.

352 Secundo, adducit Bart. tex. in l. 2. C. de his qui latron. vel alijs criminibus reos occult. vbi in vers. fin autem, habetur posse Prouinciae rectorem, si officium illius, non sit per se potens, ob multitudinem personarum capiendarum, à viro deuoto tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulare, vt, per militarem manum, correpti accusati, sine damno, ac laesione cuiuslibet, legibus offerantur, & conuicti, poenas subeant competentes. Valet igitur argumentum de persona ad rem, tex. est in l. qui furere vbi notant Alber. & Bald. supra de stat. hom. l. si quis inquilinos §. si ita legatum ff. de leg. 1. cum alijs adductis per Euerad. in loco a persona ad res; At, ob multitudinē personarū, potest iudex postulare, & implorare auxilium alterius, d. l. 2. ergo potest idem facere delegando, ob causarum multitudinem.

353 Tertio, ad mentem Pauli Oriani, ciuiles causae, & criminales aequiparantur, est doctrina Bart. ad legem admonendi, circa finem ff. de iure iur. ita vt quicquid reperitur dispositum in causis ciuilibus, intelligatur etiam statutum in criminalibus, argumento eorum, quae tradunt DD. ad l. 1. ff. de leg. 1. facit l. non potest ff. de legibus. At, in causis ciuilibus, statutum est, vt ob occupationes aliarum causarum ciuilium, possint delegare l. placet C. de ped. Iudic. igitur

tem

idem intelligitur etiam statutum in causis criminalibus, & meri imperij.

Quarto, nisi, ob occupationes ex multitudine causarum fluentes, possent meri imperij causę delegari, olim Proconsules, & hodie summorum Pontificum Legati, maximarum causarum multitudine impediti, & occupati non possint memoratas grauissimas causas, sine causa delegare, sed possunt l. solent supra de officio Proconf. & legat.cap.vltimo ex de officio,& potestate iud. deleg. igitur admittendum est posse magistratus,ob maximas, & multas criminalium causarum occupationes, etiam causas meri imperij delegare.

354 Quinto,si,ob multitudinem causarum criminalium non posset causa criminalis delegari, sequeretur, vt dicunt aliqui,vt priuilegiatus, vteretur priuilegio,aduersus priuilegiatum,sed hoc consequens non est admittendum l.sed,& milites in princ.infra de excus.tut. facit l.non solum §. de vno,infra de ritu nupt. ergo nec antecedens.

355 Sexto, & vltimo adducitur canon quoniam quidem, iuncto canone peruenit 18. distinct. in d.can. quoniam habetur, Metropolitanum debere semel in anno concilium prouinciale celebrare, ita vt Episcopi omnes conueniant, omni excusatioue remota, deinde in d. canone peruenit, non cogitur accedere, qui aduersa valetudine laborat, & vrgentibus necessitatibus impeditur. fluit ergo, ex eiusmodi canonibus, hoc argumentum.ex causa infirmitates,& ob vrgentes necessitates, potest aliquis facere etiam illud,quod non facere præcisè tenebatur,at multarum causarum criminalium occupationes,vrgentes sunt necessitates, igitur ex causa occupationum fluentium a multitudine causarum criminalium, potest quis meri imperij causas delegare, quas præcisè, nisi proficisceretur,mandare non poterat.

In contrariam tamen opinionem iuit Andreas de Pisis, quem omnes referunt, & sequuntur hic Fulgos.num.25.Roman. num.14. Alex. num.61. Ias.num. 85. Iac. Niger. num. 127. qui testatur hanc opionionem communem esse,videtur etiam tenere hāc partem,licet nō indistinctè, Curt.Iun. num.83.& Io.Bologn.num. 127. probauit etiam hanc opinionem hic Pyrr.Alphan. num.259.nec non Salyc.ad l.placet C.de pedan.Iudic.

356 Et primum pro hac opinione,adducitur tex. noster,dum dicit.non aliter itaque mandare poterit, quam si abesse cœperit. stringitur argumentum, quia exceptio in vno casu firmat regulam in contrarium in omnibus alijs l. nam quod liquidè ff. de pen. leg. tradit Bald. ad. l. omnes popul. supra de iust. & iur.num.84.sed a regula, quæ habet, merum imperium, specialiter tributum, delegari non posse, solus casus absentiæ excipitur, igitur regula manet firma in contrarium, vt nulla ex alia causa, possit mandari. corroboratur argumentum, quia exceptio est coarctata particula taxatiua, non aliter, quę cum sit omnino præcisa, vt supra ex Alex.& alijs dicebamus, omnem omnino alium casum excludit, nec dicatur, taxatiuam non excludere casus similis l.ob æs vbi glos.de pręd. minorum,quia, præterquamquòd negamus cum Alex.casum occupationis multarū causarum similē esse causæ absētiæ,vt infra etiā videbimus,

357 hic conspirant, & concurrunt alia plura, adest enim geminatio, quæ enixum, & præcisum ostendit consilium loquentis, cum verba geminata efficacius disponant l.Balista ff. ad se-

358 natuscons.Trebell.vbi DD. adest etiam negatiua ante verbum potest, quæ sui natura omnem abnegat potentiam, & necessitatem præcisam inducit, glos. est ad cap. 1. de regul. iur.lib.6.Bart.ad l.de his ff.de transac.cum vulgaribus, quibus omnibus ita concurrentibus, pręcisè debet intelligi tex.nostri limitatio, & exceptio.

359 Secundo, quod contra rationem iuris receptum est non est producendum ad consequentias l.quid verò ff.de legibus l. quod contra de reg.iur.At contra rationem iuris communis rereceptum est, vt merum imperium, specialiter tributum, demandetur a proficiscente, non debet igitur hæc concessio produci ad consequentias, & ad occupationem ex multitudine causarum trahi.

Tertio ex diuersis non fit illatio,vulgata l.Papinianus exuli ff. de minor. & l. naturaliter §. nihil commune infra de acquir. poss. sed absentia, & occupatio,ob multitudinem causarum criminalium,sunt diuersa, non potest igitur ab illa ad hanc fieri illatio, nec dicas esse diuersa, habentia similitudinem rationis,quia falsum est, vt rectè considerat Alex. hic num. 61. ex causa enim absentię in totum est impeditus Iudex, secus ob causarum multitudinem,nisi enim omnes,possit Iudex expedire,poterit tamen aliquas terminare, & sic semper potest illam, quam vellet delegare,expedire. Accedat etiam,quòd difficultas, proficiscens ex causarum multitudine, exquisita Assessorum diligentia, & consiliariorum auxilio, argumento §. illud in auth. vt defunct. seu funer. eorum,nec non labore actuariorum, qui multa possunt expedire sine iudicis præsentia, potest superari, quod vsu venire non potest in absentia, quæ adimit omnino omnem facultatem cognoscendi, & procedendi.

360 Quarto, & nouissimè,est casus pro hac opinione, si rectè perpendatur, in d. l. placet C. de ped. Iud. vbi propter occupationes, & causarum multitudinem, prohibentur præsides, pedaneos Iudices dare, in causis, sibi specialiter commissis, secundum verum, & germanum intellectum, quem scriptum reliquit Longouall. ad l. imperium infra de iurisd. omnium Iud. nu. 35. sed causæ meri imperij, in disputatione positæ, sunt specialiter tributæ, vt supponitur in l.

nostra

nostra, ergo non possunt; prætextu multitudinis causarum, alteri delegari, quod, si velis tenere communem intellectum, quem tamen falsum esse arbitramur, possumus alio modo ratiocinari, nimirum, si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergo nec de quo minus l. 4. supra de senator. sed magis videtur inesse, vt possint, ob multiplices causarum occupationes, mandari illæ meri imperij causæ ingenuitatis, & libertinitatis, secundum communes traditiones, quàm causæ meri imperij, quæ sunt minus delegabiles, vt communiter sentiunt DD. & tamen non inest, quia, ex præfata causa, non possunt delegari d. l. 2. C. de ped. iud. ergo multo minus possunt delegari causæ meri imperij.

Non obstat primum argumentum ex aduerso allatum, quià negamus rationis similitudinem inter absentiam, & multitudinem causarum, cõtrarium enim probatum est mox, in tertio argumento pro hac posteriore sententia. Præterea, quando etiam adesset aliqua rationis similitudo, non admitteretur extensio, per ea, quæ dicta sunt in eodem argumento.

Nec obstat secundum, petitum à d. l. 3. C. de his, qui latron. nam ibi non agitur de delegatione imperij, per modum transferendæ iurisdictionis in aliquem delegatum, sed de postulatione bracchij secularis, pro executione meri imperij.

Nec facit negocium tertium, quia licet in aliquibus æquipararentur causæ ciuiles, & criminales, in materia tamen delegationis, regulæ sunt contrariæ, vt patet in tex. nostro simpliciter secundum communem intellectum, & secundum nostram declarationem saltem, quando imperium specialiter est tributum, vt supponimus in hac disputatione, ita vt argumentum retorqueatur, quicquid dixerit Orianus.

Nec refragatur quartum, quia petitum est a casibus specialibus, alterum enim est speciale in Proconsule, per d. l. solent, vt delegent scilicet quo ad cognitionem tantum, alterum est speciale, in delegato Principis, per d. cap. vlt. quamobrem hoc quoque argumentum reflectitur, per locum à iure singulari, iuxta tex. in l. ius singulare supra de legibus.

Nec facit negocium quintum, cuius vim fateor me nunquam percipisse, quia vt causæ meri imperij, specialiter tributi, non possint mandari, non est priuilegium aliquod, sed ius cõmune, ex reg. l. nostræ, quamobrem non video quo pacto possit ad rem facere propositio illa, quæ habet, priuilegiatum, non vti priuilegio aduersus priuilegiatum, alijs quoquè modis satisfacit Alex. hic num. 62 cum seq.

361 Nec facit negocium sextum, & vltimum de d. can. quoniam quidem, & de d. canon. peruenit, quia intelliguntur de necessitatibus, quæ omninò impediunt accessum, quod non potest considerari in multitudine causarum, quæ non impediunt omnino cognitionem, in ipso ordinario. Præterea verba illa, omni excusatione remota, intelliguntur de excusatione friuola, vt exponit ibi glos. in verbo excusatione, & de excusatione non alibi in iure expressa, & admissa, infirmitatis autem excusatio, & vrgens necessitas, reperitur alibi expressa, nimirum in d. can. peruenit, &, eiusmodi solutiones, melius, ni fallor, diluunt difficultatem, quàm leuis Nigri responsio hic. Non recedo igitur ab hac posteriore sententia, præsertim, cum contraria opinio, videatur occasionem ordinarijs iudicibus præbere, subterfugiendi laborem; facile enim possent, prætextu multitudinis causarum, se ipsos, cum vellent, delegando exonerare.

362 Si quis tamen, velit, in hac quoque iuris controuersia, contrarias componere opiniones, sic poterit, vna cum Bolognetto, distinguere. Aut tanta est causarum multitudo, vt totaliter impediat, quemadmodum absentia, & longo tempore verisimiliter est duratura, vt puta, quia contingat in Prouincia seditio magna, ita vt sit necessum contra mille, & plures homines procedere, & formare processus, vt dicit Bolognet. interdum contingere Bononiæ, & in Romandiola, inter partes aduersas, & tunc causæ etiam criminales poterunt committi, & mandari, cum Reipublicæ intersit, causas eiusmodi expediri, argumento l. pen. de Sicar. & l. prouinciarum C. de ferijs, & l. si quis filio §. irritum vers. nisi fortè, infra de iniust. rupt. & irrit. fact. cessam & in his terminis potest procedere opinio Guili. & Bart. Aut est breui tempore duratura occupatio, & non tanta, & tunc poterit locum habere posterior sententia, & profectò magis mihi placet, cum hoc temperamento, Guilielmi opinio, quàm indistinctè retenta, placet tamen magis, vt indistinctè denegemus facultatem delegandi causas meri imperij, specialiter tributi, ob causarum multitudinem, quia quando super-

363 ueniunt seditiones magnæ, & casus extraocdinarij, qui raro contingunt, & consequenter illis iura non adaptantur l. nam ad ea supra de legibus, solent Principes facere suos commissarios, & delegatos, vt quotidie videmus obseruari. Distinctio tamen nititur auctoritate Bolognet. hic num. 126. vers. quare ita distinguas, nec videtur dissentire Curt. Iun. hic num. 83.

364 Subsequitur septimus articulus, quæ scilicet potestas intelligatur translata in eum, cui, ex causa absentię merum imperiũ demandatur, an scilicet sola cognitio intelligatur demandata, vel etiam executio.

In hac quoque septima iuris controuersia, in diuersas, DD. iuerunt opiniones, prima fuit existimantium cognitionem tantummodo, non etiam executionem intelligi mandatam, quam censuit glos. hic in verbo possit, & secuti sũt Cyn. Rayner. & alij, & præsertim Bart. num. 5. testatus hanc opinionem communiter esse approbatam,

batam, Bald. hic in prima lectura, §. seu vers. & ideo, ante num. 1. Paul. Orian. num. 117. Sebast. Sapia num. 66. & Io: Bolognet. num. 118. eandem opinionem probauerunt glos. Cyn. & Bald. ad l. placet C. de ped. iud. Speculator in tit. de Iud. deleg. §. vlt. vers. item, quod est delegatus, tenet etiam Valaschus ad l. imperium infra de iurisd. omnium Iud. num. 201.

Et primum, pro hac opinione ponderatur tex. l. nostræ hoc modo inducendo. Inclusio vnius est exclusio alterius l. cum prætor de Iud. l. maritus C. de procur. sed l. nostra includit, vt possit mandari meri imperij exercitio, & cognitio, vt patet in vers. & ideo, & in vers. & si à familia, ergo excludit executionem.

Secundo loco sic, virtualiter, ratiocinantur. Ius singulare habet in contrarium ius commune l. ius singulare supra de legibus. At iure singulari receptum est, vt in insigni latrone, & vbi tumultus posset fieri in populo, executio meri imperij delegetur l. si quis filio §. hi autem, vers. qui tamen ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. igitur ius commune est in contrarium, vt definitio, & executio meri imperij, non possit delegari.

365 . Tertio, Non debet illud concedi, quod plus est, vbi quod est minus denegatur l. non debet ff. de reg. iur. sed in hac materia delegationis, denegatur, quod est minus, nempe, vt index possit delegare, quo ad executionem, accusationem suspecti tutoris, cum regulariter (legato proconsulis excepto) non nisi quo ad cognitionem delegari possit l. cognitio §. cum propriam infra eod. facit l. 1. §. suspecti infra ad senatusconsult. turpill. ergo concedi non debet, vt, quo ad executionem, mandari possint causæ meri imperij, quod plus est, minus enim est mandare, & delegare accusationem suspecti, cum, secundum communes traditiones sit mixti imperij, cuius causæ sunt magis delegabiles, quam meri imperij causæ, præsertim concurrente fauore pupillorum.

366 Quarto, causa absentiæ necessariæ non debet plus operari, quam specialitas, ob quam factum est, vt Proconsul possit meri imperij causas mandare, cum vtrumque deroget regulæ iuris communis, & consequenter vtrumque eam debeat recipere interpretationem, per quam minus lædatur ius commune, quam fieri possit, sed fauor, specialitas, & priuilegium in Proconsule, non operatur, vt ipse meri imperij causas possit delegare, nisi quo ad cognitionem l. solent supra de off. Proconsul. & legat. l. 1. C. eod. §. qui mandatam, infra eadem l. nostra, igitur nec plus debet operari causa necessariæ absentiæ.

Quinto, & vltimo, omissa leuissimorum argumentorum congerie, quam facit Orianus hic num. 119. adducitur tex. in §. ad hæc sancimus, in vers. ad hæc id prohibemus, in auth. de collat. vbi inquit Imperator. Anteaquam vero in prouincijs veniant Iudices, damus eis licentiam vices agentes suos instituere, qui debeant omnia, vsque ad suam præsentiam agere, quæ possunt ipsi Iudices facere, citra tamen nouissimum supplicium, aut membri incisionem. Etenim, si quatenus mandantur meri imperij causæ, executio etiam intelligeretur mandata, vtique possent vicegerentes constituti, & delegati, etiam vsque ad vltimum supplicium, & membri incisionem, procedere, arg. l. imperium infra de iurisd. omnium Iud. sed eousque procedere non possunt, igitur non nisi cognitio intelligitur mandata.

In contrariam tamen opinionem iuit Azao in summa C. de ped. Iud. nec non Angel. & Salyc. ad l. placet C. eod. tit. de ped. Iud. secuti sunt, etiam hic Guiliel. de Cun. Andr. de Pisis, Alber. Salyc. Fulgos. & alij, & in primis Alex. num. 49. Ias. num. 70. Dec. num. 61. Iac. de Nig. nu. 115. Curt. Iun. num. 64. Hippol. Riminal. Pyrrus Alphan. num. 222. cum seqq. & alij recentiores, & nouissimè Andr. Fachin. lib. 11. controuers. iur. cap. 98. & pro hac quoque opinione, quam veriorem esse arbitror, afferuntur argumenta.

367 Primum autem ponderatur à Dec. & ab alijs tex. in l. nostra, hoc modo inducendo, illud, ex causa absentiæ mandari potest à magistratibus, quod ipsi regulariter, & sine causa non possunt mandare, exceptio enim debet esse de regula l. sed an vltro §. is autem ff. de negoc. gest. tradit Dyn. ad rub. de reg. iur. lib. 6. Bald. ad l. omnes populi supra de iust. & iur. num. 84. sed magistratus regulariter, & sine causa, neque cognitionem meri imperij, neque executionem possunt demandare, vt omnes admittunt, per l. nostram, ergo, ex causa absentiæ, vtrumque

368 possunt mandare, Præterea, ex causa absentiæ possunt magistratus, mandando iurisdictionem, delegare imperium merum, vel causas meri imperij, quæ sub ea comprehenduntur, vt patet in tex. nostro, sed sub iurisdictione, non solum cognitio, sed etiam executio comprehenditur l. 1. infra de iurisd. omnium iud. & nemo dubitat, igitur vtraque, & cognitio scilicet, & executio mandata intelligitur. Accedat etiam tertio, quod magistratus illam, mandare possunt, vel non possunt, publici Iudicij exercitionem, quam habent specialiter, lege, senatusconsulto,

369 vel principis constitutione tributam, vt patet in tex. nostro, ponderando relatiuum, eam, quod refert totum antecedens §. si quis alteri Inst. de inutil. stipul. sed memorata, quam habent, exercitio, sine dubio (cum confundatur cum iurisdictione, vt hic) includit etiam causarum definitionem, & executionem, ergo, cum eadem executione, mandatur, ex causa absentiæ.

370 corroboratur argumentum, quia verbum, cognitio, à lege prolatum, includit etiam sententiã l. cognitio infra eod. iuncta l. 1. de suspect. tut.

& l. ait prætor, & l. Index de re iud.tex.est in l. sæpe in l.generaliter supra de offic.præsid in l.1. supra de constit.Princip.in l. notionem de verb. sign. & in l.1. C. si contra ius. Item quarto,eodem modo, quo potest mandari iurisdictio à Magistratu præsente,potest mandari merum imperium à proficiscente, vt colligitur ex hoc eodem tex. iuncta reg.l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. At Iurisdictio à præsente potest mandari, tam quo ad cognitionem, quàm etiam, quo ad definitionem, & executionem, vt omnes admittunt, ergo eodem quoque modo potest merum imperium à proficiscente, tam quo ad cognitionem, quàm quo ad executionem mandari.

371 Secundo principaliter.vbicumque eadem est ratio, eadem debet fieri iuris dispositio l.à Titio infra de verborum obligat. cum vulgaribus,sed eadem prorsus ratio, ob quam factum est, vt possint mandari causæ meri imperij, quo ad cognitionem, viget etiam in definitione, & executione, igitur idem ius est statuendum, vt scilicet etiam definitio, & executio causarum meri imperij possit mandari. Minor propositio probatur, quia omnes admittunt concessum esse,vt possint.à proficiscētibus,meri imperij causæ demandari,ne delicta remaneāt impunita c. vt famæ de sent.excōmunic.& ne lites,& controuersiæ fiant immortales,quibus incōuenientibus,& incommodis,non minus,immo magis,& melius occurritur definitione.& executione,quàm
372 simplici cognitione, præsertim in criminalibus, quæ debent infra breue tempus expediri l. vltima C. vt infra cert. tempus.

Tertio, nisi posset delegari,in causis meri imperij, executio, vel nulla esset differentia inter iudicem datum, & eum, cui mandata est iurisdictio, contra ea, quæ supra statuimus, in interpretatione rubricæ, vna cum rectius sentientibus, vel in causis quoque criminalibus daretur iudex, sed vtrumque est falsum, quia nullibi reperitur in iure, in causis criminalibus iudicem dari, ergo falsum est etiam antecedens.

Quarto, adducitur tex. in l. vltima C. vbi senat. vel clariss. vbi, nisi per delegationem causę criminalis, esset translata in delegatum etiam facultas definiendi, non possent delegati a Principe definire, & sententiam aduersus viros illustres,non habentes administrationem,ferre, sed possunt, ergo mandatis, & delegatis causis meri imperij, non solum cognitio, sed etiam definitio mandata intelligitur. Nec dicas illud esse speciale in delegato a Principe, quia nullibi re-
373 peritur constituta hæc differentia, cum proprium sit cuiuscumque delegati habere vsum totius Iurisdictionis delegantis,illud enim tātummodo est speciale in delegato Principis, vt possit ferre sententiam contra illustres, & clarissi-
374 mos,nec duplex speciale admittendum est,alterum, vt cognoscat de causis illustrium, alterum, vt possit definire contra regulam l. 1. C. de dot. promiss. Nec dicas, cum Iacobo de Nigris, alterum speciale venire in cōsequentia alterius,
375 quia falsum est, cum cognitio possit stare sine definitione, & executione l. solent supra de offic. Proconsul. & legat.

376 Quinto, & vltimo,omissis leuioribus, prolatis hic per Io:Bologn. num. 117. vers.similiter pro opinione. vtor ego hac ratione. Vbicumque aliquid est dubium de iure ciuili, & clarum, atque apertum de iure canonico,intelligitur eodem modo esse decisum etiam de iure ciuili, & etiam in foro ciuili statur iuri Pontificio c. 1. & 2. extra de nou. operis nunciat.tradit plura adducens Ias. ad l. filium, quem habentem C. fa-
377 mil.ercisc. num.8. At,licet ex his,quæ hactenus dicta sunt,dubium sit de iure ciuili,an transeat cognitio, & executio causæ criminalis, & meri imperij in delegatum, apertissimi tamen iuris est de iure canonico transire, cap. si pro debilitate,extra de offic. & potestate Iudicis deleg. igitur statuendum est, etiam in foro ciuili transire in delegatum causarum criminalium definitionem, & meri imperij executionem.

378 Corroboratur etiam argumentum, quia ex consuetudine, quæ optima est legum interpres l. si de interpretatione supra de legibus, delegatur etiam meri imperij definitio, & executio, vt per Angel. ad l.cum Prætor in §. item hi infra de Iud.

Non obstant contraria, & præsertim primum argumentum, quod petebatur a l. nostra, immo reflectitur in contrarium, supponitur enim in ea, vt magistratus sine crimine possint mandare exercitionem publici iudicij, & cognitionem, quam habent, sed habent sine dubio publici iudicij exercitionem, includentem definitionem, & executionem, igitur nihil est impedimento,quo minus magistratus, ex causa absentiæ, etiam definitionem, & executionem meri imperij mandent, cum possint venire secundum proprietatem latini sermonis appellatione exercitationis publici iudicij.

379 Nec obstat secundum, de d.l.si quis filio exhæredato, quia,præterquamquòd ille tex. loquitur de iudice ordinario, non de delegato, specialitas consistit, non in definitione,sed in executione vltimi supplicij, quam fatemur non trāsire in delegatum hodie per d. §. ad hæc sancimus, in auth. de collator.

380 Nec facit negocium tertium, quia falsum est, ex causa absentiæ, suspecti causam mandari non posse, nec speciale est hoc in Proconsule, in quo tantummodo singulare ius est, vt etiam sine causa possit plura mandare legato; quæ ab alijs mandari non possunt, nec facit negocium tex. in d. §. suspecti, quia ibi excluditur non delegatus à Præside, qui eum repræsentat, sed inferior ab eo, vt defensor ciuitatis, & magistratus municipalis,

Quartum,

381 Quartum, quoque argumentum facile soluitur, quia, vt mox dicebamus, speciale est in Proconsule, vt fine causa possit ea, quæ sunt meri imperij, quoad cognitionem, mandare legato, immo videtur, fine speciali mandato, eo ipso, quod legatus est factus, posse de criminibus cognoscere legatus, vt patet ex l. 1. C. de off. Proconsul. & in hoc consistit specialitas, nec inde sequitur, vt, si ipse velit, ex causa absentiæ, mandare alicui meri imperij causam, etiam per sententiam. & per executionem dirimendam, nō possit hoc facere, per auctoritatem tex. nostri.

382 Ad quintum autem, & vltimum argumentum petitum à d. §. ad hæc id prohibemus plures afferuntur responsiones, quas refert Andr. Fachin. in d. cap. 98. sed quia patiuntur difficultatem, vt ibi per eum, propterea, ad mentem einsdem Fachinei, respondeo primum tex. illum ad rem non facere, quia loquitur, non de Iudice delegato, sed de loci seruatore, quem, prohibebantur Iudices, facere, vt in auth. vt nulli iudic. licet. delegare non prohiberentur, præterea, si liceret à loci seruatore ad delegatum argumentari, ille tex. solummodo probaret in delegatum non trāsire executionem vltimi supplicij, & abscissionis membri, & consequenter, per locum ab inclusione. & exclusione probabit, in alijs meri imperij causis, non concernentibus vltimum supplicium, vel membri abscissionem, etiam executionem transire, sed verus sensus illius tex. est, vt rectè sentit Fachin. in præallegato cap. 98. vers. ego puto, in fine, vt regula, quæ habet causas meri imperij delegari posse, propter absentiam, non habeat locum in loci seruatore, quo ad causas vltimi supplicij, vel membri abscissionis, secundum quem sensum, in quæstione nostra, ad rem non facit.

383 Quod, si quis velit, in hac quoque controuersia, distinctione opiniones diuersas componere, sic distinguere poterit. Aut versamur in ijs magistratibus, qui per mandatum extraordinarium possunt ex priuilegio mandare simpliciter, & fine causa, meri imperij, specialiter tributi, causas, sui natura, à non proficiscentibus, indelegabiles, vt in tex. nostro, Aut in ijs, qui, ex causa absentię, communi iure, memoratas causas mandant. primo casu, non intelligitur mandata, nisi cognitio, & in his terminis vendicat sibi locum l. solent supra de off. proconsulis, & legati. secundo casu, aut loquimur de iure canonico, aut de iure ciuili, si de iure canonico indistinctè intelligitur mandata, non modo cognitio, sed etiam definitio causæ, & executio d. cap. si pro debilitate, si verò de iure ciuili, rursus distinguendum est, quia, aut versamur in causis non concernentibus vltimum supplicium, vel membri abscissionem, & tunc intelligitur delegata, non modo cognitio, sed etiam concessa causæ definitio, & executio, per tex. nostrum, & per alia, supra adducta pro posteriore sententia. Aut versamur in causis grauioribus, & concernentibus eiusmodi maiores pœnas, & tunc rursus, secundum communes traditiones, subdistinguendum est, aut periculum est in mora, veluti quando delegatus incidit in insignem latronem, & est timor tumultus, & tunc potest delegatus venire ad executionem, quam, secundum regulas iuris communis, non haberet, & sic vendicat sibi locum d. l. si quis filio exhæredato, Aut versamur extra eiusmodi periculum, & tunc, Aut versamur in delegato, & potest etiam definire, & exequi, vt probatur per generalitatem huius tex. Aut in loci seruatore, & tunc non potest nisi cognoscere d. §. ad hæc id prohibemus, in auth. de collator. quinimmo, vt sentit Fachin. (quod puto verissimum,) loci seruator eiusmodi causas concernentes vltimum supplicium, vel membri abscissionem, nec cognoscere potest.

384 Superest modo octauus, & vltimus, quintæ conclusionis, Articulus. an scilicet, redeunte delegante, spiret delegatio facta ex causa absentiæ ipso iure, etiam in eo, qui cœpit cognoscere, & non perfecit, absque expressa reuocatione.

Et in proposita quoque difficultate, dissentiunt interpretes, licet communis, & receptissima sit ferè omnium interpretum opinio affirmatiua, quam probat Bart. hic, num. 14. & sequuntur Alberic. num. 24. Fulgosius in vltimis verbis, sub num. 25. Alex. qui testatur de communi num. 64. Ias. num. 61. Dec. num. 77. Curt. Iun. num. 74. qui, & ipse de communi testatur, & vterque Rimiuald. Senior. scilicet num. 27. Iun. num. 583. Pyrr. Alphan. num. 263. & alij omnes, præter Roman. & Bologuet. vt videbimus.

385 Et primum, pro hac sententia, Bart. & Albericus ratiocinantur. cessante causa cessat effectus l. adigere §. quamuis ff. de iur. patr. cap. cum cessante de appellat. id quod comprobat etiam, & exornat pluribus exemplis Ias. hic num. 61. quæ non refero, quia omnia ad huius solius propositionis probationem tendunt. At, reuerso delegante, cessat omnino causa, ob quam potuit fieri eorum, quæ ad merum imperium pertinent, delegatio, vt patet in tex. nostro, ergo debet etiam cessare delegatio ipsa. Corroboratur argumentum ex sententia Curtij Iun. hic num. 84. quia vera in primis regula est, de causa cessante in his effectibus, qui habent tractum successiuum, cuiusmodi est causarum delegatio, præsertim quando effectus ipse non est consumatus, vt in casu nostro, tex. est in §. item, qui Reipublicæ, Inst. de excus. tut. quem, ad hoc notat Bald. ad l. generaliter C. de Episcop. & Cleric. cum ergo delegatio habeat tractum successiuum, cessante impedimento cessat delegatio, non sequuta sententia, in qua effectus delegationis consumatur.

386

387 Secundo magis in specie, sic possimus, pro hac

hac communi ſententia, argumentari. Ceſſante cauſa mandati, çeſſat mandatum, tex. eſt expreſſus in cap. ſi pauper. in fine, in illis verbis, cum ceſſet cauſa mandanti, & ibi gloſ. in verbo ceſſet, de præbend. lib. 6. tradit Tiraquell. de cauſa ceſſante num. 180. At delegatio eſt genus quod-

388 dam mandati, vt patet in tex. noſtro, & in §. qui mandatam infra hac eadem lege, igitur, ceſſante abſentia, quæ eſt illius cauſa, in caſu noſtro, vt probatur hic, debet etiam, ipſo iure ceſſare, non expectata reuocatione, delegatio.

389 Tertio, vbicunque aliquid ex cauſa neceſſitatis eſt introductum, & ſtatutum, ceſſare omnino debet, neceſſitate ceſſante, doctrina Bart. ad l. 1. in §. nunciatio infra de noui oper. nunci. facit l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. l. in pupillari l. verbis ciuilibus infra de vulgar. & pupill. Bart. ad l. is cui, infra de verb. obligat. cum alijs adductis per Tiraquell. in d. tract. de cauſa ceſſante num. 184. At, ex cauſa neceſſariæ abſentiæ ſtatutum eſt, vt habens merum imperium ſpecialiter tributum, cuius induſtria electa eſt, poſſit delegare, vt patet in hac l. noſtra, igitur, eadem neceſſaria abſentia, per reditum ceſſante, debet ipſo iure etiam ceſſare, delegatio, & res ad ſuam naturam reuerti, iuxta regulam l. ſi vnus §. pactus ne peteret, verſ. quod ſi in ſpecie, infra de pact. facit l. Titia Seio §. vſuras, infra de legat. 3. l. cura §. deficientium de muner. & honor. l. non tantum §. eas de excuſat. tut.

390 Quarto, actus deueniens ad caſum, a quo incipere non poteſt, ipſo iure ſtatim euaneſcit, §. 1. Inſt. de inutil. ſtip. l. inter ſtipulantem §. ſacram infra de verborū oblig. cum alijs a nobis prolatis, in prima noſtra ſelectarū diſtinctionum centuria, diſtinct. 22. num. 40. At per reditum delegantis, ſine dubio, delegatio dicitur peruenire ad caſum, a quo incipere non poteſt, cum nequeant præſentes magiſtratus, in cauſis meri imperij, delegatum habere, vt patet in l. noſtra igitur meri imperij delegatio, ex cauſa neceſſariç abſentiæ facta, redeunte delegante, ipſo iure ſpirat, & ſtatim ſine alia reuocatione euaneſcit.

391 Quinto, & vltimo, ſi, redeunte delegante, non ceſſaret delegatio, ex cauſa neceſſariæ abſentiæ facta, vtique hoc eſſet, quia in caſu noſtro, in controuerſia poſito, res integra non eſſet, cum ſupponamus, ante reditum delegantis, delegatum cognoſcere cœpiſſe, ſed cauſa eiuſmodi non eſt ſufficiens ad impediendam ceſſationem delegationis, vt mox probabo, ergo nihil eſt impedimento, quo minus ipſo iure ceſſet delegatio, abſentia ceſſante. Minor probatur, quia, ſi ob tutoris impedimentum alius ſit datus tutor, licet tutor datus in ſubſidium cœperit adminiſtrare, reuocatur tamen ipſo iure, impedimento ceſſante tutoris principalis §. 1. 2. & 3. inſt. de Attiliano tut.

In contrariam tamen opinionem iuit Roman. hic num. 15. quem ſequitur Io. Bologn. num. 127. verſ. Ideo pro reſolutione, & in eandem ſententiam negatiuam videtur etiam ire Gaſpar. Valaſc. ad l. imperium infra de iuriſd. omnium iud. num. 195. & hanc veriorem eſſe arbitror.

Primum, quia, vt argumentatur Roman. vbicumque aliquis cœpit aliquid facere, quod ab aliquo etiam alio fieri debebat, niſi ſuperuenitiet impedimentum, ceſſante impedimento, poteſt nihilominus, qui cœpit, ſolus illud proſequi c. cum plures de officio deleg. lib. 6. & ibi gloſ. in fin. C. ſi duo in verb. cæterum de procur. lib. 6. tunc demum ergo, quod iniunctum eſt alicui ex cauſa alicuius impedimenti ceſſat, impedimento ceſſante, quando res eſt integra dd. iuribus, facit etiam cap. quamuis alicui de off. deleg. in 6. & notata ad c. venerabilem extra de off. & poteſt. Iud. delegar. nec non l. ſi pecuniam ff. de cond. ob cauſam, cum alijs adductis per Dec. hic num. 78. At in caſu noſtro, non eſt res integra, cum ſupponamus iam delegatum cœpiſſe cognoſcere, ergo per ſolam abſentiæ ceſſationem, ob quam fuit facta delegatio ipſa, non ſpirat delegatio, & non impeditur delegatus cœpta perficere.

392 Secundo, eodem modo ſe habet delegans ad delegatum, quo modo ſe habet dominus ad pro-

393 curatorem, cum delegatio quoque ſit genus mandati, vt patet ex rub. & l. noſtra in §. qui mandatam. eſt etiam tex. in l. ſolent ſupra de

394 off. proconſul. & legar. At ſi dominus, qui fecit mandatum procuratori, cum eſſet abſfuturus, reuertatur, non ſpirat mandatum, niſi verbis, vel facti reuocetur, quia dominus ſcilicet recipiat adminiſtrationem l. qui mutuam §. 1. infra mandati, ergo, nec per ſolum reditum delegantis, qui ex cauſa abſentiæ delegauit, reuocatur, & euaneſcit delegatio.

395 Tertio, Niger ſic argumentatur. vbicunque caſus ſuperueniens, qui impediebat ab initio actum geri, tendit ad eundem finem, & effectum, ad quem tendit actus geſtus, ex ſuperueniente caſu, non tollitur, eſt doctrina Bart. ad l. ſi conſtante in fin. infra ſolut. matr. per l. ſciendum §. vltimo ff. qui ſatiſdare cogantur, per l. verbis infra ad legē Falcid. tradit latè Tiraquell. de cauſa ceſſant. limit. 14. At, in caſu noſtro, fuit facta delegatio ex cauſa abſentiæ, ne cauſa remaneat indeciſa, ſed expediatur, & reditus delegantis, tendit ad eundem finem, vt cauſæ ſcilicet expediantur, & finiantur, igitur non debet, reditu delegantis, reuocari antea facta delegatio, rē præſertim non integra.

396 Quarto, tunc demū ceſſat iudicium cœptum, quando, vel is vetat, qui iudicare iuſſit, vel is, qui maius imperium in eadem iuriſdictione habet, vel ſi ipſe index eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit, vt dicit ad litteram. Paulus I. C. in l. iudicatum ſolui, infra de Iudicijs, ſed per reditum delegantis, nihil contingit

contingit ex his, igitur cœptum iudicium non
soluitur, & consequenter delegatio non reuo-
catur.
397 Quinto, vbicunque effectus est consummatus,
cessante causa, non cessat effectus. Bart. ad l. Ti-
tius §. imperator infra de legat. 2. & ad l. 2. in
§. vltimo in fin. de don. per l. vltimã infra vnde
liberi. At, ex causa absentiæ effectus est consu-
matus, cum perfectè per eam sit inducta facul-
tas delegandi, & cum effectu facta sit delegatio
meri imperij, super quo cœpit Iudex procedere,
igitur per reditũ delegantis non cessat delegatio.
398 Sexto illa, in dubio, debet fieri interpreta-
tio, per quam non fiat Iudicis instructi mutatio
l. penult. §. vltimo ff. de vacat. & excusat. mu-
399 ner. est enim odiosa, & plerumque damnosa
Iudicis mutatio l. de qua re, infra de Iudic. At
nos versamur in dubio, an per solum reditum
delegantis reuocata sit delegatio, ergo debemus
facere interpretationem, vt delegatio non sit
reuocata, ne contingat iudicis instructi, qui cœ-
pit causam cognoscere, mutationem fieri.
400 Septimo, & vltimo si de quo magis videtur
inesse, & non inest, ergo nec de quo minus, auth.
multo magis C. de sacrosl. eccles. sed magis vide-
tur inesse, vt, per mortem mandantis, spiret
mandatum in negocijs cœptis, quàm, vt spiret
per reditum delegantis mandata iurisdictio, in
causa, quæ cœpit cognosci, cum magis cesset
causa mandati per mortem, quæ omnia soluit §.
deinceps in auth. de nupt. quàm per reditum
delegantis, causa imperij delegati, & tamen non
401 inest, quia mandatum per mortem non reuo-
catur in negocijs iam cœptis, glos. est in §. si
adhuc in vers. item Inst. de mand. per l. vltimam
infra pro soc. iuncta l. nam, & seruus §. si vino
infra de negoc. gest. & l. hæres socij, infra pro
socio, igitur multo minus intelligitur, manda-
tum imperium, ex reditu delegantis, in causis,
402 quas delegatus cœpit cognoscere, reuocatum.
Corroborantur hæc omnia, quia facilius sem-
per impeditur actus ne fiat, quàm quòd actus
perfectus tollatur, arg. l. patre furioso, supra de
ijs, qui sunt sui, vel alieni iur.
403 Non obstant, ex aduerso, adducta, & præ-
sertim primum argumentum, quia regula ces-
sante causa cessat effectus, locum habet, quan-
do ante causæ cessationem, effectus non est con-
summatus, vt supra dicebamus, & latè tradit Ti-
raquell. de causa cessante limit. 12. sed in casu
nostro effectus est consummatus, quandoquidem
absentia non est causa immediata delegationis,
404 sed facultatis delegandi, contra regulam,
quæ consumata est, cum sit reducta ad actum
per ipsam delegationem. Præterea absentia est
causa remota, non immediata delegationis, cum
ex absentia oriatur facultas delegandi, & ex fa-
405 cultate delegandi, delegatio ipsa, cessante
autem causa remota, non cessat effectus,
glos. est per illum tex. ff. rerum amotarum,
in l. si cum mulier in verbo vtilis, cum alijs
congestis per Tiraquellum de causa ces-
sante, limitat. 20. Item d. regula causæ cessan-
tis, locum habet tãtummodo in causa inductiua
& conseruatiua, secus autem in inductiua dum-
taxat, doctrina Baldi ad l. generaliter C. de Epi-
scop. & cler. & latissimè Tiraquellus in sæpius
repetito tractatu de causa cessante, limitat. 35.
& Nicola. Vigell. in sua dialect. iuris lib. 2. in
loco a causa efficiente, regula 6. limit. prima
absentia autem, si causa est, est causa inductiua
tãtum, quòd si contendas esse etiam conseruati-
uam, hoc erit tibi probandum, ni velis assu-
mere pro fundamento id, de quo disputamus.
Præterea facilè erit etiam nobis probare, ab-
sentiam non esse causam conseruatiuam delega-
406 tionis, quia nulla causa extrinseca potest esse
causa conseruatiua, sed absentia magistratus
non potest esse causa intrinseca delegationis,
407 cum nec forma sit, nec materia illius, vt ad
sensum patet, igitur non potest esse causa con-
seruatiua, nec potest dici causa finalis, cum de-
legatio non fiat, vt magistratus absit, sed quia
necessario sit absuturus, quamobrem, potius
est conditio, vel causa sine qua non, cum ab ini-
tio non possit imperiũ mandari, nisi magistratus
408 proficiscatur, vel causa impulsiua, qua cessante,
non ideo cessat effectus, vt docet Siluester Al-
dobrand. ad §. illius autem, Inst. de milit. testa-
men. & latè Tiraquell. in tract. de causa cessante
limit. prima, & Vigell. in d. loco a ratione legis,
vel alterius dispositionis reg. 2 limit. prima. Esse
409 autem absentiam causam impulsiuam delega-
tionis, patet ex eo, quia minus generalis est,
quam effectus delegationis imperij. cum possit
merum imperium, etiam ob infirmitatem, & ob
alias similes causas, secundum communes tra-
ditiones, delegari, quo casu ratio, seu causa
semper dicitur impulsiua, vt per Vigell. in præ-
allegato loco, vbi plura affert exempla.
410 Nõ obstat secundum, quia in d. cap. si pauper
cessabat causa finalis, seu finalis ratio, quæ
fuerat, vt pauper clericus, haberet beneficium,
quamobrem, cum aliunde illud habuerit, cessat
mandatum de prouidendo ei de beneficio, præ-
terea, in casu d. capituli, res erat integra, secus
autem in casu nostro, cum iam esset facta dele-
gatio, cuius virtute delegatus cœpit etiam de-
mandatas causas cognoscere.
411 Nec obstat tertium, quia tunc cessante neces-
sitate, ob quam aliquid est inductum, cessat
illud, quando illa necessitas est causa intrinseca,
& conseruatiua, & essendi, vt dicunt, nostrates
non fiendi dumtaxat, ex his, quæ tradit Bald.
ad cap. & si Christus in fin. vers. adde quod ces-
sante vna, de iure iur. tradit idem Tiraquell. in
eod. tract. de causa cessant. limitatione vltima,
quæ est 40. eiusmodi autem non est necessaria ab-
sentia, respectu delegationis, sed inductiua tan-
tummodo. Accedat etiam quòd locum habet
d. regula

d.regula, quando necessitas, ob quam fuit inducta, non consumauit effectum suum, secus si consummauit, vt in casu nostro.

Nec facit negocium quartum, quia regulæ in hac materia sunt contrariæ, & affirmatiua vera est, quando actus deuenit ad casum, à quo incipere non potest, defectu causæ conseruantis, secus si defectu causæ inducentis, vel impellentis tantum, vt facile est experiri, arguendo à cessatione causæ extrinsecæ, & inducentis tantummodo, contrahente enim cessante, non cessat cōtractus, nec cessante testatore, euanescit testamentum, faciunt tradita per Tiraquell. de causa cessante limit. 35.

412 Nec obstat quintum, & vltimum, petitum à §. 1. 2. & 3. Inst. de Attil. Tutor. quia, præterquamquòd magis absurdum est, vt diuidatur continentia iudicij, quàm administratio tutelæ, & odiosa magis, & damnosa mutatio iudicis, quàm Tutoris, in adductis §. §. data erat Tutela, sub ea conditione, vel vsque ad illud tempus, donec scilicet Tutor liberaretur, vel reuerteretur; in casu autem nostro mandata erat iurisdictio simpliciter, & sine aliqua conditione. Accedat etiam, quod in casu dd. §§. impedimentum subsidij erat, & cessabat in tertio, non autem in subrogante, & in subsidium substituente, vt mox, distinguendo docebimus.

413 Altius igitur repetendo hāc materiam, quatenus generaliter dubitari potest, An subrogatus in locum alterius impediti, cessante impedimento, desinat esse subrogatus, vel subrogatio spiret ipso iure, vel opus sit expressa reuocatione, sic distinguendum est. Aut subrogatio fit per modum mutationis, aut per modum subsidij. si per modum mutationis, cessante impedimento, quod causam, id est occasionem dedit mutationi, non cessat subrogatio, nec ipso iure, nec per reuocationem, cum in primo desierit esse omne ius l. si longius infra de Iud. si per modum subsidij, rursus distinguendum est, nam, aut Iudex, & magistratus subrogat aliquem in locum alterius impediti, aut in locum sui ipsius, delegando scilicet ex causa impedimenti, primo casu, aut cessatio impedimenti est certa, stabilis, & duratura, aut non est certum, cessationem duraturam esse, si cessatio est certa, subrogatio in subsidium ipso iure cessat, & in his terminis locum habent §. 1. 2. & 3. inst. de Attiliano Tutore, in quibus Tutor datus in subsidium, in locum testamentarij Tutoris impediti, quia, puta, si captus ab hostibus, cessante impedimento Tutoris principalis, ipso iure desinit esse tutor, si verò impedimentum sit variabile, ita vt certa, & duratura non sit illius cessatio, subrogatus non desinit esse subrogatus, hinc curator furioso datus, non statim desinit esse curator, ac furiosus resipiscit, cum possit habere dilucidum internallum, desinit tamen interim, administrare l.cum in alijs C.de curat. furiosi, secundo autem casu, in quo propriè versabamur, quando scilicet ex causa &, ob impedimētum magistratus, in casu permisso, delegauit, Aut, quando impedimentum cessauit, causa erat expedita, Aut non, si erat expedita, non modo per cessationem impedimenti, non cessat delegatio, sed si fiat reuocatio, nulla est, cum res non sit integra, si verò non sit expedita. Aut versamur in loci seruatore, aut in delegato, si dubiteamus de loci seruatore, concludendum est indistinctè cessare, cessante impedimento, & magistratu redeunte, alioqui pro nihilo esset in prouincia, Præses, & ita intelligo tex. in §. ad hæc prohibemus, in auth. de collat. si verò dubitamus de delegato, aut, redeunte delegante, & cessante impedimento, non cœpit cognoscere, aut cœpit, primo casu cessat delegatio ipso iure, cap. gratum de officio, & potestate iudic. deleg. secundo casu pariter, secundum communes traditiones, cessat ipso iure, sed nos dicimus, non cessare ipso iure, per rationes supra adductas, posse tamen delegantem reuocare, iuxta tex. in l. iudicium soluitur, *infra de iudicijs*, & ex his absoluta sunt omnia, quæ pertinebant ad quintam conclusionem.

414 Sexto, igitur loco colligo ex hoc tex. Validum esse in iure nostro argumentum a contrario sensu, a quo loco argumentum sumit *l.* C. in l. nostra, inferendo ex eo, quòd lege Iulia de vi nominatim cau. batur, vt is, cui contigerit exercitatio, possit eam, si proficiscatur mandare, vbi non proficiscatur, mandare non posse.

Occasione huius conclusionis, quæ optime probatur in tex. nostro, qui semper ad hoc propositum allegatur, plura perperam effundunt DD. hic, & ad nauseam vsque, nec non Euerardus in suis centum locis argum. in loco a contrario sensu, vbi, regulam affirmatiuam, nouem modis limitat, & latè disputat, distinguendo materias, quid in pactis, & contractibus, quid in feudis, in statutis, quid in priuilegijs, in rescriptis, quid in sententijs, in laudo, quid in mandatis, quid in depositionibus testium, & quid in vltimis voluntatibus, de quibus figillatim agunt etiam nonnulli hic, & in primis Hippol. Riminald. qui latissimè, & verbosè disputat de hoc argumento à cōtrario sensu, à num. 347. vsque ad num. 525. per quatuor, & quadraginta columnas, & Pyrr. Alphan. num. 138. vsque ad num. 216. per duas supra quadraginta columnas, tangit etiam breuiter Nicolaus Vigell. in sua dialectica Iuris, lib. 2. in loco à connexis, & à repugnantibus reg. 7. vbi ipse quoque, ad regulam affirmatiuam, octo affert limitationes, referens etiam se ad ea, quæ scripsit in locis, a cessante causa, a ratione cessante, ab exceptione, cum quibus locis, & ipse confundit locum à contrario sensu.

415 Ego verò, quia eiusmodi disputatio non pertinet ad rem, de qua potissimum agitur in hac

lege

lege nostra, sed in eam obiter incidimus, vna cum Papiniano, qui a lege Iulia de vi, a contrario sensu argumentatur, breuiter, & conclusiue procedendo, paucis aperiam, quid de eiusmodi sentiam arg. alias fusius, & opportunius hac de re disputaturus, & demonstraturus differentias inter hoc argumentum, & illud, quod sumitur ab exclusione, vel inclusione, a cessante causa, vel ratione, & ab exceptione, quæ confunduntur ab interpretibus hic, & alibi.

416 Illud igitur, in primis, admonendi sumus, Argumentum a contrario sensu propriè, & strictè illud esse, quod sumitur non ex propositione pura, & cathegotia, sed ex propositione, seu oratione hipotetica, & conditionali; vt in hac l. nostra, & in l. si procuratorem, in §. si ignorantes, infra mandati, & in alijs similibus.

417 Argumentũ igitur a contrario sensu est, quando id, quod affirmatur sub conditione affirmatiua, in sensu directo, in sensu cõtrario, negatur sub negatiua cõditione, vt in casu legis nostrę, in sensu enim directo affirmabatur in legi Iulia de vi posse delegari, & mandari illius iudicij exercitionem, sub ea conditione affirmatiua, si magistratus proficisceretur, in contrario autem sensu negatur mandari posse eandem exercitionem sub conditione negatiua, si magistratus non proficiscatur, idem quoque esset, si quod negatum esset sub conditione negatiua, in sensu directo, affirmaretur sub conditione affirmatiua, in sensu cõtrario, vel quod affirmatum esset sub negatiua conditione, in sensu directo negaretur sub conditione affirmatiua, in sensu cõtrario, aut econtra, quod esset in sensu directo negatũ sub cõditione affirmatiua, affirmaretur, in sensu contrario sub cõditione negatiua, nec eiusmodi limites egreditur proprium, & verum argumentum a contrario sensu, quicquid DD. hic, & alibi comminiscantur, inuoluentes potius, quam explicantes hanc ma-

418 teriam. Et hoc genus argumenti, iure optimo, Papinianus hic fortissimum appellat, quia semper, & indistinctè, in qualibet materia,

419 ex vi verborum, quorum virtus, & proprietas, neque ab homine, neque a lege tolli, & mutari potest l. labeo §. id Tubero ff. de supell. legata l. 2. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu

420 consum. validissimum est, & efficacissimum, non tamen semper, quod per d. argumentum concluditur, vim legis, & efficacis dispositionis habet, propterea quod, si conclusio, quæ inde sequitur turpis sit, & aut legibus, aut bonis moribus aduersetur, reijcitur, & hoc voluerunt dicere interpretes, quando dixerunt, non valere argumentum a contrario sensu, si sequatur absurdus intellectus, & legum correctio, sed valet quidem argumentum, & concludit, id tamen, quod concluditur, tamquam turpe, & legibus aduersans reijcitur, non quia peccatum, & defectus sit in forma, sed in materia, & hoc

421 optime probat, si rectè perpendatur l. 2. C. de condit. insert. vt scitè admodum obseruauit Cęsar Cossa, lib. 3. variarum ambiguitatum, cap. 10. illud enim, quod per argumentum a contrario sensu colligitur ex d. l. 2. §. 3. si mulier illa diuertat a marito non caueat, reijcitur, quia contra formam edicti est, lex igitur non impedit, neque impedire potest sequelam, & conclusionem argumenti, sed sumptum argumentum, & verborum vi, concludens, tamquam contra edictum, reijcit, id quod facit lex non modo in ijs, quæ fluunt ex argumento a contrario sensu, sed reijcit etiam, & pro non scriptis habet dispositiones, & conditiones in sensu directo expressas, si bonis moribus, vel iure aduersentur l. iurisgentium §. prætor ait l. si vnus §. quæ turpem infra de pa&. l. conditiones, quæ, & l. conditiones contra, infra de condit. instit. Alijs autem iuribus, quæ videntur vniuersali huic nostræ conclusioni aduersari, sigillatim respondet singulis idem Cęsar Cossa in d. c. x. præterquamquòd pleręque, ex legibus in hac materia prolatis, potius referendæ sunt ad alia argumenta similia, quam ad argumentum a contrario sensu, de quo agimus, quodque cum illis, etiam Cæsar Cossa confundit, & in primis

422 l. conuenticula C. de Episcop. & cler. referenda est ad argumentum ab exclusione, non a contrario sensu, quod in ea est concludens, quicquid dicat vulgus interpretum, qui illius verum sensum, non perceperunt, ibi enim con-

423 uenticula, non accipiuntur in malam partem, vt obseruauit etiam, plura bonorum auctorum loca adducens, Costa in sæpius memorato cap. x. quando immo ad missas, & sacrificia refertur, vt, in specie, non contẽdendis auctoritatibus, probauit bene eruditus Pancirol. in suo thesauro var. lect. cap. 77. in vers. conuenticulum. quatenus ergo, inquit tex. conuenticula illicita extra Ecclesiam, idest missæ, & sacrificia, quæ sunt illicita extra ecclesiam, in priuatis ædibus celebrare prohibemus, ergo in ecclesia, in qua sunt licita, permittemus celebrare, & sic in d. l. conuẽticula si rectè intelligatur, argumentũ ab exclusione est verissimum, & validissimum, nec necesse est ad vitandã absurditatem addere particulam, etiam, quæ abest ab emendatioribus condicibus, eam enim addiderunt imperiti, & non intelligentes conuenticuli significationem, quod ad missæ sacrificium refertur, vt patet etiam ex vltimis illius legis verbis. proscriptionis domus periculo imminente. si dominus in ea clericos, noua, ac tumultuosa conuenticula, extra ecclesiam celebrantes, susciperet, & hæc de argumento a contrario sensu sufficiat hic breuiter tetigisse.

424 Septimo nunc, & vltimo loco, colligo ex hoc tex. vna cum glos. in vers. non aliter. Generali concessione, ea dumtaxat transire, quę specialiter possunt concedi, circa quam conclusionem contigit, breuiter, de quatuor dubitari.

Primum

Primum, an vera sit conclusio vniuersaliter.
Secundo, an in specie, mandata generali iuris-
dictione, transeat etiam merum imperium.
Tertio, an merum imperium sit delegabile
de iure canonico.
Quarto, an Princeps, concedendo alicui
omnem castri iurisdictionem, censeatur etiam
merum, & mixtum imperium concedere.
Quod attinet ad primam dubitationem, vi-
detur concludendum negatiuè.
425 Primum, per tex. in l. quædam ff. de acquir.
rerum dom. hoc modo inducendo, si cum vni-
uersitate non transirent interdum etiam ea, quæ
specialiter non possunt concedi, in hæredem in-
stitutum, fundus dotalis, qui per se nequit alie-
nari, Inst. in princ. quibus alien. licet, vel non,
& res, quæ non sunt in commercio, quæ pariter
per se alienari nequeunt, Inst. in princ. de inu-
til. stip. non transirent. At in hæredem, cum
vniuersa hæreditate, transeunt d. l. quædam, er-
go cum vniuersitate ea quoque transeunt, quæ
specialiter, & per se concedi non possunt.
426 Secundo, si cum vniuersitate, ea etiam, quę
in specie transferri in aliquem non possunt, non
transirent, seruus mihi ea lege donatus, vt ad
Titium non perueniret, ad eundem Titium, a me
hæredem institutum, non posset cum hæredita-
te transferri, sed transfertur l. si ita §. ea lege in-
fra de verborum oblig. igitur interdum, ea quo-
que, quæ in specie, & nominatim concedi non
possunt, cum vniuersitate transeunt.
427 Tertio, si quæ specialiter alienari, & con-
cedi non possunt, cum vniuerso non transi-
rent, vendito prædio, vniuerso, non transiret
locus in eo sacer, cuius prohibita est alienatio
§. sacræ res Inst. de rerum diuis. sed transit, &
accedit venditioni maioris partis l. in modicis,
infra de contrahenda empt. igitur res quoque
prohibitę specialiter alienari, transeunt cum
vniuersitate.
His tamen non obstantibus, arbitratur Ac-
curs. hic, in verbo, non aliter, veram esse con-
clusionem vniuersaliter, generali scilicet conces-
sione, ea tantum transire, quæ specialiter, &
per se possunt concedi, & cum eo videntur
omnes sentire, licet dubiam eam relinquat Bo-
logn. hic num. 13. quicquid sit probatur Accur-
sij sententia per tex. nostrum, si hoc pacto ra-
tiocinemur,
Si ea quoque, quæ nominatim, & in specie
concedi nō possunt, cum vniuersitate transirent,
vbicumque quis, etiam citra absentiæ necessi-
tatem, vniuersam mandaret iurisdictionem, im-
perium quoque merum, sibi specialiter conces-
sum, in delegatum transiret, sed non transit, vt
patet in l. nostra, ergo cum vniuersitate, ea
transeunt dumtaxat, quæ specialiter, & per se
possunt concedi.
428 Non obstant adducta ex aduerso, & præser-
tim primum argumentum, quia d. l. quædam ha-
bet locum in iure vniuersali, non in simplici vni-
uersitate, & longa est differentia, inter ius
vniuersale, & vniuersitatem, vt soliti sumus
declarare ad rub. infr. solut. matr. hæreditas enim
est ius vniuersale, cum sit vnus ex modis acqui-
rendi per vniuersitatem, de quibus in §. vltimo
Inst. per quas person. nob. acquir. vniuersitas au-
tem est veluti peculium, grex, patrimonium, &
similia, quæ sunt res acquisibiles, & acquisibiles
429 titulo etiam particulari, cum hæreditate igi-
tur, quæ est ius vniuersale, id est successio in
vniuersum ius defuncti l. hæreditas infra de reg.
iur. admittimus transire etiam ea, quæ separa-
430 tim, & specialiter alienari, & in alium tra-
sferri non possunt, cum hæres ab eo, cui succe-
dit non intelligatur esse persona diuersa Auth.
431 de iure iur. a morient. præst. in princ. & res
ipsę inalienabiles transeant in hæredem cum ea-
dem qualitate, & iure, vt alienari non possint l. 1.
in fin. infra de fund. dotali, & in his terminis lo-
cum habet d. l. quædam, cum vniuersitatibus au-
tem, quę titulo singulari acquiruntur, *vt puta*,
cum vniuersa Iurisdictione, quæ *transit in dele-*
gatum particulari titulo mandati §. qui manda-
tam infra eadem l. nostra, non transeunt, nisi
quæ nominatim quoque, & in *specie* concedi
potuissent.
432 Nec facit negocium secundum petitum a d.
§. ea lege, primum quia illi potest eadem re-
sponsio accommodari, cum seruus, de quo ibi
ei acquiratur, ad quem lege conuentionis non
poterat peruenire, titulo vniuersali hæreditatis,
præterea in d. tex. ille donatarius non præcisè
tenebatur ad illud factum negatiuum, ne ad Ti-
tium, puta, perueniret, cum potuisset etiam no-
minatim, & in specie eidem Titio vendere, vel
donare d. seruum, non obstante conuentione,
quæ non poterat impedire serui translationem,
sed tantummodo facere, vt donatarius ille con-
trafaciens, ad interesse teneretur, vt colligitur ex
eod. §. in fin.
433 Nec obstat tertium, quia d. l. in modicis, non
loquitur de vniuersitate, sed de specie, de agro
scilicet, vel prædio, in quo erat paruus locus
sacer, qui accedit venditioni maioris partis,
vt dicit ille tex. & sic ad rem non facit, quia nos
loquimur de vniuersitate, hoc est de toto colle-
ctiuo, quod contineat plures res realiter inter
se distinctas, & discretas, & per se considera-
biles separatim, quarum aliqua specialiter, &
per se non possit concedi, aut alienari. Præte-
rea non transit in d. l. in modicis paruus ille lo-
cus sacer, in emptorem, cum illius dominium
non ideò acquirat, sed accedit rei principaliter
venditę a qua trahitur quidem, sed cum sua
qualitate, vt sacer remaneat, quod aliud est,
& ex his euidentius, ni fallor, soluuntur ex ad-
uerso allata argumenta, quàm solutionibus alla-
tis a Castrense, & Decio hic.
434 Ex solutionibus autem eiusmodi, colligi
potest

potest, in hac materia, non contemnenda distinctio, quia, aut dubitamus, an etiam ea, quæ specialiter non possent concedi, transeãt cum ea vniuersitate, quæ iuris vniuersalis recipit appellationem, & facit, vt successor repræsentet personam transferentis vniuersitatem, cuiusmodi est hæreditas, & bonorum possessio, aut, an transeant cum alijs vniuersitatibus, quæ potius ad factum, quàm ad ius referuntur, & acquiruntur titulo particulari. primo casu transeunt, sed cum sua qualitate, & in his terminis vendicat sibi locum l. quædam de acquir. rerum domin. & l. si ita in §. ea lege, infra de verb. obligat. secundo autem casu, possumus rursus distinguere, nam, aut dubitamus, an transeant per modum accessionis, ad rem aliquam principalem, cui, tamquã pars materialis, & integralis, cohęreat, aut numquid trãseat, per modum principalis acquisitionis, & per se, in personam ipsam. si per modum accessionis, dicendum est posse transire, arg. l. in modicis infra de contrahenda empt. si per modum principalis acquisitionis, nequaquam, &, in his terminis, procedit tex. noster, & opinio glos. & ideo, si, citra causam necessariæ absentiæ, mandetur vniuersa Iurisdictio ab eo, qui merum habeat imperium, specialiter sibi tributum, imperium merum, quod non posset transire, nisi per modum principalis acquisitionis, & per se mandari, tunc non potest, neque cum vniuersitate trãsire, mixtum autem imperium, per modum accessionis transiret, quicquid dixerint Salyc. ad l. placet C. de ped. Iud. & Ant. de Butrio, & Imola ad c. si quis contra clericũ, de foro cõpet. & alijs in locis adductis hic per Alex. nu. 71.

435 Subsequitur modo secundus Articulus, an scilicet mandata generaliter Iurisdictione, intelligatur etiam trãsferri merum imperium, in casibus, vbi specialiter potuisset, & nominatim mãdari, puta magistratus absuturus, qui sine dubio, ob necessariã absentiam, poterant nominatim, & in specie mandare causas meri imperij, mandauit simpliciter suã Iurisdictionem, vtrum intelligatur etiam merum imperium mandasse.

In hoc Articulo, quem latissimè disputat Alex. hic à nu. 66. vsque ad num. 76. videntur, de more, dissentire interpretes, negatiuam enim opinionem, videntur tenere in fortioribus terminis Guiliel. de Cuneo hic, & Ant. de Butrio, & Imola, ad cap. si quis contra clericum de foro compet. & ad clem. auditor, de rescriptis, nec non idem Imola, ad cap. ex literis de offic. & potest. Iud. deleg. videtur tenuisse etiam Salycet. ad d. l. placet C. de ped. Iudic. quos citat Alex. hic pro hac parte num. 71. vers. vltra argumenta, & hanc sententiam, in specie, contra Alex. probauit Iacob. de Nigr. hic num. 134.

436 Primum, pro hac opinione, sic ratiocinantur. in generali mandato, ad lites, & causas, procuratori facto, & iniuncto, non veniunt causæ criminales, quæ ad merum imperium referuntur, clem. non potest, de procurat. l. non solum §. vltimo de procurat. l. 3. §. si procurator, vbi Bald. in lectura antiqua, ff. quod quisque iur.

437 cum alijs adductis per Alex. hic num. 69. sed delegatio, aut mandatum est §. qui mandatam, infra hac ead. l. nostra, aut mandato æquiparatur l. & quia infra de Iurisd. omnium Iud. c. cum olim abbas, vbi notat Innoc. de offic. & potest. Iud. deleg. tradit idem Innoc. ad cap. in nostra, de procurat. ergo nec in mãdata, generaliter, Iurisdictione, meri imperij causæ cõpræhenduntur.

438 Secundo, si mandata Iurisdictione, imperium merum transiret, Legatus Proconsulis, vbi ei iurisdictio demandaretur, animaduersionem haberet, sed non habet, vt patet in §. qui mandatam, infra eadẽ l. nostra; ergo, vniuersaliter iurisdictione mãdata, non transfertur merũ imperiũ,

439 Tertio, specialiter concessa, generali mandato non transferuntur, & in generalem concessionem non veniunt c. quod translationem de offic. legat. At merum imperium magistratibus specialiter est tributum, vt patet in l. nostra, igitur generali mandato, & concessione non compræhenditur, & non transfertur.

Quarto, & vltimo omissis leuioribus, adducitur tex. vrgentissimus in c. 2. de off. Vicar. lib. 6. licet (inquit tex.) in officialem Episcopi, per commissionem officij, generaliter sibi factã, causarum cognitio transferatur, potestatem tamen, inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum excessus, seu aliquos, a suis beneficijs, vel administrationibus, ammouendi, transferri nolumus in eundem, nisi sibi specialiter committantur. Profectò, si generaliter mandata iurisdictione, transirent etiam causæ meri imperij, in d. cap. 2. per cõmissionem officij, generaliter factã, etiam potestas inquirendi, corrigendi, & puniendi fuisset in officialem translata, quæ ad merum imperium refertur, sed, eiusmodi potestas, non intelligitur mandata, & concessa, nisi specialiter sit commissa, ergo causæ meri imperij, generali Iurisdictionis mandato, non compręhenduntur, & non transferuntur.

His tamen, & similibus argumentis, non obstantibus, in contrariam init opinionem Alex. hic num. 73. qui eũdem adscribit Abbati, & alijs ad d. cap. si quis contra clericum, de foro cõpet. &, pro hac sententia, duodecim in medium affert argumenta, Ego tamen eligam potiora.

Primum igitur, sic, per tex. in l. nostra, possumus argumentari. si sub generali mandato meri imperij causæ non comprehenderentur, magistratus, quibus specialiter esset lege, senatus consulto, vel principis constitutione merum imperium tributum, mandando Iurisdictionem, non errarent, quia non intelligerentur delegare, nisi ciuiles causas, quæ ad simplicem iurisdictionem referuntur, sed errant, quia scilicet, eo modo iurisdictionem mandando, videntur etiam publici Iudicij exercitationem, quã habent mandare,

igitur, generali Iurisdictionis mandato, causæ quoque meri imperij comprehenduntur. Præterea necesse est eodem modo posse mandari; ex causa necessariæ absentiæ meri imperij causæ, quo modo, vbi causa absentię non subest, mandari prohibentur, per locum ab exceptione, quæ semper debet esse de regula l. sed an vltro §. si quis autem ff. de negoc. gest. Barr. ad l. si cum
440 §. qui iniuriarum ff. si quis caut. & per regulam, idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito l. vltima in §. vltimo infra de leg. 3. At neque specialiter, neque generali Iurisdictionis mandato, potest, sine causa, merum imperium ad alium transferri, vt patet ex hoc eodem tex. ergo vtroque modo, ex causa necessariæ absentiæ, & in casibus, in quibus est delegabile, mandari potest, & hoc modo inducendo, DD. responsiones, præsertim Bolog. hic num. 133. versiculo. si verò, difficultatem, & argumentationis vim, non tollunt.

441 Secundo principaliter, si merum imperium, non posset generaliter, mandata iurisdictione, transferri, nec mixtum imperium, quod, sui natura, secundum communes traditiones, est indelegabile, in casibus, in quibus mandari specialiter potuisset, intelligeretur, mandata iurisdictione, translatum, sed potest mixtũ imperium, in casibus, in quibus est delegabile, generali Iurisdictionis mandato, in alium transferri l. cognitio infra eod. l. vltima in fin. C. vbi, & apud quem cogn. relt. in integr. agitand. sit. ergo nihil impedimento est, quominus etiam causæ meri imperij, generali mandata iurisdictione, transferantur. Nec dicas, in memoratis iuribus, esse admissum, vt cognitio suspecti, & disceptatio de in integrum restitutione, generali Iurisdictionis mandato, transferatur, speciali pupillorum, & minorum fauore, quia non minori fauore digna est publica illa vtilitas, quæ in eo consistit, vt magistratu absente, delicta non remaneant incognita, & impunita.

442 Tertio, si, generaliter, mandata iurisdictione, merum quoque imperium, in casibus in quibus delegabile est, non transiret in delegatum, nec Legatus Proconsulis, qui, ad vniuersitatem causarum, mandatam habet iurisdictionem, posset de criminibus cognoscere, sed potest l. solent l. legati supra de off. Proconſ. & leg. iuncta l. 1. C. eod. igitur, generaliter mandata iurisdictio, comprehendit, cum effectu, etiam merum imperium.

443 Quarto, & vltimo, omissis alijs leuioribus, adductis hic per Alex. quę loquuntur in loci seruatoribus, & in terminis valde diuersis à nostris, ad mentem eiusdem Alex. sic argumentor. Eadem est virtus generis, quo ad genus, quæ est speciei, quo ad speciem l. si duo infra de administr. tut. in fin. l. omnes C. de præscript. 30. annorum facit regula l. quæ de tota, infra de rei vendic. At in casibus delegabilibus, si ea species, vel pars Iurisdictionis, quæ merum imperium appellatur, mandetur, sine dubio transfertur, vt probatur in l. nostra, & nemo negat. ergo eodem modo transfertur, si iurisdictio in genere, quæ propriè illud sub se comprehendit,
444 mandetur, præsertim, cum expræssio in genere, æquiparetur expræssioni in specie, per ea, quæ tradunt Bart. & DD. ad l. 1. & 2. infra de vulgar. & pupill.

445 Non obstant adducta ex aduerso, & præsertim primum argumentum, quia non licet argumentari de mandato, procuratori facto, ad lites, & causas, ad mandatum Iurisdictionis,
446 primum, quia est diuersa ratio, cum causæ criminales, non debeant agitari per procuratorem l. penul. §. ad crimen infra de public. Iud. secundo, quia, non ita expedit domino causas criminales exagitare per procuratorem, quemadmodum magistratus discedentis, & absentis, atque adeo ipsiusmet Reipublicæ interest, criminales causas, & meri imperij crimina cognosci ab eo, cui ad vniuersitatem causarum mandata est iurisdictio, & propterea, vt *in mandato generali, non comprehendantur causæ criminales*, expressum est in iure, vt patet in legibus allegatis, in materia autem iurisdictionis, totum contrarium videtur expressum, nempè, vt generalis iurisdictionis delegatione, causæ meri imperij transferantur, vbi scilicet sint delegabiles, vt hic, & alijs in locis supra adductis
447 pro posteriore Alex. sententia, nec mirum, quia iurisdictio in genere sumpta, propriè, & vniuocè de mero imperio prædicatur, vt probauimus supra ad rub. quicquid dixerit M. Anton. Muret. vir aliqui doctus, & eruditus.

Nec facit negocium secundum, quia si legatus, ex generaliter mandata iurisdictione, non habeat causarum meri imperij definitionem, & executionem, quam nec specialiter potuisset Proconsul mandare, habet tamen criminalium causarum cognitionem, vt patet in d. l. 1. *C. de offic. Proconſ.* & legat. cum alijs supra adductis, argumentum ergo potius reflectitur.

448 Nec obstat tertium, petitum à d. c. quod translationem, quia locum habet in reseruatis Summo Pontifici, quæ numquam, generali aliqua concessione, comprehenduntur, vt potè, quæ ab omni genere sunt exempta, quæque sui natura, sunt indelegabilia, Bald. ad l. gesta in princ. C. de re Iudic. Felin. ad cap. quod sedem de offic. ordinarij, tradunt DD. communiter hic Alex. num. 4. Dec. num. 30. Cagnol. num. 40. Bolognet. num. 47. & alij recentiores omnes, quæ autem sint reseruata Summo Pontifici, & Imperatori, tradunt Bald. & Iason. ad l. rescripta C. de prec. imperat. offer. Speculator in titulo de legato in §. nunc ostendendum est. & nouissimè Menoch. conf. 604. num. 7.

449 Nec facit negocium quartum, & vltimum, petitum à d. cap. 2. de offic. Vicar. lib. 6. quod plurimum

plurimum videbatur vrgere, quia, omiſſis re-
ſponſionibus Alex. & Bolog. quæ difficultatẽ non
diluunt, dicimus nos, in d. cap. 2. non agi de man-
data iuriſdictione in genere, ſed de commiſſione
officij generaliter facta, intelligitur autem fieri
generaliter commiſſio officij, quando aliquis
eligitur ab Epiſcopo Vicarius generalis, quo
caſu eidem Vicario, ſiue ſit Iudex ordinarius,
ſecundum communes traditiones, ſiue delega-
tus ad vniuerſitatem cauſarum, vt opinamur
nos, non intelligitur conceſſa, niſi illa iuriſdi-
ctio, quæ ſibi à lege fuit data ab initio, quando
fuit Vicarij officium inſtitutum, quamobrem,
cum merum imperium non fuerit ab initio Vi-
cario conceſſum, nec intelligitur mandari ab
Epiſcopo, committente alicui generale Vicarij
officium, niſi ſpecialiter illud ei mandet d. c. 2.
cuius hũc veriſſimum arbitror eſſe intellectum.

450 Verũ cum ſupponatur in d. cap. 2. poſſe Epi-
ſcopum nominatim ſaltem, & ſpecialiter man-
dare, & committere Vicario cauſas meri impe-
rij, videtur poſſe inferri, de iure canonico, merũ
imperium etiam à non proficiſcente, eſſe dele-
gabile, id quod communiter tenent interpretes
hic, per d. c. 2. per cap. in Archiepiſcopatu, de
raptor. per cap. quod ſedem de offic. ordin. per
cap. vltimum, ne Clerici, vel Monaci lib. 6. per
clement. primam in §. 1. de hæretic. & per alia
ſimilia, quibus tamen reſpondent ſigillatim con-
trarium ſentientes, Dec. Bologn. & Pyrrus Al-
phan. hic num. 62. & Didacus Couar. lib. 3. va-
riarum reſol. cap. vltimo, nec non Menoch. lib.
2. de Arbitr. Iudic. q. 74. num. 9. & nouiſſimè
Andreas Fachin. lib. IX. controuerſ. Iur. cap. 98.
& lib. 12. cap. 93. Ego autem, nec illis, nec iſtis
aſſentior, puto enim eodem modo eſſe delegabi-
le merum imperium, de iure canonico, quo mo-
do eſt delegabile de iure ciuili, ideſt, quando
competit iure magiſtratus, & iure proprio, vt
Regi Siciliæ in d. cap. in Archiepiſcopatu, Epi-
ſcopo in d. cap. 2. & in alijs ſupra allegatis, me-
rum enim imperium, ſpecialiter tributum, neu-
tro iure eſt delegabile, vbi verò competit iure
magiſtratus, vtroque iure eſt delegabile, vt ſu-
pra latè probauimus, & patet ex textu noſtro, ſi
451 rectè perpendatur, nec eſt temerè conſtitu-
enda differentia, inter ius ciuile, & canonicum
c. 1. & 2. extra de nou. operis nunc. vbi gloſ.
facinne tradita per Iaſ. ad l. filium, quem ha-
bentem C. famil. erciſc. num. 8.


452 Quatenus ergo generaliter dubitatur, an me-
rum imperium tranſeat in delegatum, generali
mandata iuriſdictione, altius repetendo mate-
riam, ſic diſtinguere debemus. Aut deleganti
competit merum imperium iure magiſtratus,
aut habet illud ſpecialiter tributum, ſi iure ma-
giſtratus, mandata generali iuriſdictione, tranſ-
fertur, vt probatur hic, & in d. cap. in Archie-
piſcopatu. & in alijs iuribus à nobis adductis ſu-
pra, in primo Articulo primæ concluſionis num.
115. cum pluribus ſeqq. ſi verò habet merum
imperium, quia ſpecialiter ſit tributum, rur-
ſus diſtinguendum eſt, nam, aut non ſubeſt cau-
ſa, aut ſubeſt cauſa neceſſariæ abſentiæ, vel ſi-
milis, ſi quà eſt. primo caſu, non transfertur,
vt probat apertiſſime tex. noſter, ſi verò ſubeſt
cauſa, Aut verſamur in reſeruatis Principi, aut
in non reſeruatis, ſi in reſeruatis, non tranſeunt.
d. cap. quod translationem, de offic. legat. niſi
ab eo, qui mandandi facultatem habeat, ſpe-
cialiter, & nominatim mandetur, vt, de con-
fiſcatione omnium bonorum, dicit Alex. hic
num. 75. per l. 1. C. ne ſine iuſſu Princip. liceat
cert. iud. confiſcare. notat etiam Bart. ad l. vl-
timam ſupra de offic. Præf. Vigilum, tradit la-
tè Fachineus lib. XII. controu. iuris cap. 95. ſi
in non reſeruatis, vbi, ex cauſa neceſſariæ abſen-
tiæ, iuriſdictio generaliter mandatur; merum
etiam imperium tranſit, vt probauimus per tex.
noſtrum, & alijs pluribus rationibus ſupra in
ſecundo articulo huius vltimæ concluſionis. ge-
neralis enim Iuriſdictionis delegatio debet in-
telligi, vt omnia comprehendat, quibus pro-
priæ poteſt iuriſdictionis nomen conuenire, etiã
453 ſi coniectura mentis eſſet in contrarium, cum
mentis, non dico euidentia, ſed coniectura ſuc-
cumbat verborum proprietati, vt notanter do-
cet Alciat. lib. 1. de verborum ſignif. num. 25.
nihil enim eſt, quod maiorem faciat mentis con-
454 iecturam, quàm verba, quæ ſunt notæ eorum,
quæ ſunt in mente, vt poſt Philoſophum lib. 1.
de interpret. cap. 1. docet I. C. in l. labeo §. id
Tubero, infra de ſuppel. legat. tradit Bald. ad l.
Iuriſgentium, in §. pactorum num. 5. infra de
455 pact. cum ſimilibus, ſed nomen iuriſdictio-
nis, quæ eſt genus ad merum imperium, eidem
456 mero imperio propriè conuenit; genus enim
æque propriè prædicatur de omnibus ſuis ſpe-
ciebus, l. ſi quid earum §. inter emptum, de leg.
3. cum vulgaribus, igitur nihil eſt impedimento,
quominus, ſub generali iuriſdictionis mandato,
merum quoque imperium comprehendatur.

457 Et ex his poſſumus, ſine diſputatione, infer-
re ad reſolutionem quarti articuli, vt ſcilicet
Princeps concedens Caſtrum, cum iuriſdictione,
intelligatur concedere, etiam merum, & mixtum
458 imperium, præſertim, cum Principum bene-
ficia ſint latiſſimè interpretãda, per l. beneficium
459 ſupra de conſtitut. Princ. Hoc tamen locum
non haberet in Regno Neapolitano, cũ conſtitu-
tione cautũ ſit, in eo Regno, vt merum imperiũ
nunquã transferatur, per quamcumque genera-
lem, & prægnantem cõceſſionem, niſi nominatim
exprimatur, vt teſtatur Io: Bolog. hic num. 134.

460 Noſtros eiuſmodi, ad Rub. & ad l. 1. de off.
eius. commentarios, eodem modo, quo fuerunt
à nobis Ticini conſcripti, Anno 1596. Typis ex-
cudi curauimus, & ſi in nonnullis, ſententiam
mutauimus, vt quandoque, Deo dante, ad l. Im-
perium, infra de iuriſd. omn. Iud. manifeſtum fiet.

AD §. QVI MANDATAM

SVMMAE RERVM, ET VERBORVM.



1 *IVISIO tex.*

2 *Summa.*

3 *Facti ſpecies circa primam partem.*

4 *Proprium dicitur alicuius, quod in eum ab alio tranſlatum eſt.*

5 *Dare, verbũ, dominij trãſlationem ſignificat.*

6 *Legatus Proconſulis, poſtquam ſibi mandata eſt Iuriſdictio, propriam dicitur habere Iuriſdictionem.*

7 *Proconſul appellatur à ſententia legati, & num. 25.*

8 *Proconſul non poterat à legato adimere iuriſdictionem mandatam, inconſulto Principe.*

9 *Proprium aliquid non dicitur habere, qui utitur alieno.*

10 *Aliena dicuntur ea, quorum vſum, vel vſumfructum habemus.*

11 *Prætor, cui mandata eſt iuriſdictio non pro ſuo imperio agit, ſed pro eo, cuius mandato ius dicit.*

12 *Noſtra omnia non ſunt, quæ in nos transferuntur.*

13 *Vti non poſſumus, quæ in nos non transferuntur.*

14 *Procurator noſtrarum actionum vſum habet, non proprietatem.*

15 *Iuriſdictio interdum iuriſdictionis exercitium ſignificat.*

16 *Iuriſdictionem habere delegatam, eſt habere iuriſdictionem alienam.*

17 *Iuriſdictionem propriam habet, qui habet ordinariam.*

18 *Lex cognitio, infra eodem, declaratur.*

19 *Iuriſdictio propria mandatur, non aliena.*

20 *Dare, verbum, non ſemper dominij tranſlationem ſignificat.*

21 *Antinomia inter hunc §. & l. legati ſupra de offic. proconſul. & legati, pluribus modis ſoluitur, & ſingulariter ab Auctore.*

22 *Antonij Vacchæ emendatio legis legati de off. Proconſulis improbatur.*

23 *Cæſaris Coſtæ intellectus ad l. legati de offic. proconſ. l.*

24 *Niſi, dictio exceptiua, facit exceptionem generis, non qualitatis.*

25 *Iacobi Cuiacij ſolutio antinomiæ inter hunc tex. & l. legati ff. de offic. Proconſul. & legati.*

26 *Appellari idem à ſe ipſo non poteſt.*

27 *Appellatio ad prætorem, ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, non datur.*

28 *Legatus Proconſulis creatur à ſenatu, vel à Principe, non à Proconſule, & num. 30.*

29 *Proconſul cogitur legato mandare iuriſdictionem.*

30 *Lex ſolent de offic. Proconſulis, declaratur.*

31 *Legatus Proconſulis poterat dare iudicem, quod alij delegati facere non poterant.*

32 *Delegatus Principis poteſt Iudicem dare.*

33 *Legati Proconſulum poterant, poſt mandatam ſibi iuriſdictionem, tutores dare.*

34 *Legatis Proconſulum plura competunt, quæ alijs, mandatam habentibus iuriſdictionem, non competunt.*

35 *Auctoris antinomiæ ſolutio inter hunc tex. & l. legati de offic. Proconſul. & legat.*

36 *Legatos plures interdum vnus Proconſul habebat.*

37 *Legatus Proconſulis habet propriam Iuriſdictionem reſpectu aliorum legatorum, quibus diuiſim mandatur, non reſpectu Proconſulis mandantis.*

38 *Legatus non pendebat omnino à Proconſule, quemadmodum cæteri delegati à delegante.*

39 *Facti ſpecies circa ſecundam partem.*

40 *Iuriſdictionis appellatione venit etiam merum imperium.*

41 *Imperium merum ſui natura eſt delegabile.*

42 *Specialiter lege S. C. vel Principis conſtitutione tributa, mandata iuriſdictione, non transferuntur.*

43 *Merum imperium eſt ſpecies iuriſdictionis indelegabilis.*

44 *Facti ſpecies circa tertiam partem.*

45 *Legatus Proconſulis, mandata ſibi iuriſdictione, poteſt dare tutores, de tutoribus ſuſpectis cognoſcere, Iudices dare, & alia facere, quæ iure magiſtratus non competunt.*

46 *Cognitio cuſtodiarum ad merum imperium refertur.*

47 *Animaduerſio maior, cum mandata iuriſdictione, non tranſit.*

48 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & 57. limitatur num. 61.*

49 *Specialia non ſunt multiplicanda.*

50 *Datio tutoris mandari non poteſt.*

51 *Legato Proconſulis, tutoris dandi facultas ſpecialiter tributa eſt oratione Diui Marci.*

52 *Tutoris dandi facultas, & ijs, qui in magiſtratu non erant fuit quandoque ſpecialiter tributa.*

53 *Legatus Proconſulis dare iudicem non poterat, niſi lege ſibi ſpecialiter concedebatur.*

54 *Proconſul, non habebat facultatem dandi iudicem iure magiſtratus, ſed ſpecialiter lege tributam.*

55 *Cognitio ſuſpecti, non competit legato Proconſulis ex mandata iuriſdictione, ſed ex conſtitutione Diui Seueri, & Antonini.*


56 *Legatus Proconſulis cuſtodiarum cognitionem non habet ex generali mãdata Iuriſdictione, ſed*

ne, sed ex particulari extraordinario mandato.
57 *Facti species circa quartam partem.*
58 *Iurisdictio, & mixtum imperium differunt.*
59 *Imperium mixtum, transit cum iurisdictione mandata.*
60 *Iurisdictio, sine modica coerctione, nulla est.*
61 *Inclusio vnius, non est exclusio alterius connexi.*
62 *Iurisdictio sine mixto imperio esse non potest.*
63 *Imperium mixtum differt a iurisdictione in specie, sed est iurisdictio in genere.*
64 *Litteralis tex. expositio.*
65 *Iurisdictio delegata, respectu delegati, est aliena.*
66 *Io: Corrasij intellectus.*
67 *Legatus habet vsum Iurisdictionis Proconsulis non proprietatem.*
68 *Antonij Vaccha emendatio huius §.*
69 *M. Antonij Mureti emendatio.*
70 *Marcianus notas ad Papinianum scripsit.*
71 *Verius est, particula, in tex. videtur referenda ad ius controuersum.*
72 *Emendationes Vaccha, & Mureti ab Auctore reprobantur.*
73 *Vti nemo potest eo, quod non habet.*
74 *Iurisdictio, interdum iurisdictionis exercitium significat.*
75 *Legis appellatione large venit, & senatusconsultum, & Principis constitutio.*
76 *Relatiuum quod, restringit suam antecedens.*
77 *Mandatum cognitionis custodiarum, quod extra ordinem fiebat a Proconsule legato factum est hodie ordinarium.*
78 *Differentia inter punitionem, & animaduersionem.*
79 *Paulus notat, declarando, non reprehendendo.*
80 *Mixtum imperium dicitur Iurisdictioni cohærere, & Iurisdictio mero imperio inesse.*

---

§.

QVI Mandatam Iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet: sed eius, qui mandauit, Iurisdictione vtitur. Verius est enim, more maiorum, Iurisdictionem quidem transferri, sed merum Imperium, quod lege datur, non posse transire. Quare nemo dicit animaduersionem Legatum Proconsulis habere, mandata iurisdictione. Paulus notat: & imperium, quod Iurisdictioni cohæret, mandata Iurisdictione transire.

1 IC §. facilioris, & commodioris intelligentiæ gratia, diuidi potest, ad mentem Baldi, in quattuor partes, in quarum prima docet Papinianus, eum, qui mandatam suscipit iurisdictionem, proprium nihil habere, sed eius, qui mandauit iurisdictione vti. in secunda affirmat in delegatum iurisdictionem quidem transire, scilicet delegantis, non autem merum imperium. in tertia infert, ex iam dictis, legatum Proconsulis, cui mandata est iurisdictio, animaduersionem non habere. in quarta affirmat ex sententia Paul. I. C. cum Iurisdictione delegata, saltem transire mixtum imperium, quod illi cohæret. secunda pars incipit ab illis verbis. verius est. tertia ab illis, quare nemo, quarta ibi Paulus notat.

2 Sententia huius tex. paucis perstringi potest. Is, cui mandata est iurisdictio, nihil habet proprium, sed vtitur mandantis iurisdictione, cum qua, non merum imperium, quod lege datur, sed mixtum transit.

3 Facti species, circa primam partem, sic contingi potest. Dubitatum fuit, apud Papinianum, an is, cui à magistratu mandata esset iurisdictio, aliquod ius proprium haberet: &, dubitādi causa, videbat respondendum affirmatiuè.

4 Primum, quia illud dicitur proprium alicuius, quod in aliquem, ab eo, qui illud habebat, transfertur, argumento §. sed tamen vers. alijs quoque Inst. de vsucap. facit glos. in l. 1. supra de constit. principum, at in eum, qui mandatam suscipit iurisdictionem, iurisdictio ipsa transfertur, vt expressè dicitur hic, in vers. verius est, & non obscurè colligitur ex illo verbo, suscipit, ergo is, cui mandata est iurisdictio, propriam dicitur habere iurisdictionem.

5 Secundo, per tex. apertum d. l. cognitio, in §. cum propriam, infra eod. qui potest hoc pacto vrgeri. ille cui, quis suam propriam dat Iurisdictionem, necesse est, vt propriam sibi Iurisdictionem acquirat, cum verbum dare dominij significet translationem l. vbi autem §. vltimo inf. de verb. oblig. §. sic itaque Inst. de actionibus, sed legatis suis, suam propriam Proconsul dicitur dare iurisdictionem d. §. cum propriam, ergo is, cui mandata est Iurisdictio, propriam dicitur acquirere iurisdictionem, & eandem, quam habebat is, qui mandauit.

6 Tertio, & vrgentius. Legatus Proconsulis is est, cui mandata est iurisdictio, vt patet hic, & in l. solent supra de officio Proconsulis, & legat. sed Legatus Proconsulis, post quam sibi mādata est iurisdictio, dicitur propriam habere Iurisdictionem, tex. est apertissimus in l. legati supra eodem titulo de officio Proconsul. & legati, ergo is, cui mandata est iurisdictio propriam dicitur habere Iurisdictionem.

7 Quarto, Nisi is, cui mandata est iurisdictio, aliquid proprium haberet, de eo, ad mandantem appellatio

appellatio non daretur. At à delegato Proconſulis, cui iuriſdictio mandatur a Proconſule, ipſe Proconſul appellatur, quicquid dixerit in contrarium Muret. hic, qui contradicit l. 2. infra quis, & a quo, ergo is, cui mandata eſt iuriſdictio, aliquid proprium habet.

8 Quinto, niſi legatus Proconſulis, & ſic is, cui mandata eſt iuriſdictio, aliquid proprium habuiſſet, potuiſſet Proconſul, in conſulto etiam Principe, ab eo, mandatam iuriſdictionem adimere, ſed non poterat, in conſulto Principe, hoc facere d. l. ſolent §. ſicut autem, ſupra de officio Procon. & legati, ergo aliquid proprium legatus Proconſulis, & ſic is, qui habebat mandatam iuriſdictionem habere dicebatur. Corroboratur etiam argumentum, quia nec eum poterat Proconſul, ante ſe, de prouincia dimittere l. meminiſſe in fine ſupra eod. titulo de officio Proconſul. & legati.

His tamen, & ſimilibus, minime negotium facientibus, contrarium decidit hic Papinianus, nimirum, qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit nihil proprium habere.

9 Ratio autem deciſionis potuit eſſe, quia proprium aliquid non dicitur habere, qui vtitur alieno. At is, cui mandata eſt iuriſdictio, vtitur Iuriſdictione mandantis, vt dicitur hic, eamque habet beneficio alieno l. more vbi gloſ. & DD. in-
10 fra de Iuriſd. omnium iud. ea enim, quorum, vel vſum, vel vſumfructum habemus, aliena eſſe dicuntur, Inſt. in princ. de vſufr. §. alienus ſeruus Inſt. de hæred. inſtit. l. 1. de vſufruct. cum ſimilibus igitur is, cui mandata eſt iuriſdictio, nihil proprium habere dicitur, id quod probat
11 etiam tex. in l. & ſi Prætor, vbi Prætor, cui mandata eſt Iuriſdictio, Iuriſdictionem alienam dicitur exequi, & non pro ſuo imperio agere: ſed pro eo, cuius mandato ius dicit.

12 Nec deſtruunt deciſionem hanc veriſſimam, in contrarium obiecta, & præſertim primum, quia transferuntur in nos etiam ea, quæ noſtra non fiunt, vt quando res nobis commodantur, vt
13 illis vtamur, non vt illarum proprietatem acquiramus, ijs enim, quæ in nos non transferun-
14 tur, vti non poſſumus, eodem quoque modo, quando alicui mandatum ad agendum facimus, vſum noſtrarum actionum in procuratorem transferre intelligimur, non proprietatem, & hanc ſimilitudinem affert Fulgoſ. hic num. 1. eamque probat argumento l. & quia infra de Iuriſd. omnium Iud. & hoc modo neceſſe eſt hunc tex. (ne ſibi ipſi contradicat) intelligere, facit gloſ. in l. 1. ſupra de conſtit. princ.

15 Accedat etiam ſecundo, quòd interdum Iuriſdictio, iuriſdictionis exercitium ſignificat, vt docet Bart. ad l. imperium infra titulo ſecundo, vbi ſequuntur eum DD. & imprimis Alciat. num. 90. quamobrem, quando hic dicitur iuriſdictio transferri, poſſumus iuriſdictionem ipſam ad exercitium iuriſdictionis referre, & ſic ceſſabit omnis contrarietas. Præterea, vt
16 ſubtiliter conſiderat Fulgoſ. hic num. 5. idem eſt in aliquem tranſlatam eſſe iuriſdictionem delegatam, vel aliquem delegatam iuriſdictionem habere, quod habere iuriſdictionem alienam, cum delegata iuriſdictio, ſic iuriſdictio delegantis, translata ratione vſus, & ſic quoque
17 omnis ceſſat contrarietas, propria enim iuriſdictio eſt ordinaria, quæ competit iure magiſtratus, vt colligitur ex hac lege, delegata autem reſpectu delegati eſt aliena, reſpectu autem delegantis eſt propria, cum eam habeat, vt mox dicebamus, iure magiſtratus.

18 Nec obſtat ſecundum, quia, illa verba, cum propriam iuriſdictionem legatis tuis dederis, quæ leguntur in l. cognitio infra eod. non intelliguntur de propria eorum, quibus mandata eſt,
19 ſed de propria ipſius mandantis, vnuſquiſque enim propriam mandat iuriſdictionem, non alienam, vt colligitur etiam ex hoc tex. & ex l. vnica C. qui pro ſua Iuriſd. & verbum, dederis, expo-
20 nitur id eſt mandaueris, non quaſi ita *dederit*, vt ab ſe abdicauerit, verbum enim dare *refertur* etiam ad eum, qui commodat, & *vſum rei* præbet l. ſi vt certo §. nunc videndum infra commod.

21 Ad tertium autem argumentum, quod magis vrget, plures accommodantur reſponſiones, quibus conantur DD. tollere antinomiam, & contrarietatem inter hunc tex. & d. l. legati. Antonius Vaccha, loco dictionis, niſi, reponit particulam, nec ſi, & legit. Legati Proconſulis nihil proprium habent, nec ſi à Proconſule eis mandata fuerit iuriſdictio, &, hoc modo legendo, conſentit omnino d. l. Legati cum §. no-
22 ſtro. cœterum hanc lectionem non recipio, quia nullius probati codicis auctoritate nititur, & Pandectæ Florentinæ habent particulam, niſi,
23 ſecundo igitur loco Cæſar Coſta lib. 2. variarum ambiguitatum cap. 10. alio modo ſoluit
24 difficultatem, dicens dictionem, niſi, *eam habere* peculiarem naturam, vt, quando per eam fit exceptio, intelligatur facta exceptio generis, non qualitatis, id quod probat ipſe per tex. adnotatione dignũ in l. ſi quis vinum in princip. de vin. Tritic. & oleo legat. vbi ſcribit I. C. Mulſum vini appellatione propriè non contineri, niſi pater familias hoc ſenſerit, ergo ſi paterfamilias hoc ſenſerit, continebitur, non tamen propriè, ita quoque in d. l. legati ante mandatam iuriſdictionem legati, nihil habent proprium, vbi verò mandata eſt, habent quidem, ſed abſque illa qualitate proprij, quæ non intelligitur repetita, & profectò ſolutio eiuſmodi non eſt con-
25 temnenda. Cuiacius autem libro 7. *ſuarum* obſeruat. cap. XXI. arbitratur, non quemcumque, cui mandata ſit Iuriſdictio, aliquid proprium habere, ſed legatum Proconſulis duntaxat, hinc ab eo ad Proconſulem datur appellatio, quicquid dicat Muretus, l. 2. ff. quis, & à

quo

quo . quod esset absurdum , nisi legatus aliquid
26 propriũ haberet, videretur enim idem a se ipso
27 appellari , quamobrem , & ab eo , cui prætor
mandauit iurisdictionem , qui eam sanè suo iure
non habet , Prætor non appellatur l. 1. ff. eod. ti-
tulo, quis, & a quo ; is enim cui mandatur iuris-
dictio a Prætore , creatur Iudex ab eodem Præ-
28 tore , legatus autem a senatu , vel a principe ,
quamobrem , licet anteaquam sibi mandetur ,
iurisdictio , nihil proprium habeat , nihilhomi-
nus tamen, postquam Proconsul mandauit , ha-
29 bet iure proprio , cum ei mandare cogatur
proconsul. nec dicas cum Mureto hic falsum esse
Proconsulem compelli mandare suis legatis Iu-
30 risdictionem , cum dicat l. solent supra de offi-
tio Proconsul. & legat. Mandare Iurisdictionem,
vel non mandare, in arbitrio Proconsulis , quia,
defendendo Cuiacium , replico , aduersus Mu-
retum, esse quidem in arbitrio Proconsulis man-
dare , & non mandare iurisdictionem , vbi ta-
men velit mandare , cogitur mandare legato ,
sibi a senatu dato , & hoc modo intelligendus
est Cuiac. quam scilicet Iurisdictionem , vtique
ei mandare cogitur Proconsul , nec enim optat
ipse sibi legatum , sed ei datur , quasi adiutor ,
a senatus consulto, vt, de Fonteio, Appianus scri-
bit a senatu Seruilio dato, negari enim non po-
test ; quin plura essent propria legati proconsu-
lis , quæ alijs , quibus mandata esset Iurisdictio,
31 non competebant . hinc poterat legatus Pro-
consulis dare iudicem , quod non omnes facere
poterant , quibus mandata esset iurisdictio l.
cum Prætor de iudic. hoc enim poterant solum-
modo illi facere , quibus hoc , lege , vel sena-
tus consulto, vel Principis constitutione conces-
sum erat , vt legatus Proconsulis , de quo in d.
32 l. cum Prætor , & is , cui mandata esset Iurisdi-
ctio a Principe l. a iudice C. de iudicijs l. vnica
33 C. qui pro sua iurisdict. Poterant etiam legati
Proconsulum , post mandatam sibi Iurisdictio-
nem, tutores dare l. penult. supra de offitio Pro-
consul. quod alij, qui mandatam habebant iuris-
dictionem , facere non poterant l. nec mandante
34 ff. de tut. & curat. dat. ab his , & plura compe-
tere proconsulis legato , quæ alijs , quibus iuris-
dictio mandatur , non competunt , tradit etiam
Guid. Pancirol. in notiti. Imper. Orient. cap. 100.
in fine, vers. legatus præterea . Postquam igitur a
Proconsule mandata erat legato Iurisdictio , di-
cebatur, ex sententia Cuiacij , idem legatus pro-
priam Iurisdictionem habere, quia erat a senatu
electus , & quia multa illi competebant , quæ
non erant communia , cum alijs, quibus manda-
batur Iurisdictio . Hæc quoque solutio elegans
35 est ; & suo auctore digna . Ego tamen cogita-
bam , vltra memoratos doctissimos , & erudi-
tissimos interpretes , nouam posse , & planio-
rem afferri antinomiæ solutionem , quam , vt
36 facilius explicemus , meminisse oportet , in-
terdum vnum tantummodo Romanum Procon-
sulem , plures legatos habuisse , vbi scilicet
Prouinciæ magnitudo , vel multitudo negocio-
rum id postulabat , vt rectè docet Coras. ad
l. solent supra de offitio Proconsul. & legat. nu. 4.
& ad l. cognitio infra eod. pariter nu. 4. hinc legi-
mus apud M. Tullium ad Q. Fratrem, epistola 1.
Q. Ciceronem Asiæ , cum esset Proconsul , tres
legatos habuisse , Tuberonem , Halienum , &
Gratidium, quod cum ita sit, dicimus nos, eum,
qui mandatam habet Iurisdictionem , respectu
mandantis , nihil proprium habere , sed eiusdem
mandantis Iurisdictione vti , & hoc modo intel-
ligimus hunc §. nostrum , cuius sententiæ d. l. le-
gati minimè aduersatur , nam, dum inquit . Le-
gati proconsulis nihil proprium habent , nisi a
Proconsule eis mandata , fuerit iurisdictio, sen-
37 sus est, legatos plures , vtcumque a senatu Pro-
consuli datos , nihil tamen proprium habere,
nisi postquam eis a Proconsule diuisim man-
data sit iurisdictio, tunc enim, licet respectu pro-
consulis mandantis , nemo eorum sit , qui pro-
priam habeat iurisdictionem , quilibet tamen
legatus , qui habet vel certam speciem iurisdi-
ctionis , vel iurisdictionem in certa Prouinciæ
parte , respectu alterius legati , separatam , &
propriam dicitur habere iurisdictionem , diui-
debatur enim iurisdictio inter legatos , ita vt ,
vel ratione loci , vel ratione diuersarum specio-
rum iurisdictionis , quod vni competebat , al-
teri non competeret . confirmant nostrum hunc
intellectum Pomponij verba , qui, dum dicit le-
gati Proconsulis nihil proprium habent , plures
legatos , plurali numero, ad vnum proconsu-
lem , numero singulari , refert , id quod facit
etiam Callistratus in l. cognitio infra eod. dum
dicit . cum propriam iurisdictionem legatis
tuis dederis , quibus in verbis, nisi velis verbum
illud , propriam , ad Proconsulem mandantem
referre , poteris referre etiam ad legatos , quasi
sit sensus . cum propriam iurisdictionem legatis
tuis dederis , diuidendo scilicet eam inter illos,
& vnicuique suam propriam Prouinciæ partem,
vel iurisdictionis speciem separatim assignaue-
ris , & , hoc modo intelligendo , omnis in hac
materia tollitur contrarietas .
38 Nec faciunt negocium quarta , & quinta ra-
tio dubitandi, quia vendicant sibi locum specia-
liter in legato proconsulis tantummodo , qui
non pendebat omnino a Proconsule , quemad-
modum cæteri delegati a delegante , sed a sena-
tu, vel a Principe , a quo eligebantur , & mitte-
bantur vna cum Proconsule . legatus igitur Pro-
consulis habebat aliquid proprium, vt sentiunt
Cuiac. & Panciról. negari non potest , multa
enim ei competebant , quæ non habebant lo-
cum in alijs , quibus mandata esset Iurisdictio ,
vtebantur tamen , & ipsi , iurisdictione aliena
nimirum Proconsulis .
39 Circa secundam autem partem , facti species
sic breuiter confingi potest . dubitatum fuit
coram

coram Papiniano, auctore huius reſponſi, an,
ad vniuerſitatem cauſarum mandata iuriſdicti-
one, intelligeretur etiam merum imperium
mandatum, ita vt, cum iuriſdictione, in delega-
tum tranſiret, & dubitandi cauſa videbatur re-
ſpondendum affirmatiuè.

40 Quia tunc demum, mandata iuriſdictione,
non poſſet in delegatum transferri merum impe-
rium, quando, vel appellatione iuriſdictionis
non contineretur merum imperium, vel quando
merum imperium eſſet indelegabile, ſed vtrum-
que falſum eſt, cum, appellatione iuriſdictio-
nis, veniat etiam merum imperium, vt proba-
tur in principio huius legis noſtrę, & latè etiam
comprobauimus pluribus aduerſum M. Anto-
nium Muret. ad rub. ſupra eod. in prima q. de iu-
41 riſdictione, cumque merum imperium, ſui
natura ſit delegabile, ex his, quæ tradidimus
ſupra ad princ. huius legis num. 108. cum pluri-
bus ſeqq. ponderando potiſſimum tex. noſtrum,
ergo nihil eſt impedimento, quo minus, man-
data generaliter iuriſdictione tranſeat etiam in
delegatum merum imperium.

42 Hac tamen ratione non obſtante, contrarium
decidit hic Papinianus, merum ſcilicet impe-
rium non poſſe tranſire, & ratio deciſionis fuit,
quia ea, quæ ſpecialiter, lege, ſenatus con-
ſulto, vel Principis conſtitutione, tribuuntur
mandata iuriſdictione non transferuntur, vt di-
citur in principio huius legis, & in l. nemo po-
teſt infra de regulis iuris. ſed merum imperium,
ſaltem illud, de quo agitur hic, eſt eiuſmodi,
ſpecialiter ſcilicet conceſſum, ergo, cum iu-
riſdictione mandata, non poteſt tranſire.

43 Nec facit negocium argumentum in contra-
rium allatum, quia, licet venire poſſet appel-
latione iuriſdictionis, tamen non tranſit cum
iuriſdictione mandata, quia, ſecundum com-
munes traditiones, eſt pars, vel ſpecies iuriſ-
dictionis, abſolutè indelegabilis, vel ſaltem,
ſi noſtram ſententiam ſequaris, eſt indelegabile,
quando non competit iure magiſtratus, ſed lege
datur, & tex. noſter loquitur de mero imperio,
quod a lege datur, inquit enim tex. ſed merum
imperium, quod lege datur, non poſſe tranſire,
ergo quod non lege datur, ſed iure magiſtratus
competit, poteſt tranſire.

44 Circa tertiam autem partem, rurſus fuit du-
bitatum, an ſaltem in legatum Proconſulis,
mandata Iuriſdictione, tranſiret merum impe-
rium, & dubitandi cauſa, videbatur reſponden-
dum affirmatiuè.

45 Primum, quia rationi conſentaneum vide-
batur, vt in eum delegatum, qui non a man-
dante, ſed a ſenatu, vel a Principe eligitur, &
creatur, & in quem, vna cum mandata iuriſdi-
ctione, ea etiam tranſeunt, quæ ſpecialiter, lege,
vel ſenatus conſulto conceduntur, & cuius indu-
ſtria, auctoritate publica probatur, per man-
datam iuriſdictionem intelligeretur etiam me-
rum imperium tranſlatum. At Proconſulis le-
gatus non eligitur à Proconſule, ſed à ſenatu, vel
à Principe creatur, & in eũ aliqua, cum manda-
ta iuriſdictione tranſeunt, quę iure magiſtratus
non competunt, ſed ſpecialiter conceduntur, cu-
iuſmodi eſt facultas dãdi Tutores l. muto §. Tu-
toris ſupra de Tutelis, cognitio ſuſpecti, Iudicis
datio, & alia de quibus ſupra, & nihilhominus
hæc omnia, & ſimilia tranſeunt in legatum Pro-
conſulis, cuius induſtria, auctoritate publica
comprobata eſt, vt patet ex l. legatus, ex l. pe-
nul. ſupra de offic. Proconſulis, & legati, nec
non ex l. cognitio infra eod. ergo nihil impedi-
mento eſſe videtur, quo minus in legatum Pro-
conſulis, in quo tot concurrunt ſpecialia, de-
beat etiam merum imperium, cum mandata ei
iuriſdictione, tranſire.

46 Secundo, niſi mandata iuriſdictione tranſi-
rent in legatum proconſulis, etiam ea, quæ ad
merum imperium pertinent, vtique non habe-
ret cuſtodiarum cognitionem, quæ ad merum
imperium refertur, ſed habet, vt patet in *l. ſo-
lent* ſupra de offitio Proconſul. & *legati*, *ergo*
etiam ea, quæ ad merum imperium pertinent
habere dicitur.

47 His tamen, & ſimilibus, minime refragan-
tibus, ſtatuit Papinianus, indubitati iuris eſſe,
vt legatus Proconſulis non habeat, mandata
iuriſdictione, animaduerſionem, & ratio deci-
ſionis eſt, quia maior animaduerſio, quæ lege,
vel ſenatus conſulto, vel Principis conſtitutione
tribuitur, mandata Iuriſdictione non transfer-
tur, vt conſtat ex regula negatiua ſupra in prin-
cipio huius legis poſita, & ex l. ſolẽt in principio
ſupra de officio Proconſul. & legati, conſentit
cum tex. noſtro l. ſi quid erit, ſupra eod. titulo de
officio Proconſul.

48 Nec obſtat primum argumentum ex aduerſo
allatum, quia non tenet hæc ſequela, legatus
Proconſulis eſt electus a ſenatu, & multa in eum
tranſeunt, quæ ſpecialiter tribuuntur, ergo de-
bet etiam tranſire merum imperium, immo po-
tius retorquetur in contrarium, quia illorum
ſpecialium incluſio, de quibus expreſsè cautum
eſt, excludit merum imperium, de quo, non
modo non eſt cautum, vt tranſeat in legatum
Proconſulis, ſed cautum eſt, tam generaliter, vt
in principio legis noſtrę, vt ſcilicet, cum ſit ſpe-
cialiter tributum, mandata iuriſdictione non
tranſeat, quàm in ſpecie etiam vt, mandata iu-
riſdictione a Proconſule, in legatum non tran-
ſeat, vt hic, & in l. ſi quid erit ſupra de officio
49 Proconſ. & legati: & ſpecialia temere non ſunt
circa eandem rem, vel perſonam, multiplican-
50 da l. 1. vbi gloſ. & DD. C. de dot. promiſ. Ac-
cedat etiam, quod legatus Proconſulis, non
quia ſibi a Proconſule mandata ſit iuriſdictio,
poteſt tutorem dare, datio enim tutoris man-
dari non poteſt l. nec mandante ff. de tut. & cu-
51 rat. dat. ab his, ſed quia ſpecialiter ipſi legato

oratione

oratione Diui Marci concessum est, vt docet
hic Cuiac. per l. 1. supra eod. Tit. de Tut. & cu-
52 rat. dat. ab his, vbi col. 3. docet, etiam ijs, qui
in magistratu nō sunt, specialiter tributum esse.
53 vt possint dare Tutores. Dare autem iudicem
legatus non potest, nisi sibi lege specialiter con-
cedatur, & d. lex legatus, dum dicit. legatus,
mandata sibi iurisdictione, iudicis dandi ius est,
intelligitur, idest habet a lege, secundum Cuiac,
hic col. 3. quasi sit sensus, vt postquam legatus
habet à Proconsule mandatam iurisdictionem,
habeat ius dandi iudicis, in caussis ad manda-
tam iurisdictionem pertinentibus, a lege, non
virtute mandatæ iurisdictionis, sub qua non con-
54 tinetur iudicis dandi licentia, cum nec ipse
Proconsul iure magistratus habeat facultatem
dandi iudicem, sed quia lege hoc sibi speciali-
55 ter est concessum. Et similiter, inquit Cuiac.
cognitio de remouendis suspectis Tutoribus,
quæ lege 12. Tabul. nominatim tribuitur, Præ-
tori, & Proconsuli, non competeret etiam lega-
to Proconsulis ex mandato iurisdictionis, nisi ei
datum esset lege specialiter ex cōstitutione An-
tonini, & Seueri. Necesse id fuit lege dari, vt
subdit idem Cuiac. quia non sufficiebat man-
data iurisdictio, & id propter vtilitatem pupil-
lorum receptum est l. 1. §. damus de suspect. tut.
l. cognitio infra eod. Argumentum ergo potius
in contrarium retorquetur.
56. Nec obstat secundum, quia in d. l. solent non
probatur Proconsulis legatum ex mandata iu-
risdictione posse custodias audire, sed ex man-
dato extraordinario, quo nominatim permis-
sum, vt possit Proconsul legato custodiarum co-
gnitionem mandare, quas tamen præauditas,
ad Proconsulem remittere debet legatus, vt in-
nocentem liberet, vt habetur in d. tex.
57 Circa quartam eandem, & vltimam partem,
dubitatum fuit coram eodem Papiniano. An
mandata iurisdictione à magistratu transiret in
delegatum mixtum imperium, & dubitandi cau-
sa videbatur respondendum negatiue, quia in-
clusio vnius ex pluribus, quæ inter se realiter di-
stinguuntur, & differunt, est aliorum exclusio l.
58 cum Prætor de Iud. sed mixtum imperium, &
iurisdictio differunt, aliud enim est iurisdictio,
aliud mixtum imperium l. imperium infra de
Iurisd. omnium Iud. igitur mandatum iurisdi-
ctionis, excludit mixtum imperium.
59 Hac tamen ratione non obstante, verius esse
respondet, ex sententia Pauli, Papinianus, &
imperium, quod iurisdictioni cohæret, mandata
Iurisdictione transire.
60 Ratio autem decisionis fuit, quia iurisdictio,
sine modica coërtione, quæ ad mixtum impe-
rium refertur, nulla est l. vltima infra eod.
61 Nec obstat argumentum contrarium, quia
inclusio vnius, non est exclusio alterius, quod
illi cohæret, & sine quo illud vnum esse non po-
test, mixtum autem imperium, vtcumque ra-
tione effectus consideretur tamquā diuersum, ei
tamen semper iurisdictio inest l. imperium infra
62 de Iurisdictione omnium Iudic. & ita mixtum
imperium Iurisdictioni cohæret, vt dicitur hic,
vt sine eo esse iurisdictio non possit d. l. vltima
63 infra eodem. Accedat etiam, quod est diuer-
sum à iurisdictione in specie, non autem à Iuris-
dictione in genere, quam mandatam esse sup-
ponimus, & consequenter etiam mixtum impe-
rium inclusum, & compræhensum in ea.
Venio nunc ad expositionem litteræ.
QVI MANDATAM IVRISDICTIONEM
SVSCIPIT PROPRIVM NIHIL HABET, quia
65 scilicet delegata iurisdictio, respectu delegati,
est aliena, vt supra ostensum est, & hic est com-
66 munis intellectus. Coras. autem interpræta-
tur, qui mandatam Iurisdictionem suscipit, pro-
prium nihil habet, idest nihil habet ex speciali-
ter tributis deleganti magistratui, cum specia-
liter tributa, vt supra in principio legis diceba-
tur, mandata iurisdictione, non transferantur.
67 SED ET EIVS, QVI MANDAVIT IVRIS-
DICTIONE VTITVR. idest habet vsum Iuris-
dictionis delegantis, non proprietatem, secun-
dum communem intellectum, & secundum Co-
ras. idest fungitur iurisdictione, quam habet de-
legans iure communi, & iure magistratus, &,
hoc modo interpretando, videtur melius hic
versiculus coniungi cum versiculo sequenti.
68 VERIV EST ENIM MORE MAIORVM
IVRISDICTIONEM QVIDEM TRANSFER-
RI hæc est particula quæ videtur aduersari præ-
cedenti, quia si iurisdictio transfertur, ergo de-
legatus, vti propriam eam habet, hanc ob cau-
sam Anton. Vaccha, in locum particulæ, enim,
reponit, tamen, quasi sentiat posteriorem hanc
particulam præcedentem corrigere, quod vide-
tur fieri verisimile ex dictione illa, Verius, quæ
69 ad ius controuersum referri consueuit. Mure-
tus autem dicit, se audiuisse in quibusdam codi-
cibus scriptum reperiri. ENIM VERIVS EST
&c. quamobrem putat in locum dictionis, enim,
reponendas esse litteras N. M. quas interpreta-
70 tur, notat Marcianus, cum & ipse notas ad
Papinianum scripserit l. 1. §. sed neque C. de
veter. iur. enucl. & sic Pauli nota in fine tex. scri-
pta erit potius, aduersus notam Marciani, quam
aduersus Papinianum, & hoc audet facere Mu-
71 retus, motus etiam illo loquendi genere, ver-
ius est, quod bis est in hoc §. repetitum, & si-
gnificare videtur quamdam dissensionem. Mihi
72 verò videntur, viri isti doctissimi, perpa-
ram, in proposito, laborasse, nihil enim est,
quod compellat nos à communi, omnium codi-
cum, lectione recedere, quam, si probamus,
sensus est. vt qui mandatam iurisdictionem ha-
bet, mandantis iurisdictione vtatur, quia iuris-
dictio ipsa mandantis sit, translata in suscipien-
tem, non possumus enim re vti, quam non ha-
beamus, nec inde fit, vt propria illius efficiatur

cui vtenda mandatur, cum delegatus eam, tamquam alienam, retineat, & quamdiu mandanti placet, quemadmodum in simili de re commodata diceretur, transit autem in delegatum iurisdictio, quia iure magistratus competit, & propterea aliud subdit de mero imperio Papinianus, quod lege datur; posset etiam dici, ad tollen-
74 dam contrarietatem transire in delegatum exercitium iurisdictionis, quod interdum venit iurisdictionis appellatione.

75 SED MERVM IMPERIVM, QVOD LEGE DATVR, NON POSSE TRANSIRE. idest nec meri imperij exercitium, & particulam illam, quod lege datur, si communes traditiones sequaris, intelligenda est declaratiuè, quasi semper merum imperium lege detur, nam fuse etiam Senatusconsultum, & Principis constitutio, est lex; si verò nostram sequaris opinionem, intelligas restrictiuè, quasi sit sensus, vt illud non transeat imperium, quòd lege specialiter datur, secus quod competit iure proprio, iuxta ea, quæ tradidimus ad legis princip. supra num. 115.
76 cum seq. & sic relatiuum illud, quod, restringit antecedens iuxta l. ea tamen de legat. 3.

77 QVARE NEMO DICIT ANIMADVERSIONEM LEGATVM PROCONSVLIS HABERE, MANDATA IVRISDICTIONE. multo ergo minus habebunt alij, quibus mandata sit Iurisdictio, cum Proconsulis Legatus plura habeat specialia, vt supra ostendimus; solummodo enim ex mandato extraordinario, custodiarum cognitionem interdum habebat d. l. solent supra de offic. Proconf. & legat. quod tamen, hodie, factum est ordinarium l. 1. C. eod. inter
78 animaduersionem autem, & punitionem, ea est differentia, vt, ex Grammaticis, docet hic Coras. num. 9. quia punitio refertur ad vnumquemque, siue iure, siue iniuria fiat, animaduersio tantum ad potestatem de iure habentem, qui rectè, & ordine seruato facit, vt magistratus.

79 PAVLVS NOTAT, ET IMPERIVM, QVOD IVRISDICTIONI COHAERET, MANDATA IVRISDICTIONE TRANSIRE. VERIVS EST. Ita in Pandectis Florentinis, alias, quod verius est. Paulus notat, non reprehendendo, vt rectè sentit Coras. sed declarando, vt quod dictum est de imperio à Papiniano, non intelligatur de mixto, fine quo Iurisdictio nequit explicari, quia illud transit l. vltima infrà eod. l. 2.
80 infra de iurisd. omnium Iud. mixtum autem imperium dicitur iurisdictioni cohærere, vel iurisdictio mixto inesse imperio l. imperium infra de iurisd. omnium Iud.

AD RVBRICAM De officio assessorum.

SVMMAE RERVM, ET VERBORVM.

1 METHODVS obseruanda proponitur.
2 ASSESSOR quibus modis vsurpetur.
3 Consiliarius esse non potest, qui non potest esse Assessor.
4 Assessus pro consilio vsurpatur.
5 Assessoris appellatione non venit is, cui mandata est Iurisdictio, quicquid dixerit Cuiac.
6 Assessores; vt Assessores, omni carent Iurisdictione.
7 Assessor, & Iudex eandem, ob causam, eadem persona esse non potest.
8 Assessores non sunt cum pedaneis Iudicibus confundendi.
9 ASSESSOR vnde dicatur.
10 Assidere, consulere, & suggerere significat.
11 Assessorium, munus est, & officium Assessoris.
12 Assessores; cur etiam comites appellentur.
13 Assessores cur appellentur consiliarij.
14 Assessores appellantur etiam adiutores, & iuris studiosi.
15 ASSESSORES, quo iure fuerint introducti.
16 ASSESSORES, qua ratione introducti.
17 Assessoribus salaria, primus Alexander Imperator constituit.
18 Magistratibus fungi debent, qui per se Rempublicam gerere possunt.
19 Imperare, qui debet absurdum est, vt sibi Imperatorem quærat.
20 Papinianus I. C. habuit Assessores Paulum, Vlpianum, & alios.
21 Magistratibus Innocentia, Prudentia, & Fortitudo magis necessaria est, quàm doctrina, aut iuris scientia, qua improbi possunt vti.
22 ASSESSOR quid sit, ex sententia auctoris.
23 ASSESSOR quotuplex.
24 ASSESSORI, vt sit locus, quæ requirantur.
25 ASSESSORIS circumstantia rei quæ.
26 ASSESSORIS circumstantia personæ quæ.
27 Iurisconsulti gradus ipse dignitas.
28 ASSESSORIS circumstantia loci quæ.
29 ASSESSORIS circumstantia temporis quæ.
30 Officijs duobus, nemo solus sufficere potest.
31 Professores Iuris publicè conducti, non possunt exercere officium aduocationis, sub pœna priuationis stipendij.
32 ASSESSORIS circumstantia modi quæ.
33 ASSESSORIS effectus qui.
34 ASSESSORIS officium, quibus modis finiatur.
35 Accessorium sequitur naturam sui principalis.
36 Mors omnia soluit.
37 RVBRICAE continuatio.

LIBER PRIMVS
TITVLVS XXII.
DE OFFICIO ASSESSORVM.

1 DIVIDITVR à nobis breuis
huius Rubricæ Interpre-
tatio,in duas particulas.
prima pertinebit ad no-
uem. ſolitas quæſtiones
noſtras de Aſſeſſore,quo-
rum explicatione cõſti-
tuentur à nobis animad-
uerſiones ad vniuerſam
huius Tituli materiam,ſecunda ad eiuſdem Ru-
bricæ continuationem. Redeo ad primam, &
quæro de Aſſeſſore,

- Quibus modis vſurpetur.
- Vnde dicatur.
- Quo iure ſit introductus.
- Qua ratione.
- Quid ſit.
- Quotuplex.
- Quæ requirantur, vt illi ſit locus.
- Quos operetur effectus.
- Quomodo finiatur.

2 Quod attinet ad primum, reſpondeo, duobus
potiſſimum modis Aſſeſſorem vſurpari,vno mo-
do in genere, altero verò modo in ſpecie, vbi-
cumque in genere accipitur, eum ſignificat,qui
cuicumque conſilium præſtat, ita vt, ſecundum
hanc acceptionem, quilibet conſiliarius dici
poſſit Aſſeſſor, hinc Bald. ad l.nemini C. de ad-
uocat. diuerſ. iudic. dixit,nec conſiliarium cum
3 eſſe poſſe, qui Aſſeſſor eſſe nequeat, atque ita
horum vocabulorum promiſcuũ eſſe vſum apud
iuriſconſultos, alioſque auctores, tradidit Do-
nell. in ſuis commentarijs de iure ciuili lib. 18.
capite 2. in veſtibulo, hinc M. Tullius quoque
inquit, libro primo de diuinatione, Lacedemo-
nij,Regibus ſuis, qui augurem Aſſeſſorem dede-
4 runt, hinc etiam aſſeſſus pro conſilio vſurpatur,
in ſpecie autem, vbi accipitur, propriè, ac ſtri-
ctè, eum ſignificat, qui magiſtratui, & iuſdi-
centi conſilium præſtat, & ſecundum hanc ſigni-
5 ficationem, accipitur in tit. noſtro, ſunt qui pu-
tent Aſſeſſorem vſurpari etiam pro eo, cui ma-
giſtratus iuriſdictionem mandet, vt Planciades
Fulgentius obſeruat apud Propertium, dum di-
cit. Turpior aſſeſſu non erit illa meo, vt ſentit
Cuiac. obiic. in paratit. quem ſequitur etiam Pra-
teus in ſuo dictionario, in verbo Aſſeſſor, & in
hanc opinionem arbitror ego Cuiacium iuiſſe,
quia legerit apud Alciat. lib. 1. parergon iuris
ciuil. c. 41. ſolere his Præſides cauſas interdum
delegare, hanc tamen acceptionem ego non re-
cipio, tum quod negat Ant. Goucan. lib. 2. de
iuriſdictione in præludijs num. 47. Præſides Aſ-
ſeſſoribus iuriſdictionem mandare, tum quòd
etiam ſi concedamus Alciato, ſolitos fuiſſe Præ-
ſides proficiſcentes mandare Aſſeſſoribus iuriſ-
dictionem, quæ etiam omnino priuatis mandari
poteſt l. fin. ſupr. tit. proximo, non inde ſequi-
tur, vt Aſſeſſores dicantur ij, quibus mandatur
6 iuriſdictio, eo enim nomine iudices ſunt delega-
ti, non Aſſeſſores, qui omni carent iuriſdictio-
ne, quatenus Aſſeſſores ſunt, vt omnes admit-
tunt ad l.diem functo infra eodem, & præſertim
7 Iaſon num. 2. & Alciat. num. 6. & alij, quos ci-
tat ibidem Calaſat. num. 2. ratio enim non
patitur, vt eadem perſona, eandem ob cau-
ſam, Aſſeſſor ſit, & iudex, quicquid dixerint
8 Cuiac. & Prateus, hinc perperam etiam, & in-
eptè Aſſeſſores cum pedaneis iudicibus confun-
dit Vaconius à Vacuna, in ſuis declarationibus
iuris ciuilis, lib.6.declaratione 63.
9 Ad ſecundam autem quæſtionem reſpondeo,
Aſſeſſorem (qui etiam conſiliarius, & comes,in
iure noſtro, repetitur appellatus l. diem functo
cum ſeq. infra eod. tradit Petrus Burgius lib. 1.
electorum cap.9.& interdum, licet minus pro-
priè etiam iudex,vt per Petrum Calaſat. hic no.
10 2.) dictum eſſe a verbo aſſidere,quod cõſulere,
& ſuggerere ſignificat, hinc legimus apud Vl-
pian. in l. metum §.ſed quod Prætor ff. quod me-
tus cauſa. Prætorem, me aſſidente, interlocu-
tum eſſe, idque quia iudicanti aſſideat, & con-
ſulat, l.pen.& l.vlt.infr.eod. tradit Guidus Pan-
cirolus, in ſuis commentarijs, in notitiam im-
perij orientalis, cap.8.unde dicta eſt etiam aſſeſ-
ſura, de qua Vlpian. in l.vlt.de proxenet.& aſſeſ-
11 ſorium, quod munus, & officium Aſſeſſoris ſi-
gnificat l.lex cornelia §.hac lege ff.de iniurijs l.
12 nam, & ſiff. de pactis;appellantur etiam comi-
tes, vt hic, quod comitentur, eos enim aſſo-
ciat ſibi magiſtratus, vt ex conſilio eorũ cauſas
13 definiat, dicti etiam ſunt conſiliarij, vt in l. 3.
ſupr.eod.& in l. penul.infr. eodem, nec non in l.
3. in l.in conſiliarijs in l. liceat C.eod. quod con-
14 ſilium præbeant, appellantur etiam adiutores
in libris notarum iuris, vt per eundem Donel-
lum c. 2. verſ. ex ijs appellantur etiam iuris
ſtudioſi, vt in l. 4. ff. de varijs, & extraord. co-
gnit. & in l. 1. ſupr. eod. idem obſeruat etiam
Pancir. in d. capite 8.
15 Ad tertiam quæſtionem reſpondeo, iure ci-
uili non ſcripto, hoc eſt moribus, & conſuetu-
dine Aſſeſſores introductos fuiſſe, illud enim
fuit in more poſitum apud Romanos, vt Præſi-
des, alijque magiſtratus prouinciales(vt eſt au-
ctor Lampridius in Alex.)ſibi iuris peritos ad-
ſciſcerent,quorũ conſilijs in iuriſdictione exer-
cenda vterentur, hinc Vlpia. & Paul.iuriſcon-
ſulti, in Papiniani præfecti conſilio, id eſt eius
aſſeſſores fuiſſe dicuntur, vt per Guid. Pancir.
in d. cap. 8. & per Ioannem Coraſ. ad rub. ſupr.
eodem num.4.& 5.
16 Ad quartam reſpondeo, aſſeſſores, eam ob

causam, introductos fuisse, vt supplerent defectum iudicum, & magistratuum imperitorum, sæpe enim numero vsu veniebat, vt Rectores prouinciarum, cuiusmodi erant Proconsules, Præsides, & Cæsaris legati, ius ciuile ignorarent §. primo in Auth. de iud. cum rei militari potissimum incumberent l. 2. §. in bonorum ff. quis ordo in bonorum possess. seruetur, & hanc rationem colligimus ex glos. fin. l. certi C. de iud. ex Bolog. ad rub. supr. eod. num. 1. nec non ex Stephano Forcatulo in sua Necyomantia, dia-
17 logo 62. num. 1. quamquam dicere solebat Alexander Imperator, qui primus salaria Assessoribus instituit, vt est auctor Lampri. in vi-
18 ta illius, eos esse promouendos, qui per se Rempublicam gerere solent, non per Assessores, alioquin illud consequitur, quod dicebat C. Mar.
19 apud Sal. in Iugurta, vt qui imperare iubetur, is sibi imperatorem alium quærat, cœterum assessorum vsum, satis à calumnijs vẽdicauit, Hug. Donel. in dicto capite 2. in princ. fuerunt enim reperti etiam Assessores, vt magistratibus causarum multitudine occupatis, opem, & consilium præstarent §. 1. in Auth. de iud. glos. est in l. 1.
20 supr. eod. in verbo ferè, hinc legimus etiam Papinianum, excelsi ingenij, & summæ eruditionis Iurisconsultum, Assessores habuisse, cum alios, tum Paulum, & Vlpianum, & hos quidem sæpe inter se diffidentes, vt constat ex l.
21 lecta ff. si certum petatur, præterquamquod in magistratibus, vt rectè docet Donel. in dicto cap. 2. innocentia, prudentia, & fortitudo potius, quàm doctrina, aut scientia iuris requiritur, qua, improbi quoque homines, possunt abuti, illis enim virtutibus, quæ aliunde non possunt accipi, salus, & Reipublicæ, & subditorum continetur, præclarè itaque Cicero in oratione pro Planco, in magistratibus, inquit, si qua est ars, populus Romanus facilè patitur, sin minus, virtute eorum, & innocentia contentus est.

22 Ad quintam respondeo, varijs modis reperiri definitum Assessorem apud Azonem in summa C. de Assess. apud Speculatorem in tit. de Assessore §. 1. & passim hic per DD. & prę sertim per Curt. Iuniorem, per Alciat. per Zasium, per Coras. & per Calafatum, & definitiones omnes, rem, de qua agitur, optimè explicant, sed omissis illis, quæ paulo verbosiores esse videntur, breuius nos definimus. Assessorem esse consiliarium, iudicem, ex officio publico, instruentem, dixi esse consiliarium, vt ponerem genus; consiliarius enim propriè dicitur, non modo de eo, qui iusdicenti consilium præbeat, l. penult. infra eod. l. consiliarios C. eod. sed de quolibet etiam, qui consilium præstet cuicumque, etiam priuato, vt docet Donel. in sæpius repetito cap. 2. in vestibulo, addidi, iudicem instruentem, ad rectè scilicet procedendũ, decernendum, & iudicãdum l. 1. supra eod. l. 1. C. eod. vt, tam iudicem ipsum excluderem, quàm alium quemcumque consiliarium, & dixi ex officio, vt excluderem instruentes per accidens, & aduocatos.

23 Ad sextam respondeo, Assessorem duorum generum esse, aut scilicet secularium, aut ecclesiasticorum, secularis is est, qui seculari magistratui, vt puta Præsidi, consilium præstat, de quo hic, & in tit. C. eod. Ecclesiasticus autẽ is est, qui ecclesiasticũ iudicem instruit, vt puta Episcopũ, de quo in cap. statuto §. Assessorem de rescriptis lib. 6. vbi gloss. & DD. & vtrique, aut sunt Assessores iudicis delegati à Principe, de quibus in Auth. ad hæc C. de iudicijs §. delegatus, & in Auth. vt defunc. seu funer. eorum, ab alio enim delegatus, quã à Principe, nec iure Pontificio, Assessorem potest habere, nisi eo indigeat d. cap. statutũ §. Assessorem, tradit Hugo Donel. l. d. cap. 2. lib. 18. commentariorum de iure ciuili, aut sunt Assessores iudicum ordinariorum, de quibus hic, & in tit. C. eod. & ij rursum duorum generum sunt, aut dati à Senatu, vel à Principe, aut ab ipsis magistratibus electi, de primis agitur in l. abesse ff. ex quibus caus. maiores, *vbi reipublicæ causa abesse videntur comites Legati* Cæsaris, qui in Aerarium, & in commentarium principis relati sunt, vt latius docet Forcat. d. dialogo 62. nu. 3. tangit etiam Cuiacius in paratitl. de posterioribus autem comitibus à legato electis, agitur in l. solet in §. sicut ff. de off. procons. & M. Tull. de vtroque loquitur in epistola ad Q. Fratrem, qui tum Asiæ præerat, atque inquit, inter eos, qui tibi comites, & adiutores dedit ipsa Respublica, his finibus præstabis, quos ante præscripsi, quos verò, aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs apparitoribus, tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent, horum, non modo facta, sed etiam dicta præstanda nobis sunt.

24 Ad septimam respõdeo, plura requiri ad hoc, vt quis possit esse Assessor, & officium Assessoris exercere, quæ tamen omnia redigi commodè possunt ad quinque circunstantias, rei *scilicet*,
25 personæ, loci, temporis, & modi, rei idest causæ, quatenus necesse est, vt causam, quam audiunt, & super qua iudicem instruunt, ad illius iurisdictionem pertineat, cui assident. Se-
26 cundo requiritur circunstantia personę, quatenus primum necesse est, vt sit is, qui eligitur Assessor integræ famæ; arcentur enim ab hoc officio infamia notati l. 2. supr. eod. tradit Specul. in tit. de Assessore §. 3. vbi negat etiã excomunicatos posse officio Assessoris fungi, nec admitti clerios Assessores in causis ciuilibus, iudici autem ecclesiastico, posse laicum assidere, admittunt interpretes cõmuniter ad cap. decernimus, extr. de iudicijs, ita testante, & consentiente Curt. Iuniore hic num. 10. tradit etiam Petr. Calafatus hic num. 19. cum seq. in causa tamen spirituali, negat laicum Assessorem esse posse Archidiac. ad can. pluraliter 16. q. 1. notatur in cap. statutum §. Assessorem de rescript. lib. 6.

requiritur etiam in perſona Aſſeſſoris iuris peritia, & probitas l. prima infra eod. l. 4. de var. & extraor. cognit. §. feſtinabis in Auth. de mandat. princ. feſtinabis, inquit Iuſtin. Aſſeſſorem aſsumere virum optimum, & purum vndique, & his contentum, quæ a fiſco dantur, cuius autem peritiæ debeat eſſe Aſſeſſor, iudicis arbritrio relinquitur, vt poſt Accur. & Bald. docet excellentiſſimus, & integerrimus Dominus Præſes Menochius lib. 2. de arbitr. iudicum caſu 213. nu. 3. quem refert etiã, & ſequitur Camill. Gall. lib. 5. de verb. ſignif. cap. 20. num. 31. non putat tamen Curt. Iun. neceſſarium eſſe, eum eſſe Iurisconſultum, vt affirmat hic num. 7. quia etiam libertus poteſt eſſe Aſſeſſor l. 2. ſupr. eod. qui tamen Iurisconſultus, vt ipſe arbitratur, eſſe nequit, cum non poſſint ad digni-
27 tatem aſpirare liberti, & iuris conſulti gradus dignitas ſit, cap. quanto extra de magiſt. hanc tamen declarationem Curtij non recipio, quia Alex. Imperator, permittit libertis, ſi literis eruditi ſint, aduocationis officio fungi l. 2. C. de poſtul. vix ergo, & ne vix quidem eſſet hodie, vt Aſſeſſor fieret, qui Iurisconſulti dignitate non eſſet decoratus, ſunt quoque inepti ad hoc, Aſſeſſoris munus illi omnes, qui, natura, lege, vel conſuetudine iudicare non poſſunt, de quibus in l. cum prætor de iudicijs, & nos quoque diximus quandoque ad rubr. C. de edendo num. 32. conſuetudine enim iudicare nequeunt fœminæ, & ſerui, lege a ſenatu moti, natura verò, ſurdi, muti, perpetuo furioſi, & impuberes d. l. cum prætor. an autẽ puberes, ad hoc, vt Aſſeſſores eſſe poſſint, debeant eſſe maiores decem. & ſeptem annis, an maiores decẽ, & octo, vel maiores viginti dubium eſt, vt obſeruare eſt, apud Petr. Calzfat. hic num. 10. cum ſeqq. communis tamen eſt, vt ſatis ſit maiores eſſe 17. annis, vt per Bald. ad c. cum xx. de offic. & poteſt. iud. deleg. per l. 1. §. initium, iuncta gloſ. infra de poſtulan. & Baldi ſententiam ſequuntur Card. Imol. Barb. & alij ibi.

28 Requiritur etiam circumſtantia loci, quatenus in patria, & in prouincia propria, Aſſeſſores eſſe prohibentur l. in conſiliarijs C. de Aſſeſſo. ratio autem poteſt eſſe, quam reddit de officio Fiſcalis Paulus Iurisconſultus lib. 5. recep. ſenten. §. in ea prouincia, ne quis ſcilicet gratioſus, & calumnioſus apud ſuos eſſe videatur, alias etiam perquirit rationes ex M. Tull. & ex alijs, Hugo Donel. lib. 18. commentariorum de iur. ciuil. capite 2. verſiculo cœterum non omnes; verum ceſſat, hoc loci requiſitum, in quatuor caſibus, primum ſi vna prouincia in duas diuidatur, vt in l. 3. ſupr. eod. ſecundo conceditur, vt per quatuor menſes poſſit quis, in propria prouincia aſſidere, dicta l. in conſilium C. de Aſſeſſoribus l. hi qui in prouincia ff. ex quib. cauſ. maior. tertio ceſſat hoc requiſitum, vbi ſpecialiter conceſſum à Principe, tunc enim

ma-

poteſt vltra quatuor menſes aſſidere d. l. in conſilium, & eſt textus in l. ſi cui infr. ex quib. cauſ. maior. quarto ceſſat in Aſſeſſore curatoris Reipub. de quo in l. vltima infr. eod. quis autem ſit Reipub. curator, docet Panciroius, in ſuo opuſculo, de magiſtr. municip. cap. 2. & rationes harum omnium exceptionum latè reddit Donel. d. c. 2. verſiculo cæterum non omnes. Requiritur etiam circunſtantia loci, quatenus vna cum magiſtratu debent in loco aſſidere, vbi reddit ius, de quo in l. pen. infr. eod. qua de re, & de modo conſedendi, latè Donel. præallegato in loco. Deſideratur etiam circumſtantia temporis, quatenus eodem tempore, quo vni aſſident magiſtratui, nequeunt alteri aſſidere l. vlt. C. de Aſſeſ. nec eodem tempore, quo officium exercent aduocationis, cuiquam aſſidere d. l. vlt. cuius rei rationem reddit ibi Iuſt.
30 quia ſcilicet non ſit facilè credendum duabus neceſſarijs rebus vnum ſufficere, hinc M. Tull. quem refert Zaſ. ad l. diem functo infra eod. nu. 3. vnum, vix paucos, poſſe, verumque neminem affirmat, & propterea forte factum eſt, vt
31 iuris profeſſores publici non poſſint exercere officium aduocationis, vt ſentit etiam idem Zaſ. alioquin priuantur ſalario, & matricula, vt loquitur Bald. ad l. 1. C. de epiſc. & cleric. illud quoque poteſt ad circunſtantiam temporis referri, quòd non niſi per quatuor menſes in propria prouincia poſſint aſſidere per iura ſupra adducta, & quatenus poſt finitum officium, intra quinquaginta dies ex prouincia in qua aſſiderũt alio diſcedere non poſſunt l. conſiliarios C. eod.

32 Deſideratur vltimo circunſtantia modi, quæ conſideratur, tam ab initio, quàm in progreſſu officij. ab initio, vt ſit electus Aſſeſſor pro certo honorario publico, quod illis fuit ab Alex. Seuero, & Paſcennio Nigro conſtitutum, Spartiano, & Lampridio teſtibus, quos referunt Coraſ. Vaco. Donel. & Pancirol. præallegatis in locis, in progreſſu autem officij, neceſſe eſt infra eum modum contineri officium eorum, vt, nec iudicare audita, nec libellis ſubſcribere poſſint l. 2. C. eod. ſed tantummodo conſilium ſuggerere iudicanti, quam ob rem conſiliarij appellantur l. 5. C. eod.

33 Ad octauam reſpondeo, Aſſeſſorum effectum referendum eſſe ad tria capita, ad commodum eorum, quibus aſſident, ad publicam vtilitatem, & ad proprium, & priuatum eorum emolumentum. reſpicit commodum eorum, quibus aſſident, exercitium proprij officij, quod verſatur in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, & epiſtolis l. 1. ſupr. eod. declarando, vt declarant ibi DD. & præſertim Coraſ. & fuſius, & diligentius, quàm cœteri Hugo Donel. lib. 18. comment. de iur. ciuil. capite 2. verſiculo nũc, de offi. etenim, officij proprij exercitatione nimiũ occupati, & imperiti magiſtratus defectum ſupplent; ad publicam autem vtilitatem

litatem referuntur pœne, quibus plectuntur, ne quid noui, & inqui iuris magistratus, quibus assident, statuerint; placuit enim Assessores de eo teneri l. 2. ff. quod quisque iuris, tradit Dec. plures adducens, cons. 8. & latè Donel. d. c. 2. vers. restat, vt de pœnis. quæ tamen pœnæ cessant, vbi, magistratu decernente, contradixerit Assessor, & publicè protestatus fuerit, id est ad acta iudicij, se inuito, & improbante, decretum interponi, & sententiam ferri, vt rectè docet Ang. in §. quoniam verò, in Auth. vt nolli iud. & in §. omnem in auth. de litig. per tex. in l. quoniam iudices C. de appellat. subijciuntur enim varijs pœnis, si contra prohibitionem in patria propria assideant, si subscribant libellis, si eodem tempore duobus magistratibus assideant, Aduocatiue sint, si ante quinquaginta dies ex prouincia, in qua assiderint, post finitum officium, discedant, vt facile est, vnicuique titulum nostrum, & C. eod. percurrenti, obseruare, subijciuntur etiam alijs pœnis, ob alias causas, de quibus in Auth. ad hæc C. de ind. & in §. illud in Auth. vt defuncti, seu funer. eorum, & alijs in locis, de quibus latè per Speculat. in tit. de Assessore §. 6. & per Donel. in præallegato loco. concernunt autem commodum eorundem Assessorum salaria, quæ illis præstantur, quæ diuersa sanè sunt, pro Assessorum qualitate, constituta, vt rectè docet Pancir. in d. c. 8. Assessori enim præfecti prætorio Affricæ 20 librarum auri fuit salarium præstitutum, vt habetur in l. 1. §. hoc etiam C. de off. Præf. Prætor. Affr. & eadem hæc salaria, pro eorumdem Assessorum varietate, quandoque ab ipsis magistratibus, quandoque à publico, vt supra vidimus, præstantur, & iure Pontificio ab ipsis quoque partibus interdum salarium constitui, & præstari, vt in c. statutum 9. Assessorem de rescriptis lib. 6. & plura, ad salaria huiusmodi pertinentia, tangit Speculator, in tit. de Assessore §. 4. illud etiam priuilegium, vt quod licitis honestisque lucris Assessores coadunare potuere, veluti Castrense peculium, si filij fam. sint, habeant, de quo in l. veluti C. eod. ad priuatam eorum vtilitatem refertur, quod priuilegium alijs in lucris, non in salario, de quo non erat dubitandum, intelligi debet, vt rectè docet Donel. præallegato in loco; refertur etiam ad Assessorum commodum honor, & dignitas, quæ est in assessura arg. l. 1. & 3. supr. eod. sunt enim Assessores portio iudicum, & magistratuum, quibus assident l. omnis C. Theod. de his, quæ admit. trad. sunt, docet, aduersus Iasonem, distinguêtem inter honorem, & dignitatem, Donel. in sæpius adducto loco, à quo tamen (ni fallimur) facile defendi potest, quasi Iasonis sensus fuerit, Assessores quidem aliquo in honore esse constitutos, & sic in dignitate vaga, & extraordinaria, non autem referendos esse ad aliquem gradum dignitatis ordinariæ, cuiusmodi est dignitas illustrium, spectabilium, clarissimorum, perfectissimorum, & egregiorum. Respicit nouissimè priuatum eorundem commodum, immunitas, qua gaudent, quatenus liberi sunt, & immunes à tutelis, & ab omni onere indictionum, & munerum l. non solum §. similiter, infr. de excus. tut. l. legato ff. de vacat. munerum, ijsque immunitatibus, non solum quamdiu in officio sunt, sed etiam officio deposito fruuntur l. non minus C. eod. vbi etiam pœna statuitur aduersus imponentes onera, gaudent etiam omnibus priuilegijs, quibus domi sunt, Reipublicæ causa, absentes l. hi qui in prouincia l. secus ff. ex quib. caus. maior. & de his fusè Donel. in d. c. 2. ad quem me refero.

34 Ad nonam, & vltimam quæstionem respondeo, finiri Assessoris officium, vel naturaliter,

35 vel ex accidenti, naturaliter finito magistratu, cui assidet, accessorium enim sequitur naturam sui principalis, & in eo, qui assidet in propria prouincia cursu quatuor mensium spirat l. in consiliarijs C. eod. ex accidêti autem finitur duobus modis, videlicet, aut quia Assessor ipse, vel magistratus, cui assidet moriatur, vt in l. diem functo

36 infra eodem, vbi DD. & in l. diem functo infr. locati, mors enim omnia soluit §. deinceps in Auth. de nuptijs, & sic finitur ex causa necessaria, aut ex causa voluntaria, vt puta, si contingat ante tempus magistratum successorem accipere, vt in d. l. diem functo.

37 Absoluta prima parte venio ad secundam, & Titulum hunc sic cum præcedentibus connecto. supra visum est de officio iudicum, tam ordinariorum, quàm eorum, quibus mandatur Iurisdictio, sed quia vtrique Assessoribus interdum vtuntur, propterea subijcitur hic opportunè Rub. nostra de offic. assessorum.

AD LEGEM DIEM FVNCTO ff. de offic. assessorum.

SVMMAE RERVM, ET VERBORVM.

1 METHODVS obseruanda proponitur.

2 TEXTVS in partes diuiditur.

3 SVMMATVR.

4 FACTI species confingitur in prima parte.

5 Merces, pro temporali opera præstanda, non nisi pro rata temporis debetur, quo opera fuit præstita limitatur num. 13.

6 Contractus referuntur ad Iustitiam commutatiuam.

7 Merces, non nisi pro rata debetur, vbi casu accidit, vt integræ rei locatæ conductor vsum habere non possit.

8 Assessura est similis locationi.

9 Locans, vel conducens rem, quæ ad hæredem non

non transit, sui natura haeredem non obligat.

10 *Dignitates, & officia ad haeredes non transeunt.*

11 *Locatio est contractus bonae fidei.*

12 *Locatori fraudi esse non debet, si per eum non stetit, quominus locatam operam ad finem usque praestiterit.*

13 *Praesidis, medio tempore defuncti, haeredes integrum salarium à Republica percipiunt.*

14 *Iure quisque utatur, quod in alium statuerit.*

15 *Casus, qui accidit uni, alteri praeiudicare non debet.*

16 *Merces solui nobis debet, non modo pro eo, quòd praestamus, sed etiam pro eo, quòd facto alieno, & non culpa nostra praestare nequimus.*

17 *Periculum, in re locata, sequitur dominum rei.*

18 *Casus, qui accidit* Locatori, *conductori non debet prodesse, sed non obesse.*

19 *Mercedem duplicem, eodem tempore, quemquam ex eadem opera capere, aequum non est.*

20 *FACTI species circa secundam legis partem.*

21 *Ratio ubi eadem, eadem sit iuris dispositio.*

22 *Principis factum non debet obesse, cui casus fortuitus non obest.*

23 *Principis factum pro casu fortuito habetur.*

24 *Praeses praesumitur remotus culpa Assessoris.*

25 *Commodum sentire nemo debet ex culpa sua.*

26 *Salarium habere non debet, qui neque verè, neque fictè operam praestat.*

27 *Remotus, in dubio non censetur quis, ob culpam, vel dolum.*

28 *Iuris positiui, non semper certa ratio reddi potest.*

29 *Officium nemini debet esse damnosum, & nu. 211.*

30 *Vidua retinet viri dignitatem.*

31 *Assessores pro priuatis habentur, Praeside, ex quacumque causa, remoto.*

32 *Defunctus in occupatione pro Republica, viuere per gloriam censetur.*

33 *Voluntatis auctoritas, in iure positiuo rationis locò esse potest.*

34 *Legislatoris auctoritati, ratio moralis, & probabilis, non praeualet.*

35 *Ius legitimum, ab initio; an hoc, vel illud ponatur non refert, posteà refert.*

36 *Argumentum à simili corruit, ubi diuersitatis ratio reddi potest.*

37 *LITERAE expositio.*

38 *Magistratui cuicumque, in Vrbe, naturale tempus erat unius anni.*

39 *Interpretatio fieri debet, salua recti sermonis ratione.*

40 *Assessoribus, mortuo praeside, salarium residui temporis debetur.*

41 *OFFICIALIBVS omnibus an id conueniat, quod hic de Assessoribus, & comitibus dicitur.*

42 *Salarium, quod debetur ob vulgarem, & mercennarium laborem, non gaudet legis huius priuilegio.* Limitatur *num. 44.*

43 *Lex debet restringi ad terminos Tituli, sub quo posita est.*

44 *Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*

45 *FAMVLO, qui locauit operas suas per annum, si dominus ante finitum annum moritur, an, & quando integri anni salarium debeatur.*

46 *FAMVLO, qui, tempore aliquo, aduersa valetudine laborauit, an, & quando conuenta merces uniuersa debeatur.*

47 *SCOLASTICVS, si conuenit, ut mecum conuiueret pro certa annua pecunia praestatione, & moriatur ante finitum annum, an haeredes eius, totius anni teneantur mercedem soluere.*

48 Locans *operas tantum, &* locans *rem, & operam simul aequiparantur.*

49 Conductoris *in persona, casus, qui accidit, non nocet locatori, per quem non stetit, quominus operas praestiterit.*

50 Locator, *qui integram operam non praestitit, integram non debet mercedem consequi.*

51 Locupletari *nemo debet cum aliena iactura.*

52 *Venditoris periculum est, ubi contingit rem venditam sine mora, & culpa emptoris non tradi.*

53 Locati *actio non datur, nisi quatenus interest locatoris.*

54 Locatio *rei, quae usu consumitur, esse non potest.*

55 *Aurifex, conficiens alicui anulos ex proprio auro, non dicitur aurum vendere, & operam locare, sed anulos vendere.*

56 Entia *non sunt multiplicanda sine necessitate.*

57 *Victus plura includit, quarum aliqua ad emptionem, & venditionem, aliqua ad locationem possunt referri.*

58 SCOLASTICVS, *si conuenit, ut mecum conuiueret, pro certa annua pecunia praestatione; & moriatur, vel recedat ante finitum annum, an haeredes illius integram mihi mercedem soluere debeant.*

59 Doctori *non licet negociari, &, ut quaestum faciat, duodenam exercere.*

60 SALARIVM *residui temporis, an debeatur etiam haeredibus ipsorum praesidum, vel Assessorum, & aliis, quibus stipendia, & honoraria debentur, si contingat eos mori ante annum.*

61 *Mors ciuilis, & naturalis aequiparantur.*

62 *Ius singulare habet in contrarium ius commune, & num. 216.*

63 Salarium; *quod debetur pro opera, recipit tacitam conditionem, si opera praestetur.*

64 Opera *futura non est in rerum natura.*

65 Conditio *nihil ponit in esse.*

66 Cessante *causa, cessat effectus.*

67 Cessante *labore, cessat praemium, & salarium.*

68 *Princeps, vel* Respublica, *non debet eodem tempore duplici salario grauari.*

69 Conuentio

69 *Conuentio inter Principem, & magistratum, si non est locatio, & conductio, est contractus innominatus.*

70 *Repetitio eius, quod non debetur, non denegatur.*

71 *Fisci Aduocatus, si moriatur, integrum illius anni salarium ad haredes transmittit.*

72 *Fiscus non intelligitur habere priuilegium; nisi sit expressum.*

73 *Afflictio non est addenda afflicto, & nu. 112.*

74 *Proximitatis dignitatem habentes, si moriantur ante completum proximitatis actum, ad haredes solatia transmittunt.*

75 *Specialitatem allegare, est refugium miserorum.*

76 *Beneficia sunt latissimè interpretanda.*

77 *Salarium magistratuum, non est vilis merces, sed nobilis liberalium laborum remuneratio, & beneficium.*

78 *Tempus cœptum, habetur pro completo, in fauorabilibus.*

79 *Lex scia in princ. de annuis legat. declaratur.*

80 *Lex 1. C. de re milit. lib. 12. declaratur.*

81 *Lex vltima C. de domest. & protect. lib. xii. declaratur.*

82 *Salarium magistratibus, non pro opera tantum debetur, sed, & pro expensis, & ex quodam etiam, pro liberali labore, beneficio.*

83 *Causa vna, ex pluribus, cessante, non cessat effectus.*

84 *Salarij duplicis prastatione, codē anno Principem, vel Rempublicam grauare interdum expedit.*

85 *Opera doctrina, & prudentia, est inastimabilis.*

86 *LOCATORE operarum, vel conductore per annum mortuo ante finitum annum, an, & quando integrum totius anni salarium, vel stipendium debeatur.*

87 *PROFESSORI publico, si infra annum infirmetur, vel recedat, an & quando integrum stipendium debeatur.*

88 *PROMOTORIS emolumentum, an, & quando, Professore mortuo, transmittatur ad illius haredes in Ticinensi Gymnasio.*

89 *MAGISTRATVS, qui cœpit per Vicesgerentem exercere, an eodem modo residui temporis salarium ad haredes transmittat, ac si per se cœpisset exercere.*

90 *Priuilegium habentes ex causa officij, tunc demum eo gaudent, cum officium per semetipsos, exerceant.*

91 *Faciens per alium, in casu permisso, perinde est, ac si per se faciat.*

92 *Loci seruatores, sine causa, fieri non possunt.*

93 *Lex 1. C. de Primipilo lib. 12. declaratur.*

94 *MAGISTRATVS electus, qui se accinxit itineri, & opportunas fecit impensas, si ante officij ingressum moriatur, an salarium ad haredes transmittat.*

95 *Retentio facilior est, quàm petitio.*

96 *Prastatio annua, vbi pro aliquo facto, vel opera debetur, non nisi pro eo anno debetur, quo is, cui promissa est, cœpit agere, vel operari.*

97 *Administratoribus prouinciarum, non, nisi ex quo in prouinciam ipsam venerint, emolumentum debetur.*

98 *Ratio vbi est eadem, eadem quoque sit iuris dispositio, & num. 155.*

99 *Dignitatis commoda statim competunt, atque aliquis est in dignitate constitutus.*

100 *Via ad actum idem sit iudicium, quod in actu ipso.*

101 *Lex, si pecuniam ff de cond. causa data, causa non sequuta, declaratur.*

102 *Lex, qui concubinam §. vxori de leg. 3. declaratur.*

103 *Lex, post duos C. de aduoc. diuers. Iud. declaratur.*

104 *Praparatoria ad aliquid dicuntur quoddam illius principium.*

105 *§. illud in Auth. de Administr. declaratur.*

106 *MAGISTRATVS electus, qui se accinxit itineri, & impensas fecit, si moriatur ante ingressum officij, an, & quando transmittat salarium ad haredes.*

107 *Prasidis morte, eiusdem Prasidis officium finitur.*

108 *Mors omnia soluit.*

109 *Industria persona vbi electa est, officium de persona, in personam non transit.*

110 *Fœmina arcentur à muneribus publicis.*

111 *PRÆSIDIS morte, an finitum sit etiam officium Assessoris.*

112 *Locatio opera, per mortem conductoris, non finitur.*

113 *Illatio ex diuersis non fit, limitatur nu. 122.*

114 *Assessoris duplici officio nemo fungi potest.*

115 *Accessorium sequitur naturam sui principalis num. 214.*

116 *Assessoris officium est accessorium ad officium Prasidis, & num. 214.*

117 *Correlatiua sunt simul natura.*

118 *Assessor, & Iudex, cui assidet sunt correlatiua.*

119 *Dubitabile non est, quicquid lege comprahensum est sed quod principaliter lege deciditur.*

120 *Hares Titij conductoris, Titium conductorem reprasentat, sed hares Titij prasidis, Titium reprasentat, non prasidem.*

121 *Locatoris interest potius vni, quàm alteri operas suas locare.*

122 *Infertur etiam ex diuersis, quando non sunt diuersa disperata, sed connexa, & similia.*

123 *PRAESIDIS defuncti filius, vel hares, si ei in offic. subtituatur, an Assessores assidere illi teneantur pro residuo tempore, vt integrum salarium consequantur.*

124 *Obligationis conditio, morte alicuius, non immutatur.*

125 *Locator, & Assessor procedunt à pari.*
126 Locator tenetur præstare operas locatas *hæredibus conductoris.*
127 *Assessor, qui potuit post mortem defuncti Præsidis operas locare, & non locauit residui temporis salarium petere non potest.*
128 *Facere tenemur, quod alteri prodest, nobis non nocet, & num. 140. limitatur num. 152. in fine.*
129 *Doctoribus expedit potius exerceri, quàm vacare, & num. 140.*
130 *Officium semper est idem, & dignitas numquam moritur.*
131 *Pater, & filius censetur esse vna, & eadem persona.*
132 *Substitutus hæres defunctum repræsentat præsidem, etiam quo ad publicam personam.*
133 *Assessoribus, qui, mortuo præside ante tempus, alijs operas præstant salarium residui temporis non debetur.*
134 *Factum intelligitur, quod commodè ab aliquo ex contrahentibus fieri potuit, & per eum stetit.*
135 *Conditio, quàm quis potuit adimplere, & non adimpleuit, pro adimpleta habetur declaratur num. 151.*
136 *Fatuitas est laborem, & incõmodũ quærere.*
137 *Interpretatio illa in dubio est admittenda, quæ magis æquitati congruit.*
138 *Ius est ars boni, & æqui.*
139 *Salarium, & præmium, ex affectato ocio, consequi nemo debet.*
140 *Assessores petere possunt integri temporis salarium, quando per eos non stat quominus seruiant.*
141 *Contrahere, & distrahere cogimur interdum ex æquitate.*
142 *Releuatur in altero, qui in vno grauatur, & num. 166. & num. 187.*
143 *Operas, qui tenetur alicui præstare, tenetur etiam, eo iubente, præstare alteri.*
144 *Fauor non debet retorqueri in odium.*
145 *Conditionalis dispositio, tunc demum locum habet cum purificatur conditio.*
146 *Positum in conditione, non intelligitur positum in dispositione.*
147 *Creditor non cogitur mutare personam obligatam.*
148 *Acquirere ad vtilitatem alterius nemo cogitur.*
149 *Lex labeo scribit si mihi Bibliotecam ff. de contrahenda empt. declaratur.*
150 *Melius agitur cum lege, quàm cum homine.*
151 *Lex iure ciuili ff. de cond. & demonstr. & lex iure ciuili ff. de reg. iur. declarantur.*
152 *Regulæ iuris adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, & iura communia, exceptiones autem, & iura singularia, etiam ad possibilia, & raro contingentia.*
153 *Beneficia Principis, latissimam recipiunt interpretationem.*
154 *Hæres non repræsentat defunctum cum dignitate.*
155 *PROFESSOR publicus, qui, timore pestis, vel belli, recessit à loco, vbi profitebatur, si potuit interim alibi profiteri, an possit exigere salarium à Domino vniuersitatis, à quo discessit.*
156 *ASSESSOR, qui, mortuo præside, locauit operas suas pro minori salario, an possit à defuncti præsidis hæredibus supplementum petere.*
157 *Partis quo ad partem, idem fit iudicium, quod totius, quo ad totum. declaratur num. 164.*
158 *Contrahens per secundum contractum, eatenus videtur recedere à primo quatenus eadem afferat vtilitatem secundus, quod si minorem afferat, agi adhuc potest ex primo in eo, quod pluris nostra interfit. declaratur num. 164.*
159 *Argumentum de tempore ad rem valet. declaratur num. 164.*
160 *Assessor petere potest salarium pro rata temporis, quo vacauit post mortem præsidis.*
161 *Ratione cessante, cessat iuris dispositio, & num. 117.*
162 *Ratione vna, ex duabus, cessante, non cessat dispositio. quando ambæ sunt rationes principales, secus si altera sit impulsiua tantum.*
163 *Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
164 *Assessor, post mortem præsidis, vel si ex causa recessit, qua cautela, ita possit operas suas alteri locare, vt à primo contractu omnino non recedat.*
165 *ASSESSOR, si post mortem Præsidis locauerit operas suas alteri pro maiori salario, an illius pluris aliqua sit habenda ratio.*
166 *Commodum, qui sentit, debet sentire incommodum.*
167 *Assessores morte Præsidis sunt soluti ab omni obligatione.*
168 *Diligentia, & industria nostra non debet alijs magis, quàm nobis prodesse.*
169 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.*
170 *Acquisita nobis solertia nostra, vel alterius stultitia, non debet in alterius vtilitatem redundare.*
171 *SALARIVM vtrum debeatur magistratibus in principio officij.*
172 *Medicis debetur salariũ infirmi, nõ in principio curationis, sed postquam sani effecti sunt.*
173 *Transmittimus, quæ adhuc nõ sumus adepti.*
174 *Salarium, quod debetur magistratibus, aduocatis, & professoribus, mercedi æquiparatur, quæ ex causa locationis, & conductionis debetur declaratur num. 182. in fine.*
175 *Merces, in dubio, ex causa locationis debetur in fine, non autem in principio.*
176 *Debitum hoc anno, solui debet in fine anni.*
177 *Salarium aduocatis, ante sententiã debetur.*

178 Salarium, quod debetur ex dispositione legis, vel statuti ab initio debetur.

179 Pecunia, quæ debetur, non solum pro opera, sed ratione etiam impensarum, quæ praecedunt ab initio soluitur.

180 Lex 1. C. de primipil. lib. 12. declaratur.

181 Lex Archiatri C. de profess. & medic. lib. 10. declaratur.

182 Lex 1. C. de suffragio declaratur.

183 MERCES, vel salarium honorificum, an, & quando debeatur in princ. vel in fin. anni.

184 ASSESSORIBVS, præside mortuo ante tempus, an statim salarium debeatur, si statuto, vel consuetudine cautum sit, vt debeatur in fine anni, vel anni finis sit expectandus.

185 Expectandum non est, quod expectari non releuat.

186 Dilationis causa cessante, cessat dilatio.

187 Solui statim debet, quod statim debetur.

188 Locator, si colonus, vel inquilinus habitationem, vel culturam deseruerit, statim ad totam mercedem agere potest.

189 Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.

190 Debitum, vbicumque est conditionale, & in diem, purificata conditione, expectandus est dies.

191 Obligationis conditio, per mortem alicuius non immutatur.

192 Operas ficte præstanti, nulla æquitas patitur, vt citius satisfiat, quàm verè præstanti.

193 Subrogata obligatio, sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, quo ad tempus solutionis.

194 Salarium residui temporis, non potest cum effectu deberi, quamdiu non est certum, Assessores non esse futuros, eo anno, cum alijs.

195 Operas non præstans, non debet esse melioris conditionis, quàm is, qui præstat.

196 Fictio non debet plus operari, quàm veritas num. 203.

197 Specialia duo, circa vnam, & eandem personam, ob candē causam non possunt concurrere.

198 Salarium, vbi non simpliciter debetur ex conuentione, sed vel ex dispositione legis, vel ex conuentione subrogata in locum dispositionis legis, debet expectari finis illius temporis, licet expectatio sit frustratoria.

199. Assumi pro fundamento non potest id, de quo disputatur.

200 Obligatio in diem producit obligationem, & actionem, fieri tamen exactio, quamdiu dies non veniat, non potest.

201 Assessoris fauore inductum est, vt possit, post mortem Præsidis, alteri operas suas locare.

202 Lex si in lege §. domus ff. locat. declaratur.

203 Ars imitatur naturam.

204 Fictio non fingit super impossibili.

205 Assessoribus, si præses ante tempus successorem accipiat, residui temporis salarium non debetur.

206 ASSESSORIBVS, an debeatur salarium residui temporis, vbi vna cū præside sint remoti.

207 Damnum, quod contingit alicui ob odiū inimicitias, & persecutiones, sibi est imputandum.

208 ASSBSSORI, an debeatur salarium, si ob illius culpam Præses remoueatur.

209 ASSESSORI, an debeatur salarium; si Præsis remoueatur ob culpam propriam.

210 Culpa vnius, alteri nocere non debet, declaratur num. 218.

211 Culpa magis obligat, quàm casus.

212 Assessoribus integrum debetur salarium, quando integrum debetur Præsidi.

213 Publicæ vtilitati, priuata no debet præferri.

214 Præses, si remouetur ob culpam, residui temporis salarium non consequitur.

215 Accessorio plus non debet inesse, quàm principali.

216 Magistratibus mutatio frequentius accidit, quàm mors.

217 Mortui pro Republica, censentur viuere per gloriam.

218 Principale trahit ad se accessorium.

219 Assessor, improbo homini assidens, culpa non caret.

220 Præsidis remotio, facit cessare lucrum residui temporis, non præteriti temporis damnum infert.

221 Assessores facilius possunt sibi consulere, Præside remoto, quam Præside mortuo.

222 Ratio certa cuiuslibet obseruationis reddi non potest.

223 ASSBSSORI, an debeatur salarium residui temporis, si præses remoueatur ob culpam propriam, & Assessor cum alijs fuerit.

224 Fictio, etiam super impossibili admittitur, in odium delinquentis declaratur num. 233.

225 Assessoribus magis fauent iura in casu mortis Præsidis, quàm in casu remotionis ante tēpus.

226 Assessori salarium non debetur, vbi per eum ita stat, vt nec fingi possit eum operas præstitisse.

227 Conductor, si culpa sua recedat à contractu, & à re locata, tenetur solummodo, quatenus interest locatoris.

228 Locupletior fieri nemo debet ex culpa alterius, satis est enim, vt indemnis conseruetur.

229 Culpa, quæ non ordinatur ad casum, & ad damnum, non attenditur.

230 Lex recipiens varios intellectus, non potest allegari ad decisionem causarum.

231 Relatio debet fieri ad proximū, quod sit æque principale, non ad proximum incidenter dictum.

232 Lex si in lege §. si domus ff. locati declaratur.

233 Delicta, vt non remaneant impunita recceditur à regulis iuris communis.

234 Fictio, an, & quando procedat super impossibili.

235 ASSBSSORJBVS, an salarium debeatur, vbi præses sine culpa remoueatur, vt maiore dignitate decoretur.

236 *ASSESSORIBVS, an salarium debeatur, ubi Præses remoueatur, & de causa non constet.*

237 *Principis factum, quamuis iniustum non debet nocere, nisi ei, cui infertur iniuria.*

238 *Remouens aliquem à commodo, & à lucro, uidetur etiam eum ab oneribus liberare.*

239 *Lex lucius ff. de euict. declaratur.*

240 *OFFICIALI, & magistratui remoto propter culpam, an debeatur salarium pro eo tempore, quo seruiuit.*

241 *Tutor, cui relictum est legatum, ut tutelam administret, si ab ea excusatus remoueatur integrum legatum amittit.*

242 *Legatarius, cui relictum est legatum, ut administrationem rerum alicuius suscipiat, si propter culpam, & fraudem repellatur à rerum administratione, integrum legatum amittit.*

243 *Administrationem rerum pro parte non implens, integrum amittit emolumentum.*

244 *Iudices negligentes reddere omnia emolumenta ex administratione percepta compelluntur.*

245 *Periurus priuatur omni commodo, quod poterat sperare ex negocio, super quo iurauerat declaratur num. 260.*

246 *Magistratus, qui remouetur ob culpam necesse est, ut sit periurus.*

247 *Magistratus iurant in principio officij se diligenter, & ex fide in eodem officio versaturos.*

248 *Negocium susceptum, culpa sua non implens, semper potest per exceptionem non implementi repelli declaratur num. 262.*

249 *Peccans in uno fit omnium reus, declaratur num. 263.*

250 *Falsus testis in uno, falsus est in omnibus.*

251 *Præsidis administratio, & salarium sunt diuidua.*

252 *Pœna priuatiua, quæ diuidua est, delicti limites egredi non debet.*

253 *Gestum recte, à subsequenti delicto non immutatur.*

254 *Locator, qui culpa sua non implet locationem, non integram amittit mercedem, sed pro rata usus, & quatenus interfit conductoris.*

255 *Operas præstantis, ingenij, & doctrinæ, melior debet esse conditio, quam præstantis usum rerum materialium, vel operas mercennarias, & vulgares.*

256 *Lex Nessennius ff. de excus. Tut. declaratur.*

257 *Tutoris administratio, qui datur personæ non patrimonio, est indiuidua.*

258 *Lex iudices C. de annon. & tribut. lib. x. declaratur.*

259 *Remotionis pœna irrogat infamiam.*

260 *Salarium, ad laborem relationem habet.*

261 *Iuramentum efficit obseruantiam testamenti indiuiduam.*

262 *Iudex in Syndicatu, si male se gessit in uno, non punitur in altero.*

263 *Cap. deficeat de reg. iur. in antiquis, declaratur.*

264 *Præceptorum omnium obseruatio necessaria est ad salutem eternam.*

265 *OFFICIALIS, ante tempus remotus, an, & quando totius temporis salario priuetur.*

266 *LOCANS operas per annum, si recedat sponte, ante finitam operam, vel officium, an, & quando, & quomodo debeat habere salarium.*

PAPINIANVS
LIB. I. RESPONSORVM.

DIEM functo Legato Cæsaris salarium Comitibus residui temporis, quod Legatis præstitum est debetur: modo si non postea Comites cum alijs eodem tempore fuerint. Diuersum in eo seruatur, qui successorem ante tempus accipit.

1 CONSTITVTIS animaduersionibus ad materiam uniuersam ex his, quæ summatim de Assessore tradidimus ad Rub. supra eod. venio, sine alio apparatu, ad interpretationem l. diem functo, quæ duas dumtaxat habitura est principes partes. Prima pertinebit ad litteræ expositionem, secunda ad conclusiones ex ea colligendas, quarum occasione, utiles, & opportuni disputabuntur à nobis articuli, redeo igitur ad primam partem.

2 Et diuido textum nostrum, in tres particulas, in quarum prima ponitur conclusio affirmatiua, in secunda limitatio, in tertia altera conclusio negatiua, quæ habet vim alterius limitationis, secunda sumit initium ab illis verbis. Modo si non postea. tertia ibi. Diuersum in eo. Sententia autem huius textus, secundum lectionem Pandectarum Florentinarum, quam recipiunt hic Alciat. Coras. EGuin. Baro. Hugo. Donel. Petr. Costalius, & alij omnes eruditiores, pau-
3 cis, hoc pacto, perstringi potest. Defuncto Præside, Assessoribus non locantibus alijs operas suas, residui temporis salarium debetur, secus autem ante tempus remoto.

4 Facti autem species, circa primam, & secundam partem, sic confingi potest, Præses duxit secum in prouinciam, cui præerat, nonnullos comites, & Assessores, quibus singulis debebat ducentos aureos annuos, sed, lapsis sex mensibus, obijt Præses, Quæsitum fuit à Papiniano Iurisconsulto, huius responsi auctore, numquid integri anni salarium præfatis Assessoribus deberetur, vel pro illo tantum tempore, quo operam suam Præsidi, iusdicenti, præstiterunt, &, dubicationis gratia, videbatur respondendum,

non nisi pro eo tempore, quo viuenti Præsidi as-
5 siderunt, salarium deberi, primum quia, quod-
cumque pro temporali opera datur, non nisi pro
rata temporis, quo opera fuit præstita debetur
l. Seio infr. de annu. leg. l. 1. C. de re milit. lib.
12. ita vt, si integra merces fuerit data, & ope-
ra non præstita, quatenus opera præstita non
fuit, sit repetitioni locus l. vlt. C. de condit. ob
causam, facit regula legis, quæ de tota, infr.
de rei vendic. at salarium debetur Assessoribus,
quasi merces, pro opera, quam præstant instru-
endo magistratum, cui assident, vt patet ex su-
pra traditis, igitur eis non debetur, nisi pro eo
tempore, quo laborauerunt, magistratui consi-
6 lium præstando, alioquin fieret contra iustitiam
commutatiuam, ad quam locatio, & conductio,
& cæteri contractus referuntur, merces enim, &
salarium excederet operam præstitam, quod,
esse contra iustitiam commutatiuam, patet ex
traditis per DD. ad princ. Inst. de iust. & iure, &
ad l. iustitiam supr. eod. titulo, nec non per phi-
losophum lib. 5. ethicorum capite 4.

7 Secundo, quia vbicumque, in locatione, &
conductione, casu accidit, vt integrum vsum
rei locatæ non possit habere conductor, vt puta,
quia mortuo locatore vsusfructus locati fundi,
quem habebat pereat, vt in l. si quis domum §.
1. infr. locati, vel domus locata incendio pereat,
ante finitam locationem, vel quid simile con-
tingat, vt in l. si quis fundum §. Imperator, &
in l. si vno §. item cum quidam infr. locati, nec
non in d. l. 1. C. de re milit. lib. 12. pro eo tan-
tum tempore debetur merces, quo conductor
8 vsus est re locata, at negocium de quo agimus,
simile est locationi, vt sentiunt DD. omnes hic,
& videtur probari in l. sed addes in fine iuncta l.
sequenti infr. locati, & casu fit, vt integra ope-
ra locata non præstetur, igitur non debetur mer-
ces, siue salarium, nisi pro eo tempore, quo ope-
ra est præstita.

9 Tertio, & vltimo, omissis alijs adductis per
Purpuratum hic num. 193. vbicumque locat,
quis, vel conducit rem, quæ, sui natura, ad hæ-
redem non transit, hæredem non obligat l. si quis
domum §. 1. ff. locati, sed negocium, de quo hic,
quod locationi, & conductioni æquiparatur d.
l. sed addes cum l. seq. infr. locati, versatur cir-
10 ca dignitatem, & officium Præsidis, quod ad
hæredes, non transit, ergo non debet Præses hæ-
redes suos obligare ad præstandum salarium As-
sessoribus, qui potuerunt casum præuidere, vt
dicitur in simili casu, de quo in d. l. si quis do-
mum §. 1.

11 Contrarium tamẽ deciditur hic, integrũ nem-
pè, residui temporis, salarium deberi, & ratio de-
cisionis redditur ab omnibus, quia, cum contra-
12 ctus locationis sit bonæ fidei, æquitati congruit,
vt opera, certum ad tempus locata, si per loca-
torem non stetit, quo minus eam ad finem vsque
præstaret, id ei fraudi esse non debeat, vt scri-
ptum est in l. sed addes §. cum quidam, cui su-
biectus est continuo §. Papinianus alias lex diem
functo ff. locati, vbi continetur hoc idem Papi-
niani responsum, vbicumque per locatores non
stat, quo minus operas præstent, perinde est,
ac si præstitissent l. in iure ciuili infra de reg. iur.
& d. l. sed addes §. vltimo l. qui operas eod. tit.
locati facit tex. in l. 1. §. diuus infr. de var. &
13 extraord. cognit. Secunda decisionis ratio es-
se potuit, quia quemadmodũ hęredes integrum
percipiunt à Republica defuncti præsidis sala-
14 rium, ita quoque integrum ipsis Assessoribus
salarium præstare debent, vt in alijs seruent,
quod ipsis seruari desiderant arg. l. 1. infr. quod
quisque iuris, capitulo cum omnes de constitu-
tion. consentit cum hac lege nostra dicta l. sed
addes in fine iuncta lege sequenti.

15 Nec obstat primum contrarium, quia proce-
dit quando dolo, vel culpa locatoris opera ne-
què verè, neque fictè est præstita, secus si pro
præstita habeatur, quia per locatorem non ste-
terit, vt hic, alioquin sequeretur, vt casus, qui
accidit vni præiudicaret alteri, quod non est fe-
rendum, l. si vno §. item cum quidam, & l. si
quis fundum §. imperator infr. locati, tradit
16 etiam Bart. hic num. 1. debet enim nobis solui
non modo, quod præstamus, sed etiam quod fa-
cto alieno, & non culpa nostra præstare non pos-
sumus. præterea tex. in d. l. Seio videtur consen-
tire cum textu nostro, quia pro annis futuris fit
diuisio laboris, & pecuniæ, pro eo verò anno,
quo moriuntur ij, quibus opera præstanda est
integrum debetur, vt ibi admittunt omnes, ita
testante Bologn. hic num. 9. vers. sed istis, illa
enim lex, in hac parte, à nostra declarationem
recipit.

17 Nec facit negocium secundum, quia in iuri-
bus ex aduerso allegatis, casu, impedimentum
oriebatur, contingente, non ex parte conducto-
ris, vt hic, sed ex parte locatoris, vel in perso-
na illius, vel in re locata, non debet ergo casus,
18 quod locatori accidit nocere conductori, pe-
riculum enim in re locata sequitur dominum rei
l. si quis ex conducto §. si vis infr. locati, verum,
nec debet casus, qui accidit locatori, condu-
ctori prodesse, sed tantum non obesse; idcirco,
si eodem anno Assessores locauerint operas suas
alijs, non debetur salarium, nisi pro eo tempo-
re, quo vel operas præstiterunt, vel vacui fue-
runt, ideo subdit Papinianus temperamentum.
modo si non postea comites cũ alijs eodem tem-
19 pore fuerunt. Neque enim æquum est dupli-
cem mercedem aliquem eodem tempore ex ea-
dem opera capere.

20 Circa secundam autem partem, dubitatum
fuit coram Papiniano, numquid si Pręses, ante
finitum officium, successorem accepisset, pro ra-
ta temporis deberetur salarium Assessoribus, vel
pro integro anno, &, dubitandi causa, videba-
tur respondendũ deberi, etiam residui temporis
21 salarium

21 salarium, primum quidem quia vbi eadem est
ratio, eadem quoque debet fieri iuris dispositio
l. à Titio ff. de verb. obligat. cum similibus, sed
ratio, ob quam in præcedenti casu factum est, vt
Assessores residui quoque temporis salariũ, post
præsidis mortem, consequantur, ea est, quia per
eos non stetit quominus seruirent, vt supra ad
mentem omnium tradidimus, & hæc ipsa ratio
viget etiam, in posteriore hoc casu, vt nemo
dubitat, igitur eodem modo, vbi præsides ante
tempus successores accipiant, debent eorum As-
sessores integri anni salarium consequi.
22 Secundo, cui non obest casus fortuitus, nec
23 Principis factum debet obesse, quod pro casu
fortuito habetur, argumento l. quæ fortuitis C.
de pignorat. act. & cap. cum Ioannes de homi-
cid. tradit expressè Alex. cons. 97. vol. 3. sed
Assessoribus non obest, nec est impedimento
casus fortuitus mortis, quo minus integri anni
salarium consequantur, vt hic, & in d. l. diem
functo infr. locati, igitur nec factum principis
debet obesse.
24 Quibus non obstantibus, contrarium decidit
hic Papinianus, & ratio decisionis, quæ vulgo
redditur ab omnibus, ea est, quia præses præsu-
mitur remotus ob culpam Assessoris l. 2. infr.
quod quisque iuris, quamobrem non debet ex
25 culpa, vel dolo suo Assessor commodum senti-
re l. siue hereditaria infr. de negoc. gest. & sic
cessat ratio reddita in superiore casu, quia vbi
remouetur Præses ob culpam Assessoris, ipsemet
videtur remoueri l. pen. in princ. infr. solut. ma-
trim. & ideo non fingitur seruire, & qui neque
26 verè, neque fictè operam præstat, non debet
habere salarium l. salarium, infr. locati, verum
quia hæc ratio, iure optimo non probatur Hug.
Donel. in d. c. 2. vers. ad hunc locum, quando-
quidem, vltra alias difficultates, quas patitur,
non est generalis ad casus, in quibus reciperet
Præses successores ante tempus, non ob aliquam
culpam, sed quia vellet Princeps eum maiore
dignitate decorare, vel ex alia causa, quæ non
supponeret defectum aliquem, neque in eo, ne-
que in suis officialibus, textus enim generaliter
loquitur. preterea Assessoris, & Præsidis culpæ
sunt separatæ, vt latè discurrit Porcatulus dicto
27 dialogo 62. num. 7. accedat etiam, quòd, in
dubio, non censetur quis ob culpam, vel dolum
remotus, per regulam l. meritò ff. pro socio, &
l. quoties §. qui dolo ff. de probat. cum alijs ad-
28 ductis per Alciat. hic num. 14. vel igitur huius
decisionis, vt potè, quæ iuris positiui est, non
potest reddi certa ratio, arg. l. non omnium
de legibus; quod videtur sentire Donel. quòd-
que sit verisimile, quia Papinianus non dicit di-
uersam esse rationem in eo, qui antè tempus ac-
cipit successorem, sed diuersum in eo seruari,
quæcumque scilicet sit ratio, vel si ratio diffe-
rentiæ potest reddi, aut est, quia, cum succes-
sor extra tempus statim mittatur, continuo pos-
sunt Assessores veteres nouo Præsidi operas suas
locare, quod non accidit, vbi Præses moriatur,
non enim statim alius subrogatur, vel quia si
Præses remoueatur ob dolum, quoniam pœna
eum sequitur, ita vt familia forte quoque, &
pecuniæ publicentur, non debet etiam alia ca-
lamitas infligi, vt Assessoribus residui quoque
temporis salarium præstet, si verò ex causa pu-
blica remoueatur, quod sibi plerumque accidit
incommodè, & non sine damno, non debet As-
sessoribus quæstui esse, vel ratio est, vt conside-
rat Porcat. in d. dialogo 62. num. 6. quia Præses,
non alias Assessoribus videtur salarium promit-
29 tere, quàm si ipse à Principe, vel senatu acci-
peret, ne suum sibi officium sit damnosum l. vi-
delicet infr. ex quib. caus. maiores. æquum enim
non est, Præsidem ex proprio persoluere salaria
pro eo tempore, quo nullum illorum vsum ha-
bet, nec Principem eodem tempore salaria duo-
bus præsidibus venienti scilicet, & recedenti de-
cet præstare, nec confligari sic oportet princi-
pis, aut Reipublicæ pecuniam l. vtilitas C. de
primipil. lib. 12. defuncto tamen Præside, quod
nõ ita frequenter accidit quemadmodũ mutatio
in solatium defuncti magistratus illius hæredes
totius anni salarium capiunt arg. l. vlt. C. de in-
stit. propterea rationi consentaneum est, vt pro
illo integro anno Assessoribus quoque, qui cum
alijs non fuerunt salarium præstent, quemadmo-
30 dum enim mulier vidua tenet viri dignitatem
l. filij §. 1. ff. ad municip. & infra annum ab hę-
redibus viri debet al , arg. l. à vobis ff. de ann.
legat. ita omnem defuncto Præside, totius anni
31 salarium, dolorem leuabit, accedat etiam quod
Præside, ex quacumque causa remoto, Assesso-
res pro priuatis habentur l. cum principalis infr.
32 de reg. iur. illo autem mortuo non vtique cum
is qui decesserit, occupatus pro Republica viue-
re censetur per gloriam, arg. §. primi inst. de
excusat. tut.
33 Non obstat igitur primum argumentum, ex
aduerso allatum, quia multiplex est rationis di-
uersitas inter casum mortis, & casum mutatio-
nis, Præsidis, vt mox ostensum est, præterea non
potest ab eadem ratione sumi argumentum ad-
uersus illius dispositionem, cuius voluntatis au-
34 ctoritas rationis loco esse potest, non potest
enim moralis, & probabilis ratio legislatoris
auctoritati præualere arg. cap. susceptum de re-
scriptis lib. 6. facit lex in testamento huius initij
prima ff. de cond. & demonstrat. nec non tradi-
ta per Baldum ad l. omnes populi supr. de iust.
35 & iur. num. 65. facit etiam dictum Aristo. lib.
5. ethicorarum c. 7. affirmantis, ius legitimum
ab initio, an hoc, vel illo modo ponatur nihil
referre, cum verò constitutum fuerit, tunc re-
ferre quale est illud: consentire videtur tex. in l.
prospexit infr. qui, & à quibus, docuimus etiam
nos ad l. primam C. de edendo num. 54. in fine.
Nec obstat secundum, quia, vt visum est supra,
diuersa

diuersa est ratio inter casum mortis, & factum
36 Principis, & argumentum à similibus petitum, corruit vbi diuersitatis ratio possit reddi, sed iam veniendum est ad interpretationem literę.

37 DIEM FVNCTO LEGATO CAESARIS, id est mortuo Præside l. pen. supr. de offic. præsid. qui legatus in prouinciam à Cæsare mittebatur, vt summa pręesset potestate l. 1. supr. eod. tit. de offic. pręsid. vbi Corasius, quæ autem sit differentia inter magistratus Prouinciales, qui omnes præsidis appellatione continentur, qui sunt prouinciales legati Cæsaris, & alios prouinciam regentes d. l. 1. rectè docet, & fusè Pancirol. in suis commentarijs in notit. Imper. Orient. c. 98. & 99. 100. quicquid comminiscatur hic Bolog. num. 8. videndus est etiam Cuiacius hic.

SALARIVM COMITIBVS RESIDVI TEMPORIS, QVOD A LEGATIS PRAESTITVM EST DEBETVR hæc pars, quia diuersis modis legitur, varios recipit intellectus, qui omnes facilè possunt defendi, sed, si hoc modo legatur, secundum Pandectarum Florentinarum literam, à qua non arbitror esse recedendum, salarium, quod est præfinitum, & præscriptum à legatis, ita enim sonat hoc verbum præstitutum l. 1. ff. de iur. deliberan. l. 1. in princ. de success. edict. & legatus Cæsaris in prouinciam missus Assessoribus suis salarium præstituebat ex fisco, hoc est ex pecunia publica illius prouinciæ soluendum §. festinabis in auth. de mand. princ. docet Coras. hic, sensus est inquam, salarium, quod est pręfinitum à legato, debetur Assessoribus etiam pro eo tempore reliqui anni, quod post mortem Præsidis superest, & magis placet, vt verbum, præstitutum, referatur ad salarium, quàm ad tempus, quia ignorabat legatus Cęsaris quanto tempore esset futurus in prouincia, cum morarentur Pręsides in prouincijs, quantum Cæsari libuisset, vt ex Dion. lib. 35. docet Pancir. in commentarijs in noti. imper. orient. nec reprobanda est hæc lectio, ex his, quę dicit Forcat. in d. dialogo 62. num. 5. quia non est verisimile, cum tempus, quo morarentur Pręsides in prouincijs, esset incertum, eos conduxisse Assessores, nisi per annum, vel durante officio, vnde semper fit, vt præstitutum annuum salariũ integrum
38 deberetur, etiam si decedat Pręses in medio anno, non autem vltra, naturale enim tempus cuiuscumque magistratus in vrbe, erat vnius anni, vt per Ant. Gou. ad l. eum, qui in fin. infr. titu. proximo, sed quia non erat commoda frequens mutatio in prouincijs, non singulis annis reuocabatur, sed ad principis libitum, vnde mortuo Pręside debebatur salarium residui temporis, hoc est anni cœpti, quod si velis, recedendo à Pandectis Florentinis, legere salarium comitibus residui temporis, quod legatis pręstitum est, scilicet à principe, debetur, intelligas, Assessoribus deberi salarium residui temporis, id est anni, vt supra, quod legatis præstitum est scilicet à principe, qui legatum in prouinciam mittebat; qui etiam eiusdem legati sui Assessoribus, & comitibus salarium assignabat, vt sentit Alciat. lib. 4. dispunctionum cap. 5. nec tergiuersatur Coras. hic, & sensus huiusmodi potest accommodari, siue, pręstitum, legamus, siue, pręstitutum, siue, pręstandum, rectius tamen quadrat, si pręstitutum, vel pręstandum legamus, ille autem transitus, de legato ad legatos, & sic, de singulari numero, ad pluralem, non est nouus, fit etiam in l. vlt. C. de in ius vocand. Donel. tamen suspicatur, ne corrupta sit litera, quia ex, legato, factum sit incuria scriptoris, legatis, quod possibile est, & probabile, per ea, quę ipse subtiliter considerat, sed quia in sensu nulla est differentia, de huius literę emendatione non laboro.

MODO SI NON POSTEA COMITES CVM ALIIS EODEM TEMPORE FVERINT. hęc est exceptio ab eo, quod dictum est, legato Cęsaris mortuo, salarium residui temporis comitibus suis deberi, vt hoc scilicet, ita verum fit, nisi eodem tempore aliorum magistratuum comites, & Assessores extitissent, tunc enim eorum non interest, cum salarium aliunde recipiant d. l. sed addes in fine, & cum non possint, nec debeant duplici, eodem tempore, officio fungi, rationi consentaneum non est, vt duplex habeant salarium, & fiscus duplici salario pręstando pręgrauetur l. vlt. C. eodem.

DIVERSVM IN EO SERVATVR, QVI SVCCESSOREM ANTE TEMPVS ACCEPIT. id est, ante finitam administrationem, non dico ob culpam, sed ex quacunque causa, & licet varij sint intellectus ad hanc quoque particulam, vt obseruare est apud gloss. & DD. hic, & præsertim apud Alciat. num. 12. cum seq. & apud Bolog. num. 5. & 6. vbi vsque ad sex. refert interpretationes, omissis alijs, quarum nullas iure optimo reprobat Alciat. arbitror ego verba
39 illa, in eo, non nisi ad legatum Cæsaris posse referri, salua ratione recti sermonis, cuius ratio habenda est l. Plautius ff. de aur. & argent. legat. vt animaduertit etiam Alciat. hic, quasi sit sensus, diuersum seruatur in eo legato, qui ante tempus accipit successorem, quia, tali casu eueniente, residui temporis salarium Assessoribus non debetur. & sic optimè aduersatur principali dicto, in prima parte, quicquid dicant DD. ratio autem diuersitatis consistit in ijs, quæ diximus supra in casus figuratione.

40 Nunc autem, prima, & secunda parte absoluta, venio ad tertiam, & primum colligo ex hoc tex. mortuo Præside, salarium residui temporis Assessoribus, et comitibus deberi.

Circa hanc conclusionem, quæ aperte colligitur ex hoc textu, de pluribus contingit dubitari, & propterea, pro exacta illius explicatione, duos propono discutiendos articulos.

Primus erit generalis, an hæc cõclusio semper procedat,

proced at; vbi caſus accidit ex parte illius, qui debet ſalarium, cuiuſmodi eſt legatus Cæſaris vita functus, de quo hic.

Secundus, an idem ſit, ſi caſus accidat ex parte illius, cui debetur ſalarium, vt puta quia aliquid, humanitus contigiſſet Aſſeſſori.

Circa primum, tres conſtituo inſpectiones.

Prima erit, an quod dicitur in hac concluſione de comitibus in ſolis Aſſeſſoribus procedat, vel in omnibus officialibus.

Secunda, an ſi famulus locauerit operas ſuas per annum, & Dominus ante annum moriatur, debeatur ei integri anni ſalarium.

Tertia, an mercennario, qui tempore aliquo aduerſa valetudine laborauit merces; conuenta integra debeatur.

Quarta, numquid ſi ſcolaſticus conuenerit de dando mihi per annum, centum aureos, vt mecum conuiueret, & moriatur ſexto menſe, integra centum, mihi locanti operas in ſubminiſtrando victum, defuncto commenſali debeātur, vel pro eo tantum tempore, quo mecum vixit.

41 Quod attinet ad primum, ſunt contrariæ DD. ſententiæ, altera eſt Marc. Laud. quem refert Purpur. hic num. 222. exiſtimantis hanc concluſionem habere locum dumtaxat in Aſſeſſoribus, qui liberaliores operas locant, & virtutis, & prudentiæ præmium recipiunt, non autem in ſatellitibus, & apparitoribus cæteriſque officialibus, quibus vulgaris laboris dumtaxat, & mercennarij ſalarium, & merces debetur adductus eſt autem Laud. ad ita ſentiendum vnica ratione, quę eſt hæc.

42 Vbicumque ſalarium debetur ratione laboris tantum, & non in præmium induſtriæ, & ſcientiæ, huius modi lex locum non habet, ſed ſecundum laborem pecunia diuiſionem recipit l. ſcio §. 1. infr. de ann. legat. tradit Bart. ad l. 1. in §. diuus ff. de var. & extraord. cognit. ſed nuncijs, ſatellitibus, apparitoribus, & cæteris ſimilibus, ſalarium, & merces pro mercenario, & vulgari dumtaxat labore debetur, ergo huius modi officialibus non reſidui temporis ſalarium debetur, ſed pro eo tempore dumtaxat, quo præſes vixit cui operas præſliterunt.

43 Accedat ſecundo, quòd lex debet reſtringi ad terminos tituli; ſub quo poſita eſt, vulgata l. Imperator ff. de in diem adiecti, ſed lex noſtra eſt poſita ſub titulo Aſſeſſorum, ergo ita debet intelligi, vt reſtringatur tantummodo ad Aſſeſſores.

Hoc tamen argumento non obſtante, in contrariam opinionem iuerunt communiter interpretes, vt videtur ſentire Bart. hic num. 1. in fin. tenet expreſſe Angel. hic num. 1. Iaſon num. 22. & alij, quos refert, & ſequ tur Purpur. hic num. 220. in fin. cum ſeq. eandem quoque opinionem firmant Curt. Iun. num. 10. & Cagnol. num. 85. tenet etiam Coraſ. num. 2. nec non Dec. hic num. 12. in fin. ſuper gloſſ. in verbo, comitibus, & in conſ. 78. nec non in conſ. 108. & hæc poſterior ſententia eſt communis, & vera.

44 Quia lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi l. 1. §. generaliter de legat. præſtand. ſed lex noſtra generaliter loquitur de comitibus, quorum appellatione veniunt, non modo Aſſeſſores, ſed alij etiam officiales, veluti præfecti, ſcribæ, quęſtores, & alij, id genus l. abeſſe ff. ex quib. caut. maior. l. diem functo ff. locati l. 1. §. ſed, & ſi comites ff. de var. & extraord. cognit. l. in comites ad l. Iul. repet. l. adminiſtratores §. eorum ff. de excuſ. tut. cum ſimilibus ergo debet generaliter intelligi, non modo de Aſſeſſoribus, ſed etiam de alijs officialibus.

Non obſtat primum contrarium, quia illa differentia, quæ fit inter premium virtutis, & mercedem vulgaris laboris, habet locum, quando moritur is, cui ſalarium debetur, ſecus autem vbi moritur is, qui ſalarium debet, vt hic, ita vt per eum, cui ſalarium debetur non ſtet, quominus ſeruiat, tunc enim nulla fit differentia inter mercedem operæ locatæ, & honorarium, quod debetur pro induſtria, & prudentia l. ſed addes in fine iuncta l. ſeq infr. locati, & l. operas. ita declarant omnes hic.

Non obſtat ſecundum, quia ſatis eſt hanc legem facere ad rem ſecundum terminos tituli, quatenus includit etiam Aſſeſſores, habet tamen locum etiam in alijs comitibus propter vim verbi generalis, quod generaliter debet intelligi, vt rectè etiam ſentit Dec. hic.

45 Quod attinet ad ſecundā inſpectionem, omiſſa diſputatione, ſic, breuiter diſtinguendo concludendum eſt. Aut famulus poſt mortem domini eodem anno locauit operas ſuas alteri, aut non, primo caſu integrum totius, non finiti anni, ſalarium, non debetur, vt ſentiunt communiter DD. per tex. noſtrum, & per d. l. ſed addes, in fin. infr. locat. nulla enim æquitatis ratio patitur, eum, pro vnica operæ prędtatione, duplicem eodem tempore mercedem conſequi. ſecundo autem caſu pariter, cum communi ſententia, ſtatuendum eſt, integrum ſalarium deberi, propterea quòd in locatione, & conductione operæ, ſi caſus accidat in perſona conductoris, ita vt per locatorem non ſtet, quo minus pro integro tempore operā præſtet, integra merces locatori debetur d. l. ſed addes in fin. infra locati facit etiam tex. noſter. At in propoſito ſupponimus caſum accidiſſe in perſona domini conductoris, ita vt per famulum non ſteterit quo minus integri temporis operam cōuentam præſtiterit, igitur integra ei merces debetur ita Bart. ad l. ſi vno in § item cum quidam infra locat. tradunt DD. etiam hic, & in princ. Curt. Iun. num. 7.

46 Quod attinet autem ad tertiam ſolitus ſum ego, tam publicè profitendo, quàm etiam de

iure

Iure respondendo, quatenus quæritur. An, & quando mercenario, qui, tempore aliquo, aduersa valetudine laborauit, merces conuenta vniuersa debeatur, sic distinguere. Aut circa hoc extat consuetudo, aut non, si extat seruanda est l. exceptio vbi not. C. locat. Caroc. in tractat. locati, & conducti parte 1. in tit. de fam. & pedissequis q. 8. num. 36. si non extat, aut est conductus mercenarius dictim, vel sine temporis præfinitione, aut ad certum tempus, puta per annum, primo casu, pro diebus, quibus fuit infirmus, salarium non debetur, & ita potest intelligi tex. in l. si vno §. item cum quidam ff. locat. vbi tradit Bald. expressè. Bart. ad §. Apum Inst. de rerum diuis. num. 21. & sequitur Caroc. in d. Tit. de famulis, & pediss. q. 10. num. 31. Secundo casu, aut infirmitas fuit culposa, aut culpa vacauit; id quod medicorum iudicio poterit deiudicari, arg. l. septimo mense ff. de stat. homin. Si culposa salarium non debetur, vt rectè, ex Floriano, ad l. arboribus §. de illo de vsufruct. docet idem Caroc. in præallegato loco num. 28. & ante eum tradidit Aufred. in addit. ad decis. Capellæ Tholos. q. 360. num. 1. si verò culpa vacauit, arbitror rursus distinguendum esse, nam aut aliquibus diebus mercenarius cōductus per annum fuit infirmus, ita vt domino non fuerit necessarium alium conducere, aut diuturno, puta, duorum, vel trium mensium morbo laborauit. primo casu sine dubio omnis debetur conuenta merces, & dies illi anno imputandi sunt l. cum hæres Reipublicæ §. Sthicus si hæredi, vers. sed si quibusdam diebus ff. de statulib. seruire enim nobis intelliguntur etiam ij, quos curamus ægrotos, qui cupientes nobis seruire, propter aduersam valetudinem impediuntur, facit l. vltima §. penul. ff. ad leg. Rod. de iact. l. si addes §. cum quidam l. qui operas ff. locat. nec non l. post duas C. de Aduocat. diuer. Iud. & ita intelligenda est opinio glos. ad l. arboribus §. de illo in verbo ægrotante, quam sequutus est Laur. Siluan. testans secundum eam plures fuisse iudicatum cons. 28. num. 2. & num. 23. Innoc. Io: Andr. & Barbat. ad c. 3. extra locat. vbi Imola communem dicit, cum alijs adductis per Aufred. ad Capel. Tholos. q. 269. num. 2. & in his terminis locum sibi vendicat opinio Io: Vaudi lib. 1. Variarum quæst cap. 7. aduersatur enim omni æquitati, vt ex afflictione corporis rei etiam familiaris affligatur l. si is, qui animo ff. de acquir. poss. l. iure succursum ff. de iur. dot. facit l. Diuus Marcus ff. de offic. Præsid. secundo autem casu, aut famulus non vult sanus, & æque habilis per tantundem temporis operas præstare, & tunc non omnis illi cōuenta merces debetur, per tex. in l. si vno §. item cum quidam ff. locat. vbi Bart. num. 8. & ita vendicat sibi locum einsdem Bart. opinio ad l. operę ff. de vsufruct. leg. Butrij Anchar. Imol. & aliorum ad c. propter sterilitatem extra locat. Abb. ad c. 1. de clerico ægrot. vel debil. num. 6. Couarr. variarum resol. lib. 3. cap. 143. Alber. ad d. l. operæ, & ad d. l. arboribus §. de illo ff. de vsufr. tradunt etiam DD. hic, & in primis Ias. num. 48. Cagnol. num. 215. & Bolognet. num. 72. nec non Viui. lib. 1. com. opini. opini. 108. Aut idem famulus sanus vult, & potest æque habilis damnum operæ non præstitæ resarcire, & tunc rursus distinguendum est, ex sententia Bart. ad d. §. item cum quidam nu. 8. aut famulus promisit seruire, & operas certi temporis præstare, vt puta præsentis anni, vel mensis Augusti, vt dicit idem Bart. aut simpliciter promisit seruire per annum, primo casu non potest supplere operam alio anno, vel mense, arg. l. vsufructus mihi in triennium ff. de vsufruct. legat. facit l. si non sortem ff. de cond. indeb. secundo autem casu, potest, vt per Bart. ad d. §. item cum quidam tradit etiam Bald. ad d. l. vlt. in fin. sub num. 9. C. de condit. insert. & alij adducti per Caroc. in d. tit. de famul. & pedis. q. 10. num. 29.

47 Subsequitur modo tertia inspectio, in qua maior est difficultas, & ideo diutius insistendum. Quæro ergo, an, vbi scolasticus, qui conuenit, vt mecū conuiueret pro præstatione annuæ certæ pecuniæ, si moriatur quinto, vel sexto mense, hæredes eius totius anni integram mercedem persoluere debeant.

In hac iuris controuersia sunt contrariæ DD. sententię. Altera est affirmatiua, quam tenet Bart. ad §. vltimum Inst. de loc. & cond. num. 4. pro qua vnum, vel alterum potest afferri argumentum.

48 Primum videlicet, quia is, qui operas tantum locat, & is, qui locat rem, & operam, simul æquiparantur, gloss. est in l. si vno §. item cum quidam, in verbo personis, vers. cum autem quis, infr. locati, at vbi casus accidit in persona conducentis operas tantum, ita vt per locatorem non stet, quominus operas præstet, & locationem impleat non nocet locatori, quia integra debetur merces, vt hic, & in d. l. sed addes in fine, & in l. qui operas, infr. locati, ergo idem dicendum est, si scholasticus moriatur, qui à me, recipiente eum pro annua mercede, operas simul, & rem conduxerat, integram scilicet mercedem annoam mihi deberi, ne casus, qui accidit in persona sua, mihi noceat.

Secundo, vbicumque per locatorem non stat, quominus rei, vel operæ locatæ vsum præstet, integra semper merces debetur, vt hic, & in l. qui operas, & in l. sed addes, in fine infr. locat. ita vt, si secuta sit solutio, nec repetitioni sit locus, d. l. qui operas in fin. & in l. vlt. C. de condic. ob caus. sed in casu, de quo agimus, per me, qui conuictorem, pro conuenta annua mercede, recepi, non stat, quo minus impleam locationē, debetur ergo merces totius anni mihi.

His tamen, & similibus minime negocium facientibus,

cientibus, in contrariam sententiã iuerunt DD. communiter, opinantes hæredes defuncti conuictoris ad integram mercedem non teneri, hanc defendunt Dec. & Curt. Iun. vterque num. 7. Sebast. Sap. num. 21. Alciat. licet distinguat num. 27. Cagnol. num. 104. cum seq. & post Mantuam, Bolog. num. 27. & Petr. Calef. num. 52. & huic opinioni, tamquam veriori, subscribo. adducor autem, ad ita sentiendum, omissa ratione Decij, quam iure optimo Bolog. & Calefat. reprobant, tribus, vel quatuor efficacissimis argumentis.

50 Primum autem, quia æquitas contractus bonæ fidei non patitur, vt qui victum non præstitit, illius mercedem, vel pretium exigat §. in bonæ fidei Inst. de actionibus l. bona fides infr. depositi. sed reliqua parte anni, post mortem conuictoris, victum non præstitit locator, in casu, de quo agimus, igitur æquitati repugnat, vt integram mercedem, vel pretium consequatur.

51 Secundo, non debet illud admitti, per quod quis locupletetur cum aliena iactura l. nam hoc natura, infr. de condic. indeb. & l. iure naturæ ff. de reg. iur. sed si mortuo conuictori, integra merces deberetur, locupletaretur, qui recepit eum, cum aliena iactura, non est ergo ferendum, vt pro integro anno possit mercedem exigere.

52 Tertio, & vltimo, vbicumque contingit rem venditam, à venditore, sine mora, & culpa emptoris, non tradi, periculum est ipsius venditoris, & precium præstari non debet l. lectos, infr. de peric. & commodo rei vend. sed in casu nostro contingit venditum victum non præstari, idque sine culpa emptoris, nihil enim potest ei imputari, quòd mortuus sit, arg. l. si quis domum §. 1. infr. locati, igitur periculum est ipsius venditoris, & consequenter precium, præstari non debet, & certè præstatio victus est potius, quàm locatio venditio quædam, vt mox manifestũ fiet.

53 Accedat etiam quarto, quòd tunc demum, in casu controuerso, integram posset locator, mercedem consequi, quando actio locati vltra id, quod locatoris interest, extenderetur. At non nisi quatenus locatoris interest datur l. dominus horreorum §. vlt. vbi Bart. infra locat. non potest ergo ea agi ad integram, & totius anni mercedem, sed tantummodo quantum interest locatoris.

54 Nec obstant contraria, & præsertim primum argumentum, quia, præterquamquòd posset in dubium reuocari æquiparatio inter locatorem operæ tantum, & eum, qui rem, & operam locat, respondeo, ad mentem Bolog. hic num. 38. negocium, de quo agimus, non esse locationem, & conductionem, sed potius emptionem, & venditionem, id quod fit manifestum ex eo, quia illius rei locatio, quę vsu consumitur, esse non potest, sed victus ita consumitur, vt ad subministrantem illum non reuertatur, igitur illius

55 locatio, & conductio esse non potest, sed quemadmodum aurifex, qui conficit alicui anulos ex proprio auro, dicitur illos vendere, non autem aurum vendere, & operas locare §. item quæritur Inst. de locat. & conduc. ita quoque, qui subministrat victum, non dicitur esculenta, & poculenta vendere, & operas locare, sed sim-

56 pliciter victum vendere, ne multiplicentur entia sine necessitate, vel potius, vt ego, præter

57 Bolog. & alios, sentio, hoc negocium duo habet capita, vnum ad victum, ad hab tationem alterũ refertur, quatenus refertur ad habitationẽ, est locatio, & conductio, & forte victus includit emptionem, & venditionem esculentorum, & poculentorum, & locationem operæ, non enim ex commestibilibus, & seruitijs, quæ præstantur, fit vna quædam species, quemadmodum contingit circa anulum, quandoquidem operæ, quæ præstantur, dum sternuntur lecti, & mundatur cubiculus, & ceteræ id genus, nihil commune habent cum poculentis, & esculentis, merces igitur pro habitatione integri anni, & pro operis præstandis debebitur, nisi alijs locentur, precium autem victus non præstiti pro residuo tempore non debebitur.

Nec obstat secundum, quia procedit in mera locatione, sed negocium, de quo agimus, saltem, quo ad esculenta, & poculenta ad emptionem, & venditionem refertur, vt supra diclarauimus, vnde æquitati non congruit, vt is qui pro annua mercede domesticum conuictorem recepit victus non præstiti precium consequatur, & cum alterius iactura fiat locupletior.

58 Verum, vt plenè hæc materia, in gratiam praxis, intelligatur, adhibenda est huiusmodi distinctio, aut is, qui domesticum conuictorem

59 recipit, est Doctor, quem non decet, lucri causa, hoc facere, arg. eorum, quæ habentur in Tit. C. negoc. ne milit. lib. 12. facit l. 1. §. an, & Philosophi, & §. proinde infra de varijs, & extraor. cognit. aut alius quilibet, qui, lucri causa conuictores recipiendo, negocietur, si Doctor, concludendum est indistinctè, præter pecuniam conuentam pro rata temporis, nihil deberi, cum in eo non sit considerabile interesse lucri cessantis, vt per Petrum Calefat. hic num. 51. & 52. si verò alius, aut is est, qui subministrat, de suo alimenta, quo casu vulgo dicitur, tenere à dozina, aut præstat tantummodo habitationem, & seruitia necessaria ad victum, quo casu cubiculum locare dicitur, seu conductitium habere, quod nos appellamus, camera locanda, primo casu, rursum distinguendum est, quia, aut conuictor, & commensalis moritur ante annũ conuentum, aut recedit, si moritur, aut quæris an residui temporis precium victus debeatur, & concludo negatiuè per l. nam hoc natura de condic. indebiti iuncta l. lectos ff. de peric. & com. rei vend. aut quæris an teneatur ad mercedem habitationis, & operæ, pro residuo anno, & tunc, aut sublocauit habitationem, & operas, alte-

rum in locum illius recipiendo conu.ctorem, & non debetur merces, niſi pro eo tempore, quo vixit defunctus conuictor, vel vacuus fuit locus, l. ſed addes in fine infr. locati, facit etiam lex noſtra, aut non ſublocauit, & tunc integra habitationis, & operæ merces debetur per d.l. ſed addes in fin. & per l. qui operas infr. locati, & per l. noſtram, & in his terminis, poteſt procedere Portij opinio, vt ſentit etiam Alciat. hic num. 27. quòd ſi non moriatur conuictor, ſed recedat ante finitum annum conuentum, rurſus diſtinguendum eſt, quia, aut recedit cum cauſa, puta ob bellum, vel peſtilentiam, & non tenetur ad aliquid, quia caſus accidit, re vera, ex parte locatoris, habita ratione loci, quod, quando vſu venit, non tenetur conductor niſi pro tempore, quo vſus eſt re, vel opera; l. habitatores §. fin. cum gloſſ. l. item quæritur §. exercitor, & l. ex conducto §. 1. infr. locati ſentit Io. Baptiſta Caccialup. hic q. 40. num. 53. Alex. in Apoſtil. ad Bald. in d.l. ſi vno §. item cum quidam, & in conſ. 44. vol. 1. Rip. in tractat. de peſte, in tit. de priuileg. contrac. cauſ. peſt. num. 18. tradit Portius in d. §. fin. Inſt. de locat. & conduc. facit lex ſi quis domum §. 1. & l. ſi quis fundum §. Imperator, & l. ſi vno §. item cum quidam infr. locat. Aut recedit omnino ſine cauſa, & tunc non modo tenetur ad mercedem operæ, & habitationis, ſed ad totale intereſſe l. dominus horreorum § fin. infr. locati, aut loquimur de cubiculi locatore, qui habitationem præſtat, & ſeruitia ad victum neceſſaria, non autem victum, & tunc eodem modo eſt diſtinguendum, aut conductor cubiculi per annum, moritur ante tempus, vel recedit ſine cauſa, & hæredes illius, vel ipſemet reſpectiue tenetur ſoluere mercedem integri anni, & ſic reſidui temporis per d. l. ſed addes in ſine ff. locati cum alijs adductis, niſi ſublocauerit, Aut recedit ex cauſa, puta peſtis, vel belli, vel quia d. domus à ſpiritibus immundis vexaretur, & tunc non teneretur ad aliquid, quia caſus accidit ex parte locatoris, vt ſupr. dicebamus, per tex. in l. ſi quis domum §. 1. ff. locati cum alijs ſupr. adductis.

Succedit modo ſecundus princeps articulus, circa quem conſtituendæ ſunt tres inſpectiones.

Prima erit, an ſalarium reſidui temporis debeatur etiam hæredibus ipſorum Præſidum, vel Aſſeſſorum, vel publicè profitentium, & ſimilibus, quibus honoraria debentur, ſi contingat eos mori ante annum.

Secunda, an publicus profeſſor, ſi antea moriatur, quàm aliqui ex ſuis auditoribus doctoris gradum aſſumant. promotionis emolumentum ad hæredes tranſmittat.

Tertia, an magiſtratus, vel publicus profeſſor iam electus, & paratus, ſi moriatur ante ingreſſum officij, eodem modo ſalarium ad hæredes tranſmittat, ac ſi exercere cœpiſſet.

60 Quod attinet ad primam inſpectionem, diſtrahuntur interpretes in diuerſas ſententias, aliqui enim opinantur minime quidem deberi hæredibus defuncti præſidis, vel Aſſeſſoris, vel publici profeſſoris reſidui temporis ſalarium, & hanc ſententiam probabit Bertrand. de Monte Fauent. qui fuit magnus iuriſta, & creatus Card. vt teſtatur Calafat. hic nu 83. ſecuti ſunt etiam Petr. Cyn. Iacob. Butrig. & Riccar. de Salic. quos refert Iaſ. hic num. 36. nec non Fulgoſ. hic num. 4. qui dicit opinionem hanc in puncto iuris veriorem eſſe, & ſeruari in praxi per Principes, & Reſpublicas, vt refert etiam Iaſ. num. 38. qui eandem ſequitur ſub num. 36. & eandem probant Curt. ſun. nu. 35. Claud. de Seiſel. num. 9. videtur inclinare Iacob. Nig. num. 55. & Petr. Calæſ. num. 91. cum ſeqq. tenuit Bald. ad c. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio, circa finem, & pro hac opinione, plura afferuntur, & vſque ad 10. affert Calçfatus ego verò eligam potiora.

Primum autem adducitur tex. in l. Seio ff. de ann. legat. qui poteſt hoc modo induci, ſi de quo minus videbatur ineſſe, & ineſt, ergo, & de quo magis, ſed minus videbatur ineſſe, vt pro rata temporis, & laboris diuideretur merces, vbi caſus accidit in perſona debentis, quàm vbi accideret in perſona eius, cui debebatur, per l. ſed addes in fine, & per l. qui operas ff. locati, & tamen ineſt, quia, moriente eo, vel aliquibus ex illis, qui annuam mercedem pro opera debebant, ſecundum diuiſionem laboris, diuiditur pecunia d. l. Seio in princ. ergo multo magis deberet ineſſe, vt, ſi caſus contingat in perſona præſidis, cui pro labore, in exercenda iuriſdictione, ſalarium debetur, diuidatur ſalarium pro rata temporis, & laboris.

61 Secundo, mors ciuilis, & naturalis æquiparantur l. gallus §. & quid ſi tantum, infr. de lib. & poſthum. ſed ſtipendiarius, ſi capiatur ab hoſtibus, & conſequenter ciuiliter moriatur, ſtipendium integrum non conſequitur, ſed pro rata temporis, & laboris diuiditur l. 1. C. de re milit. lib. 12. ergo idem dicendum eſt, vbi quis, ante finitum officium, naturaliter moriatur.

62 Tertio, ad mentem Bart. adducitur tex. in l. vlt. C. de domeſtic. & protector. lib. 12. ita inducendo. Ius ſingulare habet in contrarium ius commune l. ius ſingulare ſupr. de legib. ſed iure ſingulari ſtatutum eſt in domeſticis, & protectoribus, ſi diem ſuum obierint, ante finitum officium, vt integrum illius officij habeant emolumentum, perinde ac ſi ſuperſtites permanſiſſent ad finem, vſque ad ſupremum, ergo in cæteris ius commune eſt in contrarium.

63 Quarto Bart. virtute, ſic ratiocinatur. quicquid pro opera debetur, cum debeatur ſub tacita
64 conditione, ſi opera præſtetur, cum opera futura non ſit in rerum natura. l. interdum, & l. ſi à
coſono infr. de verb. obligat. non debetur, ni-
65 ſi quatenus opera præſtetur, quandoquidem conditio nihil ponit in eſſe l. Meuius, & l. qui

hæredi

hæredi de condit. & demonstrat. l. cedere diem
de verb. signif. sed quo ad residuum tempus post
mortem, opera non est præstita, & consequen-
ter conditio non est purificata, igitur, pro eo
tempore, salarium mortui præsidis hæredes pe-
tere non possunt.

66 Quinto, cessante causa cessat effectus, l. adi-
gere §. quamuis ff. de iur. patron. c. cum cessan-
67 te de appellat. & cessante labore cessat præmiũ,
& salarium l. Titia, in princ. infr. ad municipa-
lem. At, mortuo præside, cessat causa, ob quam
debetur ei salarium, ergo debet cessare etiam
debitum salarij. Minor probatur, quia sala-
rium debetur ob operam, & expensas, quas fa-
cit, & ne officium suum sibi sit damnosum, &
vtraque causa cessat, vt latet neminem.

68 Quinto, quia, si, præside defuncto, deberetur
hæredibus illius salarium residui temporis, Prin-
ceps, vel Respub. pro eo tempore duplici sala-
rio grauaretur, sed hoc non est admittendum,
in gratiam priuatorum, cum lædat publicam
vtilitatem, non enim sic profligare oportet prin-
cipis, vel Reip. pecuniam l. vtilitas C. de pri-
mipilo lib. 12. ergo nec illud, vnde hoc sequi-
tur.

69 Sexto, conuentio inter principem, vel Rem-
pub. & Magistratum, nisi sit locatio, & condu-
ctio, in qua, casus, qui accidit in persona loca-
toris, non nocet conductori l. si quis fundum §.
Imperator l. si quis domum §. 1. & l. si vno §.
item cum quidam infr. locati, est contractus in-
nominatus, dò, vt facias, vel facio, vt des l.
naturalis §. at cum dò, de præscrip. verb. notat
Bald. ad c. 1. quis dicatur dux, vel marchio. At,
in contractu innominato, casus impediens quo
minus præstetur, quod conuentum est ex vna
parte, alteri non nocet l. si pecuniam infr. de
condic. ob causam, ergo, in casu nostro, casus
mortis, impediens administrationis conuentam
præstationem, non debet nocere Principi, vel
Reipub. & esse in causa, vt, pro non præstita
opera, salarium debeatur.

In contrariam tamen sententiam iuerunt ple-
rique ex interpretibus hic, & præsertim gloss. in
verbo præstitutum, Guid. de Suizza. Guiliel. de
Cun. & Iacob. de Rauenna, quos refert Iason
hic num. 36. Bart. num. 1. in fine, Alberic. num.
3. Bald. & Angel. vterique num. 2. Castrens. &
Rom. vterique num. 4. Alex. num. 13. Bartholom.
Soccin. num. 7. Dec. & Sebast. Sap. num. 17.
Ioan. Baptista Caccialup. num. 22. Alciat. num.
26. Igneus num. 5. Purpur. num. 198. Cagnol.
num. 88. Mantua num. 94. Bolog. num. 48. &
Petr. Constal. hic in suis aduersar. idem tenuit
gloss. in l. si vno §. item cum quidam ff. locati,
& in l. 1. §. diuus vbi etiam Bart. ff. de var. &
extraord. cognit. idem Bart. in cons. mihi 42.
quod incipit quidam capitaneus num. 2. cum seq.
Bart. & Angel. in l. vlt. C. de domesticis, & pro-
tec. lib. 12. Saly. in l. sed addes §. vltim. infr. lo-
cat. Ripa, alios adducens, in tractatu de peste,
in tit. de priuil. contractuum causa pestis num.
115. Stef. Forcatulus in sua Necyoman. siue de
occulta iurisprudentia dialog. 62. num. 7. ita vt
hæc sine controuersia sit communis, & recepta
scribentium opinio, vt de communi testantur
Ias. num. 36. & Bologn. num. 46. & pro hac opi-
nione plura afferuntur, ego autem pro hac quo-
que parte eligam potiora.

Primum autem adducitur tex. in l. 1. §. diuus
de var. & extraord. cognit. qui potest induci plu-
ribus modis, & præsertim a minori, nam si de
quo minus videtur inesse, & inest, ergo, & de
quo magis, iuribus vulgaribus, sed minus vide-
tur inesse, vt, mortuo aduocato, ante finitam
causam, debeat habere salarium, quàm mortuo
præside ante finitum magistratum, tum ratione
dignitatis, tum ratione impensarum, & tamen
inest, quia debetur, d. §. diuus ergo multo ma-
gis debetur hæredibus mortui præsidis. Nec di-
cas illum textum solummodo prohibere repeti-
70 tionem præstiti salarij, quia, replico eius, quod
non debeatur, repetitionem non prohiberi §. 1.
Inst. quib. mod. re contrahit oblig. & toto tit.
ff. de condic. indeb. præterea ratio ibi reddita,
quia per ipsum non steterat, quominus causam
ageret, est generalis, siue præstitum fuisset sa-
larium, siue non, sed loquitur de salario præsti-
to, quia plerumque ab initio salarium aduoca-
tis præstatur, vel pars illius, & licet plures ad
hunc textum afferantur responsiones difficulta-
tem tamen non tollunt, vt latè demonstrat Bo-
log. hic num. 45. in fine, & 46. nam in materia
pensionis, & salarij, non datur retentio, nisi quan-
do datur repetitio, vt probatur in l. si vno §.
item cum quidam, & in l. sed addes §. si quis
cum, infr. locat. est tex. in l. pen iuncta l. fin. C.
de condic. ob causam, & est etiam tex. omnium
optimus in l. si quis domum §. 1. iuncta l. si quis
fundum §. Imperator ff. locati.

71 Secundo adducitur tex. in l. post duos C. de
aduoc. diuers. iudici, ita inducendo; quicquid
dicitur de fisci aduocato, dicendum est de alijs
magistratibus, & officialibus, quo ad salarij
transmissionem, cum non possit assignari diuer-
sa ratio, omnes enim Reipub. & Principi serui-
unt cum dignitate, sed fisci aduocatus, si mo-
riatur, integrum illius anni salarium ad hære-
des transmittit d. l. post duos, ergo idem dicen-
dum est de præsidibus, & alijs magistratibus, nec
dicendum est speciale esse in fisci aduocato, vt
72 dicit Fulgos. cum quòd fiscus non intelligitur
habere priuilegium, nisi illud sit expressum l.
item veniunt §. in priuatorum vbi glo ff. in ver-
bo publica ff. de petit. hæreditat. cum quòd, vt
vidimus in d. §. diuus, hoc etiam esset conces-
sum aduocatis priuatorum per rationem gene-
ralem, quia per eos non stat quominus suscep-
tas causas agant, esset igitur absurdum, quod
concessum est aduocatis tam priuatorum, quàm

fisci, non esse concessum etiam magistratibus, & alijs cum dignitate Reip. ministris.

73 Tertio, nisi mortuo Præside deberetur hæredibus ipsius integri anni salarium, sequeretur illud incommodum, vt afflicto adderetur afflictio, sine aliqua damni compensatione, nam hæredes præsidis, qui præsidem amisissent, tenerentur soluere salarium Assessoribus, & alijs comitibus cum maximo ipsorum dispendio, nec, pro tot impensis, & incommodis, consequerentur integrum illius anni salarium; sed hoc est absurdum, & non admittendum, cum sit contra regulam l. secundum naturam infr. de reg. iur. & contra regulam l. diuus ff. de offic. præsid. l. pœna §. fin. ff. ad l. Pompeiam de parricid. l. tam dementi C. de Episcop. audien. ergo, & illud vnde hoc sequitur.

Quarto adducitur tex. in l. matriculam C. de agentibus in reb. lib. 12. vbi si vnus ex præpositis ducentis viris, qui non poterant esse nisi 48. moriatur, fructus laborum suorum transmittit ad heredes ex testamento, vel ab intestato, quod, cùm ita sit, possumus hoc pacto ratiocinari, si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo, & de quo magis, sed minus videtur inesse, vt moriente vno ex 48. viris, suorum laborum fructus transmittat ad hæredes, quàm, vt, moriente præside, residui temporis salariũ ad illius successores transmittatur, cum, non ob laborem, sed etiam ob dignitatem, & ob expensas factas debeatur; & tamen inest, d. l. matriculam, ergo multo magis debet inesse, vt salarium residui temporis hæredibus præsidis morientis debeatur. Nec dicatur cum Decio, quod dicitur in d. l. esse intelligendum de laborum fructibus iam quæsitis, quia, vt obseruat etiam Bolog. hic, repugnat huic interpretationi tex. in illis verbis, & ita omnibus inter cæteros superstites potiantur solatijs, tanquam si viuus, qui hæc eadem diu sperauerat, sibi met vendicasset.

74 Quinto adducitur tex. in l. si quis in sacris C. de prox. sacr. scri. lib. 12. vbi habentes dignitatem proximatus, si moriatur ante completum proximitatis actum, pro residuo tempore solatia ad hæredes transmittunt, constat igitur, quod debetur in dignitate constitutis pro honorario, si ante finitam administrationem moriantur, pro residuo tempore, ad hæredes transmitti, sed, in casu nostro, præsidibus, & in magistratu constitutis, honorarium debetur, ergo, si ante tempus finitæ administrationis moriantur, ad hæredes residui temporis salarium transmittunt. Nec dicatur cum Dec. illum quoque textum loqui de salario acquisito, quia repugnat verba eiusdem legis: allegare autem cũ Fulgos.
75 specialitatem est refugium miserorum, vt docebat glos. ad l. finem quem habentem C. fam. ercis.

76 Si xto, & vltimo, omissis alijs leuioribus adductis per Bolog. hic, qui vsque ad nouem rationes congerit pro hac parte, ad mentem Mantuæ, sic argumentor. Beneficia sunt latissime interpretanda l. beneficium supr. de constit. princi-
77 pum, at salarium, siue honorarium magistratuum, non est vilis, seruilium laborum, merces, sed quodaam beneficium, & nobilis remuneratio laborum susceptorum cum dignitate, ab exercentibus artes liberales arg. l. 1. §. 1. infr. si mens. fals. mod. dix. facit lex 1. C. de aduoc. diuers. iudic. & l. 1. §. 1. & §. ludi literarij, ibi, extra literas, & §. ad nutricia infr. de var. cognit. ergo debet in huiusmodi honorarijs latissima fieri interpretatio, vt, moriente scilicet magistratu ante tempus, residui quoque temporis
78 salarium debeatur, præsertim, cum, in fauorabilibus, tempus cœptum habeatur pro completo, vt per glos. in princip. de vsucap. instit. in vers. per triennium.

79 Non obstant contraria, & præsertim primum argumentum, quia, omissis aliorum solutionibus, quas refert latè Bolog. hic num. 47. duobus modis respondeo: Primo, ad mentem DD. tex. illum ad rem non facere, quia legatum relictum in d. l. Seio erat diuiduum sine dubio, vnde, cum deberetur pro administratione negociorum plurium filiorum testatoris, certo certius est, non deberi pro rata illarum personarum, quarum negocia non administrabantur, & sic, quatenus cessat causa, ob quam d. legatum annuum debetur, sed pro rata personarum defunctarum decendentium in medio anno, quin integrum legatum, pro eo anno, debeatur, non excludit ille tex. & certè, pro eo anno, integrum deberi arbitror, cum casus accidat in persona debentis per d. l. sed addas, in fin. & per l. nostram, sed rationi consentaneum non est, vt d. legatum perpetuetur, in effectu, ille textus non excludit, quin, morientibus duabus filiabus, quarum negocia administrabantur, annus cœptus habeatur pro completo, sed statuit, legatum, pro alijs sequentibus annis, extinctum esse, quod non facit contra nos, nam, secundum terminos quoque nostros, finge vnum, & eundem esse posse duorum iudicum, eodem tempore, Assessorem, conducitur igitur à duobus pro biennio, & à quolibet habet 100. aureos annuos, sexto mense alter ex iudicibus, cui assidet, moritur, certè illius anni cœpti salarium debetur integrum ab hæredibus defuncti, pro alio autem anno, nequaquam, vnde ille tex. consentit cum materia nostra. Præterea, & secundo, legatum, de quo ibi, erat conditionale, si voluerit negocijs filiorum testatoris interuenire, & propterea non debebatur, nisi in fine anni; cum conditio nihil ponat inesse l. cedere diem ff. de verb. signif. vbi autem debetur salarium in fine anni, si casus accidat medio tempore, non nisi pro rata deberi admittimus; vt latius docebimus in fine articuli. Accedat etiam quod aliud est in vltimis voluntatibus, aliud in contractibus, per ea, quæ tradit Bart. ad d. §. diuus.

80 Nec obstat secundum, non quia, vt dicunt interpretes ibi stipendium debeatur pro solo labore, quandoquidem ars militaris est liberalis, & in milite consideratur, non solum labor seruilis, sed prudentia, & experientia rei militaris, non minus quàm in doctoribus, & magistratibus, dignitas, & scientia, sed ideo non obstat, quia supponit solummodo, militem captum ab hostibus, non restitui ad stipendia pro annis, quibus fuit apud hostes, quia, finito exercitio militari, vel officio per mortem ciuilem, cessat etiam stipendium, sed non excludit ille tex. quin mensis cœptus, si præstationes erant menstruæ, habeatur pro finito, vel si præstationes erant annuæ, annus cœptus pro completo habeatur, vt in casu legis nostræ, & hæc est vera solutio.

81 Nec obstat tertium, quia in d. l. fin. C. de domestic. & protector. lib. 12. non erat speciale, vt integrum anni cœpti salarium consequerentur, sed, vt consequerentur totius temporis, nempe biennij salarium, etiam, si ante finitum annum primum, morerentur.

82 Nec obstat quartum, non modo quia non tantum pro opera debetur salarium, de quo agimus, sed etiam pro expensis, & ex quodam beneficio, quo non indigni sunt homines liberaliores, & in dignitate constituti, sed etiam ex eo, quia, cum per præsidem mortuum non steterit, quominus operam circa officium iurisdictionis præstiterit, pro præstita habetur iuris fictione, arg. l. iure ciuili ff. de reg. iur. vbi DD. facit d. l. 2. §. diuus, & d. l. qui operas cum similibus.

83 Nec obstat quintum, quia non cessat causa, cum opera fingatur præstita, vt nuper dictum est, præterea non cessat omnis causa, quia expensæ quam plurimæ fiūt in principio officij pro integro anno, præterea, non solum opera est causa honorarij, quemadmodum in locatione, & conductione, sed dignitas, & meritum personæ, vt dictum est, cessante autem vna ex pluribus causis, non cessat effectus §. affinitatis instit. de nuptijs, [illegible]

84 Nec facit negocium sextum, quia, pro modico tempore, duplici honorario, Principem, vel Rempub. grauari expedit, vt merita administratorum eiusdem Reipub. compensentur, & remunerentur, ita enim alliciuntur homines, ad dicandas operas suas libètius Principum, vel Reipub. obsequijs, hinc non est nouum, duplici solutione salarij, Principem grauari hic, & in d. l. post duos §. 1. C. de aduocat. diuers. iudicio. & alijs in locis, præsertim quia, si ærarium sit exhaustum, potest alio modo consulere indemnitati Princeps, vel Respub. vel quia per illum annum patiatur illum locum vacare, vel, si quis in sacris C. de prox. sacr. scri. vel quia subroget hæredes defuncti præsidis in illius locum.

85 Nec obstat septimum, primum, quia illud procedit vbi ex casu, qui accidit, non sequitur implementum, nec in totum, nec in parte, nec verè, nec fictè, quod non est in casu nostro. Præterea habet locum, vbi res, vel facta sunt materialia, & certo precio, vel mercede æstimabilia, secus in casu nostro, vbi doctrinæ, & prudentiæ opera præstatur, quæ est inæstimabilis, quo casu satis est voluisse, & per eum, qui operas præstare debebat, non stetisse d. l. qui operas ff. locati.

86 Sed, vt, vno intuitu, possit intelligi, an, & quando transferatur salarium totius anni ad hæredes, mortuo officiali, vel publico professore ante finitum tempus, vel alio quocunque, qui operas locauerit, altius repetendo materiam, adhibenda est hæc distinctio, aut dubitamus de salario, & mercede, quæ debetur pro locata opera seruili, vulgari, & mercenaria, aut de salario honorifico, quod honorarium, seu stipendium propriè dicitur, vt latè per Rip. in tractatu de peste in tit. de priuileg. contract. caus. pest. nu. 116. quodque propriè debetur pro liberaliori opera intellectus iuxta tradita per Surd. cons. 42. num. 2. & per consultissimum virum D. Io: Bapt. Cost. Primarium, in Ticinensi Gymnasio Iuris ciuilis interpretem, in suo tract. de port. rata. q. mihi (secundum primam impressionem) 93. num. 11. primo casu, aut moritur autem tempus locator, & non debetur merces, nisi pro tempore, quo opera fuit præstita, arg. l. si vno §. item cum quidam, & l. cum in plures infr. locati; labor enim tempus, & pecunia, diuisionem recipiunt d. l. Seio in princ. infra de ann. legat. vbi Bart. Surd. in d. cons. 42. num. 10. & idem Costa in eodē tract. de port. rat. q. 13. nu. 4. Aut moritur conductor, & tunc rursum distinguendum est, quia, aut locator easdem operas locauit alteri, itā vt eandem mercedem acceperit, & hæredes mortui conductoris non tenentur, arg. eorum, quæ habentur hic, & in l. sed addes in fine cum l. seq. infr. locati, aut non locauit alteri, & tenentur hæredes mortui conductoris ad integram mercedem d. l. sed addes, in fine, & l. qui operas eod. tit. infr. locati. Secundo autem casu, rursum distinguendum est, quia aut moritur is, qui debet salarium, vel stipendium, aut is, cui debetur, si is qui salarium debet moritur, aut ille cui debebatur fuit. cum alijs, à quibus pro opera, quam defuncto præstitisset, idem salarium accepit, & nihil debetur, nisi pro opera præstita, & quamdiù fuit vacuus, aut non fuit cum alijs, & tunc integrum, residui temporis, salarium, vel stipendium debetur, vt hic, & in d. l. sed addes in fine, vbi verò is moritur, cui honorarium debetur, aut non cœpit deberi, antequàm moreretur, vel quia liceat penitere, vel quia recipiat conditionem, vel ob aliam similem causam, & nihil debetur, arg. l. si pecuniam in princ. de condic. ob causam, iuncta declaratione Bart. ad l. 1. §. diuus ff. de var. & extraord. cognit. num. 13. faciunt tradita per Alciat. hic num. 28. aut

cœpit

cœpit deberi, antequam moreretur, & tunc, aut vnica eſt honorarij præſtatio, aut multiplex, ſi vnica, & pro certo facto, vt puta, quia promiſſi ſint centum aurei aduocato, pro defenſione cauſæ, & tunc, aut per eum, cui honorarium debetur, ſtetit, quo minus viuens rem perficeret, & illud non tranſmittit ad hæredes, aut non ſtetit, & integrum debetur d. l. 1. in §. diuus, ſi vero multiplex, quia ſit diuiſum honorarium in plures pręſtationes, aut plurium præſtationum vnica eſt obligatio, vt contingit in honorarijs interpretum, vnica eſt enim obligatio cuiuslibet annui honorarij, licet vnius anni ſalarium quoque, commoditatis ſoluentium gratia, ſit diſtributum, vt plurimum, in plures pręſtationes, vt in hoc Ticinenſi Gymnaſio, in quo, ſingulo Trimeſtre, Quarta ſtipendij pars ſoluitur, & tunc totum debetur, vt hic, vbi DD. communiter Bart. ad l. 1. in §. diuus num. 6. ff. de var. & extraord. cognit. tradit Vincent. Caroc. in Tractat. locat. & conduct. part. 4. in tit. de remiſſ. merc. q. 8. num. 195. vbi plures adducit, copioſè tractans hanc materiam Surd. in ſuo conſ. 42. num. 3. & D. Io: Baptiſta Coſta in d. tractat. de portione rata q. 13. num. 1. qua in re liberaliter cum ſuis Interpretibus agunt Peruſini Gymnaſij noſtri moderatores, quos Sapientes ſtudij vulgo appellamus, qui, non modo ſemper hæredibus mortui profeſſoris ante finitum annum, totius anni integrum, quod cœperat deberi, ſtipendium præſtant, ſed quandoque hæredibus D. Petri Pauli Bartolini I. C. Interpretis Ordinarij, qui eo tempore, repentina morte cecidit, poſt ſchedas tranſmiſſas ad ſuos auditores, in quibus DD. loca præuidenda adnotauerat, ea nocte, quæ antecedebat diem, à quo ſtudia ipſa auſpicabantur, integrum illius anni ſtipendium, quod nondum cœperat deberi, hæredibus illius, liberaliter ſolui iuſſerunt, Aut eſt multiplex obligatio, vt puta quando honorarium eſt menſtruum, vel annuum, ſingulorum enim annorum, & menſium ſingulæ ſunt obligationes, & tunc ſolummodo illius præſtationis fit translatio in hæredes, cuius tempus cœptum erat, & non finitum, cum is moreretur, cui debebatur, vt latius per Bart. ad d. l. 1. §. diuus num. 17. ſentit Bolog. hic num. 50. & Polydorus Ripa, olim Collega meus, in ſuis ſingularibus obſeruationibus, obſeruat. 371. num. 4. & 5. Vbi tamen ex Cagnolo hic, num. 180. & ex D. Io: Baptiſta Coſta in d. tract. de Port. rata q. 93. num. 3. dicit, in materia ſalarij, conſuetudinem Gymnaſi eſſe tenaciter attendendam, quæ tamen varia eſt. Bononiæ enim, & Peruſiæ totius anni ſalarium liberaliter defuncti Profeſſoris hæredibus perſoluitur, Ticini vero Quarterium, vt appellant, ſiue Trimeſtre cœptum, pro completo habetur, Piſis autem pro rata ſoluitur, ſed plerumque Sereniſſimorum Magnorum Ducum liberalitas, & munificentia, illiberalis conſuetudinis defectum ſupplet.

87 Quærit etiam in d. obſeruat. 371. Polydor. Ripa ſub num. 7. quid ſi publicus profeſſor morbo afficiatur, vel recedat. & quidem inquit, ſi morbo afficiatur indiſtinctè totum conſequitur honorarium, ſi vero recedat, tunc demum totum conſequitur, quando, vel receſſus eſt neceſſarius, qualis eſt receſſus ex cauſa valetudinis, vel eſt voluntarius, ſed de ſuperiorum conſenſu, qui facit quemlibet in ſuo munere de abſente præſentem, ita Surd. in ſuo conſ. 42. in princ. vol. 1. & D. Coſta in præallegato loco num. 7. verſ. ſic in Doctore, ſentiunt, etiam DD. hic, & ita ſępe, in hoc Gymnaſio mecum obſeruatum fuit, cæterum etiam in hoc præualet conſuetudo, & ſuperiorum placitum, vt per eundem D. Polyd. in d. obſer. 371. in fin. verſ. ſed quamquam.

88 Succedit modo ſecundus princeps articulus. cauetur ſtatuto huius Ticinenſis vniuerſitatis, ſcholaſticos debere, ex pluribus collegis, publicè profitentibus, eum debere in promotorem accipere, cum doctoris gradum aſſumunt, cuius longiori tempore auditores extiterunt. Moritur aliquis iuris profeſſor, cuius aſſiduus auditor vult, poſt mortem illius, iuriſconſulti dignitate decorari, hęredes defuncti præceptoris petunt promotionis emolumentum, dubium eſt, an ſint audiendi.

In propoſita difficultate ſunt pugnantes DD. ſententiæ, altera eſt affirmatiua, quam tenuit Ia. Put. quem refert Alciat. hic num. 28. & hanc tenet etiam Sebaſt. Sapia hic num. 18. eandem adſcribens Chriſtopho. Port. fit autem probabilis hęc opinio vno, vel altero argumento.

Primum videlicet quia, vbicumque ſalarium debetur, non ex ſolo labore materiali, & vulgari, ſed ob ſcientiam, & dignitatem, & ſic ob laborem liberaliorem, moriente ante tempus eo, cui ſalarium debetur, tranſmittit illud ad hæredes, vt per Bart. in d. l. 1. §. diuus ff. de var. & extraord. cognit. quem ſequuntur communiter DD. ſed in propoſito debetur ſalarium promotionis ob liberalem, & ingenuum laborem, ob dignitatem, ſcientiam, & induſtriam non vulgarem, ergo ad hæredes tranſmittitur per publicum profeſſorem morientem ante tempus.

Secundo adducitur tex. in l. poſt duos C. de aduoc. diuerſ. iudic. qui poteſt induci à proportione, hoc modo videlicet, ita ſe habet defunctus profeſſor ad promotionis emolumentum, de quo agimus, vt ſe habet aduocatus fiſci, qui cœpit officium exercere, & ſupremum diem clauſit, ad ſalarium illius anni, cum, præceptor quoque defunctus, cœperit munus, quod dirigitur ad conſecutionem emolumenti promotionis exercere, dum auditorem ſuum ius ciuile publice docuit, ſed fiſci aduocatus tranſmittit ad hæredes illius anni ſalarium, ergo publicus quoque profeſſor defunctus debet futuræ promotionis emolumentum ad hæredes tranſmittere.

Contrarium tamen tenuit Francis. Curt. Senior, quem pariter refert, & sequitur Alciat. hic num. 28. & hanc arbitror veriorem esse.

Primum, quia, si salarium huiusmodi Doctor defunctus, ad hæredes transmitteret, sequeretur, vt scholasticus, qui nihilominus alterum collegam illius ordinis assumere in promotorem tenetur, duplici onere grauaretur, sed hoc est absurdum per l. matriculam C. de agent. in reb. lib. 12. ergo absurdum est etiam illud vnde hoc sequitur.

Secundo, quia tunc demum salarium hoc transmitteretur, quando cœpisset deberi in vita præceptoris defuncti, quemadmodum cœpit saltem salarium deberi publicum, ei, qui cœpit interpretari, vel Rempub. administrare, sed, Doctore viuente, nunquam cœpit deberi hoc salarium, ergo non transmittitur ad hæredes. Minor probatur, quia antequam statuat ab hoc collegio gradum doctoris assumere scholasticus, non debetur ei salarium, hinc potest libere alibi, nimirum Pisis, Perusiæ, Patauij, vel Bononiæ l. C. creari.

Tertio, statuta debent intelligi propriè, non fictè, vt per Alex. Aret. Ias. & alios in l. transigere C. de transac. vbi plura congerunt, sed hæredes prędefuncti professoris, non, nisi fictè, possunt esse promotores, quatenus scilicet repræsentant personam defuncti, per Auth. de iureiur. amori. præstit. in princ. ergo non potest ad eos statutum referri, quod de promotoris emolumento loquitur.

Non obstat primum argumentum, ex aduerso allatum, quia procedit vbi venit dies, quo cœpit deberi salarium, secus quando incertum erat, numquid deberetur salarium hoc, quod à deliberatione scholastici, numquid velit hic, vel alibi in l. C. numerum referri pendet; non enim enim nullę sunt partes l. eius, qui in prouinc. ff. si certum petatur.

Nec obstat secundum, quia in d. quoque l. post duos, cœperat deberi salarium, cum aduocatus fisci cœpisset agere, vt dicit tex.

Ego tamen componerem contrarias opiniones hoc modo distinguendo, aut doctor, antequam moreretur, fuit electus in promotorem, & in priuatorum punctorum explicatione, quæ fit ex consuetudine in hac ciuitate, interuenit, licet postea ante assumptionem gradus vita functus sit, & tunc concluderem promotionis emolumentum ad hæredes transmitti, quia cœperit in vita deberi, & hoc modo procedunt argumenta pro opinione Pur. & Sap. aut decessit antequam in promotorem eligeretur, & priusquam deliberaret scholasticus velle assumere doctoris gradum in hac ciuitate, & tunc concluderem cum posteriore sententia, per ea, quæ ad mentem Alciat. fuerunt supra allata.

89 Superest modo, vt tertium, & vltimum articulum discutiamus, in quo quidem duæ sunt constituendæ inspectiones.

Prima erit, numquid destinatus per electionem ad magistratum, qui cœpit etiam magistratum administrare, per vices gerentes, in casu permisso, in §. ad hæc prohibemus, in auth. de collator. & alijs capitulis (contingit enim, in aliquibus casibus, vt possit quis per substitutum officium exercere tangit Bart. in l. obseruare, supr. de offic. Proconf. in l. nemo est, qui nesciat, infr. de duobus reis in l. inter artifices infr. de soluti. in l. vnica §. ne autem C. de cadu. tollend. tractant plenè omnes ad l. nullus C. de decur. lib. 12. tangit etiam Bolog. hic nu. 53. vers. subdunt hic) verum inquam is, qui cœpit per vices gerentem exercere, integrum salarium transmittat ad hæredes, perinde ac si cœpisset per se exercere.

Secunda autem erit inspectio, numquid transmittat quando, neque per se, neque per alium cœpit administrare.

Quod attinet igitur ad primum caput, sunt pugnantes DD. sententiæ, prima est Romani, opinantis, contra Bart. præsidem, qui cœperit, iure permittente administrare per vicem gerentem, non debere integrum consequi salarium, cum officium non fuerit ingressus, & hanc opinionem defendit Iacob. Niger.

90 Primum autem adductus est ad ita tenendum Roman. per tex. in l. vlt. infr. de excusat. tut. vbi ij, qui sunt de collegio pistorum, non excusantur à tutela, si pristinum exerceant per substitutum, quod cum ita sit, possumus hoc pacto ratiocinari. habentes priuilegium ex causa officij, tunc demum illo gaudent, cum officium exercent per semetipsos d. l. vlt. faciunt tradita per Bart. in l. 1. C. de Naucul. lib. 11. At Præsides, & alij exercentes officia, habentia annexam dignitatem, & peritiam, ex causa officij. eo gaudent priuilegio, vt integrum transmittant ad hæredes salarium, si ante finitum officium moriantur, vt hic, & in d. §. diuus, debent igitur tunc demum illo gaudere, cum per se cœperint administrare, & exercere, secus si per substitutum.

Secundo per tex. in l. 1. C. de primipil. lib. 12. hoc modo inducendo. Ius singulare habet in contrarium ius commune l. ius singulare supr. de legib. at iure singulari constitutum est in primipilo, vt integra illius dignitatis commoda ad hęredes transmittant, & si ingressus officium non sit, igitur, de iure communi, in alijs officialibus, & administratoribus, contrarium seruatur.

Cæteri tamen omnes, excepto Rom. approbant Bart. conclusionem hic, & præsertim Alex. num. 22. Ias. num. 43. Sap. num. 24. Curt. Iun. num. 39. Purpur. hic num. 117. cum seq. vbi refertur de commun. Caccialup. num. 62. q. 44. & num. 31. q. 8. Cagnol. num. 193. vbi refert, etiam Claud. Acquens. testantem de communi, & Curt. Seni. num. 8. idem tenet Dec. num. 19. & hanc puto

puto veriorem, ea potissimum ratione, omissis alijs adductis p. r Cag quæ tendunt ad probandum suppositum conclusionis.

91 Quia, qui per alium facit, perinde est, in casu à iure permisso, ac si per seipsum faceret l. ita autem §. gessisse ff. de administ. tuto. sed in proposito nostro, Præses incipit administrare per alium, in casu permisso d. §. ad hæc sancimus vers. ad hęc prohibemus in auth. de collator. & alijs, cap. glo. est in §. illud in auth. de administrat. ergo, si moriatur, antequam in prouinciam veniat, integri anni salarium debet lucrari, non secus ac si venisset, & per se administrare cœpisset.

92 Nec obstat primum contrarium, quia in d. l. fin. substitutio fiebat ex voluntate, in casu autem nostro fit ex necessitate, cum loci seruatores sine causa fieri nequeant d. §. ad hæc in auth. de collat. Præterea illud priuilegium ibi non concedebatur ex causa impensarum, vel dignitatis, sed ob occupationem, in qua erant existentes in collegio pistorum, quamobrem, cessante causa occupationis, quæ sola erat ratio, ob quā fuerat concessum priuilegium, non mirum si priuilegium cessat, per l. ad gere §. quamuis de iur. patr. hic autem cessat vna ex pluribus causis, ideo non cessat priuilegium §. affinitatis §. socerum inst. de nupt. Accedat etiam, quòd ibi cessat priuilegium, quo l contingebat non solum commodum priuilegiati, sed detrimentum pupillorum, vel adultorum indigentium tutoribus, vel curatoribus, hic autem non cessat priuilegium, quòd solummodo concernit commodum priuilegiati, sine alicuius damno.

93 Nec obstat secundum quia, præterquamquòd non potest ex aliqua illius legis parte colligi illud esse speciale in Primipilo, vt considerat Alex. & alij, quando etiam esset speciale consisteret singularitas in eo, quia primipilus transmittit commodum ad hæredes, etiam si non cœpisset administrare, neque per sè, neque per alium, sed vix, immo ne vix quidem possum mihi persuadere d. tex. procedere ante ingressum officij; inquit enim tex. commoda primipilatus, post administrationem incipiunt deberi. Accurs. intelligit post administrationem finitam, subdit deinde. & si is, qui ea percipere debuit prius rebus humanis eximatur, quàm scilicet perficiat administrationem, non autem prius, quàm cœperit administrare, hæredibus petitio salua sit, integri scilicet anni, & hoc modo intellectus ille textus, nihil probat.

94 Quod attinet ad secundū caput, quando præses, vel alius magistratus, nec per se, nec per aliū cœpit administrare, sunt pugnantes DD. sententiæ, altera est negatiua, Præsidem qui se accinxit itineri, & impensas fecit, si moriatur ante ingressum officij, nō posse ad hęredes salariū transmittere, & hanc opinionem tenuit Bart. hic nu. 2. sequitur Roma. num. 4. Alex. num. 24. in fine Iason num. 43. Dec. num. 20. licet saluet rationes Bart. hic Ioan. Baptist. Caccialup. num. 21. in 8. q. eandem tenuit Bald. ad c. 1. ad finem, qui sit Dux, vel Marchio Imol. ad c. propter sterilitatem in 13. col. cum seq. de locat. vbi hanc dicit seruari in praxi, & hæc in summa est communis, & recepta scribentium opinio, de qua passim testantur DD. & præsertim Bolog. num. 52. vers. sed communiter, & nititur pluribus argumentis.

Primum autem, per tex. in l. si pecuniam infr. de condic. ob causam, qui potest induci à maiori hoc modo videlicet, si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergo nec de quo minus, sed magis videtur inesse, vt is, qui accepit pecuniam, vt capuam proficisceretur, deinde verò, paratus ad proficiscendum, fuerit impeditus conditione temporis, vel valetudinis, quo minus proficisceretur, possit retinere pecuniam quam accepit, quàm vt magistratus prouincialis, paratus ad proficiscendum, si morte preuenitur, possit ad hæredes integri anni salarium

95 transmittere, cum facilior semper sit retentio, quàm petitio l. si in ante de cond. t. indeb. l. per retentionem vbi Bart. & l. 3. C. de fideicommissis Fulgos. conf. 98. col. 6. & Benedict. Capr. cons. 19. quod incipit, & si circa, cum similibus, & tamen non intest, quia is, qui pecuniam accepit, vt Capuam proficisceretur, nisi proficiscatur, quantumuis paratus ad proficiscendum, tenetur pecuniam, quam accepit restituere d. l. si pecuniam, ergo multo minus poterunt hæredes præsidis defuncti, anteaquam proficiscatur, licet parati ad proficiscendum, illius anni salarium petere.

96 Secundo adducitur tex. in l. qui concubinam §. vxori ff. de legat. tertio ex qua colligitur, si, pro aliquo facto, vel opera annua, aliqua debeatur præstatio, tunc demum deberi, & pro eo tantum anno, quo cœpit agere, vel operari, sed, in casu nostro, præses defunctus, antequam in prouinciam veniret, operari non cœpit, igitur illius hæredibus, pro eo anno salarium non debetur.

Tertio adducitur tex. in l. post duos C. de aduoc. diuers. indic. hoc modo inducendo, cessante ratione, & causa, cessat etiam effectus, & dispositio l. ad gere §. quamuis de iur. patron. sed causa ob quam debetur interdum salarium ei, qui operam non perfecit, est, quia operari cœpit, vt patet ex d. l. post duos ex quo hoc idem officium peragere cœpit, quæ causa cessat in proposito, cum supponamus, defunctum præsidem, antequam officium sit ingressus per exercitium, igitur debet cessare etiam effectus consecutionis salarij.

97 Quarto, & nouissime, administratores, non nisi ex quo in prouinciam ipsam accesserint, illius accipere Reipub. emolumenta debent, vt tex. est in §. illud in auth. de administrat. sed administrator,

miniſtrator, de quo agimus, vtcumque paratus ad proficiſcendum, in prouinciam tamen non venit, igitur non debet aliquod illius prouinciæ ſibi creditæ emolumentum habere, quod ad hæredes tranſmittat.

His tamen, & ſimilibus minimè negocium facientibus, non defuerunt quam plurimi, qui in contrariam iuerunt ſententiam, opinantes etiam ei, qui non cæpit officium exercere, parauit ſe tamen ad illud, nec fuit in aliqua mora, deberi illius anni integrum ſalarium, hanc autem tenuit Bart. parum ſibi conſtans, ſi repertio huius legis eſt ſua, quod negant quampluri-mi, tenuit inquam in contrarium in d.l. t. §. diuus, & in d. l. poſt duos C. de aduoc. diuerſ. iudic. quem ſequuntur hic Iacob. Niger num. 41. Sebaſt. Sapia num. 24. Curt. Iunior num. 39. cum ſeq. Purpur. num. 216. cum ſeq. Cagn. num. 200. cum ſeq. qui dicit eandem opinionem tenere Claud. Aquenſ. ſequitur etiam Bolog. num. 52. verſ. & tenendo, & hæc quoque ſententia pluribus nititur argumentis.

98 Primum autem, quia vbicumque eſt eadem ratio, ibi debet etiam fieri eadem iuris diſpoſitio l. à Titio ff. de furt. ſed ratio, ob quam factum eſt, vt qui cœpit adminiſtrare, & non perfecit, morte præuentus, integrum illius anni ſalarium tranſmitteret ad hæredes, fuit, quia per eum non ſtetit, vt habetur expreſſe in d. §. diuus faciunt d. l. ſed addes §. vlt. & d. l. qui operas ff. locati, quæ ratio viget etiam in eo, qui mortuus eſt antequam cœperit adminiſtrare, cum per eum non ſteterit, iam enim ſe præparauerat, igitur in eo debet fieri eadem iuris diſpoſitio, vt integrum illius anni ſalarium ad hæredes tranſmittat.

99 Secundo, quia vbicumque aliquis eſt in aliqua dignitate conſtitutus, illicò, codicillis præſtitis, nanciſcitur commoda illius dignitatis, hinc ſtatim, atque filius familias adeptus eſt ſummam patriciatus dignitatem, vel epiſcopatum liberatur à patria poteſtate, & antequam cœperit adminiſtrare §. filius famil. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. diſſol. Auth. ſed epiſcopalis C. de epiſc. & cler. ſed Præſes, antequam in prouinciam veniat, ſecuta electione, & præſtitis codicillis, eſt in dignitate conſtitutus, cuius effectus eſt ſalarij conſequutio, igitur, ſi poſt adeptam dignitatem, dum ſe itineri accingeret, moriatur, debet illius dignitatis commoda, tanquam ius quoddam quæſitum, ad hæredes tranſmittere. Nec tollitur argum. per diſtinctionem inter dignitates magnas, & paruas, quia non probatur, niſi diuerſitas facti, Accedat etiam, quod Præſidatus videtur ex magnis dignitatibus, arg. l. t. ſupr. de offic. præſid. Nec Decij reſponſio tollit difficultatem, quia electio, non ſolum acquirit ius, quantum ad hoc, quia electio non poſſit reuocari, ſed etiam quantum ad alia extrinſeca, cum inducat liberationem à patria poteſtate, in qua conſiſtit effectus poſitiuus, qui egreditur limites irreuocabilitatis.

100 Tertio, idem iudicium, ſit de via ad actum, quod de actu ipſo l. abeſſe §. quamuis prouinciam non exceſſerit, & l. ſi vni §. tam diu, ex quib. cauſ. maior. l. pen. ff. de mil. teſtam. ſed Præſes, ſi fuiſſet actu in officio, tranſmiſiſſet vniuerſum illius ſalarium ad hæredes, vt hic, & in d. l. ſed addes in fin. ergo eodem modo debet tranſmittere, vbicunque poſt electionem eſt paratus, & in via ad actum, vt in caſu noſtro.

101 Non obſtant nunc contraria, & præſertim primum argumentum d.l. ſi pecuniam, non modo, quia ibi pecunia dabatur pro ſola profectione, & ſic pro labore materiali, non autem pro dignitate, induſtria, & expenſis, vnde non mirum, ſi non ſequuta opera, & profectione, pecunia accepta reſtituitur; præterea quatenus data ſit pro expenſis, & expenſæ factæ ſunt, dum ille profecturus pararet ſe ad iter, debet conſeruari indemnis, ſed etiam quia, ſi rectè perpendatur ille tex. poteſt retorqueri, inquit enim. ſi pecuniam ideo acceperis, vt Capuam eas, deinde parato tibi ad proficiſcendum, conditio temporis, vel valetudinis, & ſic caſus fortuitus, impedimento fuerit, quo minus proficiſcereris, an condici poſſit videndum, cauſa ſcilicet non ſequuta, & cum per te non ſteterit, poteſt dici repetitionem ceſſare, eodem ergo modo, in caſu noſtro, cum per defunctum, ante ingreſſum officij, non ſteterit, debet tranſmittere ad hæredes ſalarium, hoc enim non erit dictum pro ratione dubitandi, nam dum ſubdit, ſed cum liceret pœnitere, ponit caſum diuerſum in iure, & in facto. primus caſus eſt, quando pecunia eſt data ad hoc, vt quis proficiſcatur, & ſumus in caſu, vbi eum, qui dedit pecuniam, non poteſt pœnitere, quia, & tempus proficiſcendi venerit, & ſine culpa illius, qui proficiſci debebat, natum ſit impedimentum, tunc enim, ratione expreſſa in tex. ceſſat repetitio, ſed, quãdo ſumus in caſu, vbi liceat vtrumque pœnitere, quando ſcilicet tempus proficiſcendi adhuc non venit, & tunc, ſi res eſt integra, ita, vt non interſit illius, qui accepit pecuniam, ſi non proficiſcatur, eſt locus repetitioni, ſin minus debet ſaltem conſeruari indemnis, vt dicitur in tex. aut ergo nihil facit, aut in contrarium retorquetur.

102 Non obſtat ſecundum, quia in d. quoque l. qui concubinam in §. vxori. quod mulieri dabatur, propter ſolam materialem cohabitationem, non propter induſtriam, dignitatem, vel expenſas præſtabatur, in quibus caſibus, ſufficit, ſaltem fictè, adimpleuiſſe, in caſu enim noſtro Præſes, qui non cœpit adminiſtrare, fingitur cœpiſſe cum ſupponamus diem adminiſtrationis veniſſe, eumdemque Præſidem ſe itineri accinxiſſe, & præparaſſe. Præterea, ibi ponitur contingentia facti.

103 Non obſtat tertium de d. l. poſt duos, quia

illa verba,ex quo, & c. non ſunt redditiua ratio-
nis, ſed deſignant caput anni, pro quo integrum
debetur ſalarium, vt ſentit Bologn. hic, præte-
rea, etiam in caſu noſtro, dicitur cœpiſſe, qui
104 præparauit ſe: præparatoria enim ad aliquid,
dicuntur quoddam illius principium, ſaltem fi-
ctè, quod non debet excludi, in hac materia fa-
uorabili, arg. l. cum quidam de lib. & poſth. cap.
hodie de reg. iur.

105 Non obſtat quartum, de d. Auth. de admini-ſtrat. in §. illud; quia ille tex. loquitur de alijs emolumentis, non de ſalario, nam vt dicit Bolog. emolumentum datur à prouincialibus, propter commoditatem victus. In ſumma iura, quę faciunt mentionem de principio operæ, vel eo modo loquuntur, quia ita caſus accidit, vt cœptum fuerit adminiſtrare, vel ita intelligenda ſunt, vt procedant in eo tantum, quod debetur pro labore materiali, aut debent ita intelligi, vt excludant caſum vbi cœptum non ſit, vel ob culpam, vel quia non venerit dies adminiſtrationis.

106 Si quis tamen velit, in hac materia, contrarias conciliare opiniones, diſtinguat hoc modo, aut loquimur de emolumentis, quæ debentur ratione vnius, & ſolius dignitatis, vt ſunt liberatio à patria poteſtate, immunitates, tituli, & ſimilia, & intelliguntur acquiſita ſtatim ſecuta electione d. §. filiusfam. ead. Auth. ſed Epiſcopalis, aut de emolumentis, quæ debentur ratione impenſarum, & honeſtæ occupationis, conſiſtentis in exercitio illius officij, & tunc, aut præceſſit mortem tantummodo electio, & nihil debetur per locum à ceſſante cauſa, iuxta l. adigere in §. quamuis ff. de iur. patr. & cap. cum ceſſante de appellat. aut præceſſit electio, & pręparatio, non ſine incommodo, & impenſa, & tunc aut, ante mortem, non venit tempus officij, & ſatis eſt, eo caſu, vt conſeruetur indemnis, arg. d. l. ſi pecuniam, aut venit dies, & tunc, aut ſeparatim habet aliquod emolumentum pro viatico, & pro impenſis, & pro incommodis itineris, & tunc non niſi illud tranſmittit ad hæredes, quia ſpecialis prouiſio derogat generali beneficio l. in toto de reg. iur. & l. ſanctio legum C. de pœnis, aut nihil habet ratione viatici, & tranſmittit illius anni integrum ſalarium ad hęredes, & ita poteſt intelligi Bart. in d. l. 1. in §. diuus ff. de varijs, & extraord. cognit. & in l. poſt duos C. de Aduoc. diuer. Iud. quem ſequuntur hic Niger, Sapia, Curt. Iun. Cagnol. & alij ſupra adducti pro poſteriore ſententia.

107 Quinto, colligo ex hoc tex. vna cum Fulgoſ.
Dec. Alex. & alijs. morte præſidis eiuſdem pre-
108 ſidis officium finiri, id quod veriſſimum eſt,
tùm quòd mors omnia ſoluit §. deinceps Auth.
109 de nuptijs, tum quòd in ijs, in quibus eſt electa
induſtria perſonę, non datur tranſitus de perſona
ad perſonam l. vnica §. ne autem C. de cadu. tol-
lend. l. inter artifices infr. de ſolut. c. vlt. §. 1. de
officio, & poteſt. iud. deleg. prætcrea, etiam vbi
dignitas, & magiſtratus non eſſet perſonalis, ſæ-
penumero contingeret, vt hæres in officio non
110 poſſet ſuccedere, vel quia, fœmina, quę ar-
cetur à muneribus publicis l. fœminæ ff. de reg.
iur. vel quia eſſet furioſus, vel impubes, qui
eodem modo eſſet incapax. l. cum prętor de iudicijs, vel propter incertitudinem electionis, quia eſſent plures, & omnes capaces arg. l. cuius bonis in fin. infr. de cur. furio. dandis. veriſſima eſt igitur concluſio; contingit tamen, illius occaſione, de aliquibus dubitari, propterea duos propono diſcutiendos articulos.

111 Primus erit, an morte Pręſidis, ſit finitum etiam officium Aſſeſſoris.

Secundus an, ſi filius, vel hęres defuncti pręſidis, ſubſtituatur in officio, Aſſeſſores, & comites illi aſſidere teneantur, pro reſiduo tempore, vt ſalarium conſequantur.

Quod attinet ad primum ſunt contrarię DD. opiniones, altera eſt negatiua, quam tenuit Dec. hic num. 2. Iacobus Niger num. 18. in fine, & Io: Bolog. num. 25.

Primum, quia, ſi per mortem Pręſidis eſſet finitum officium Aſſeſſoris, fruſtra dubitaretur, an Aſſeſſor poſſet alteri locare operas ſuas, cum in fine officij vnumquemque ab omni obligatione liberari certo certius ſit, ſed de hoc dubitatur, hic, ergo datur intelligi, non eſſe finitum officium.

112 Secundo, quicquid dicitur de locatione, & conductione, dicendum eſt etiam de negocio, quod geritur inter Pręſidem, & Aſſeſſorem l. ſed addes. in fin. iuncta l. ſeq. infr. locati, ſed locatio operę, per mortem conductoris non finitur. §. fin. inſt. de locat. & conduc. l. diem C. locati hinc mortuo domino famuli, qui operas, per annum, locauit, non finitur, ſi moriatur ſcilicet ante annum, ergo eodem modo, nec mortuo Præſide, qui vicem obtinet conductoris, intelligitur finitum Aſſeſſoris officium.

113 Tertio, & vltimo, ex diuerſis non fit illatio l. Papianus exuli ff. de minor. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſs. ſed officium magiſtratus, ſine dubio, eſt diuerſum, & ſeparatum ab officio Aſſeſſorum, quemadmodum ſeparati ſunt tituli, in quibus ſcilicet agitur de magiſtratibus, à titulo noſtro, ergo ab officio Pręſidis, & eius fine, non poſſumus inferre ad finem officij Aſſeſſoris.

In contrariam tamen opinionem iuerunt plerique, opinantes Præſidis morte, Aſſeſſoris quoque officium finiri, hanc enim opinionem tenuit Bart. hic num. 6. Fulgoſ. num. 1. Caſtrenſ. num. 6. Alex. nu. 2. & 3. vbi eandem opinionem aſcribit Bald. in antiqua lectura, vt ipſe loquitur ſequitur Iaſ. nu. 21. Io: Bapt. Caccialup. q. 12. & 13. Petr. Calæfat. num. 25. & hanc magis communem dicit Bolog. hic num. 24. pro qua plura poſſunt afferri.

114 Primum autem, quia, nisi mortuo Præside Assessorum quoque officium esset finitum, non possent Assessores alteri operas locare suas, nam aut recederent à primo officio, quod, ex post facto, ratione conuentionis est necessarium l. sicut initio C. de act. & oblig. aut duplici fungerentur Assessoris officio contra l. vlt. C. eod. sed possunt locare, vt patet in tex. nostro ergo Assessoris officium est finitum.

115 Secundo, quia, finito officio principali, necesse est, vt accessorium quoque officium finiatur, cum accessorium sequatur naturam sui principalis l. cum principalis ff. de reg. iur. &, principali remoto, non subsistat l. vlt. C. de non numer. pecun. l. vlt. C. de constit. pecun. §. liberis inst. de pupill. substit. l. non dubium C. de leg. l. cum lex C. de fideicom. l. 1. & 2. ff. de pecul. legat. c. interdictos extr. de fide instrum. c. ac-
116 cessorium ff. de reg. iur. lib. 6. cum simil. sed officium Assessoris est accessorium ad officium præsidis, cui famulatur, & ancillatur, vt vidimus in animaduersionibus supra in Rub. & probatur in toto hoc tit. & C. eod. igitur finito Præsidis officio, per mortem illius, intelligitur etiam finitum officium assessoris.

117 Tertio quia, cessante altero ex correlatiuis, cessat, & alterum, cum sint simul natura, docet Arist. in prædicam capite 3. & colligitur ex l. vlt. ff. de acceptilationibus ex l. vlt. in princ. ff. de indi. viduit. tollend. ex l. 1. C. de cupressis
118 lib. 12. sed, per mortem Præsidis cessat illius officium, ad quod refertur, tamquam correlatiuum, officium Assessoris, ergo eiusdem quoque Assessoris officium cessare debet, nec dicatur, magistratum, & Assessorem non esse correlatiua, quia non dicantur ad conuertentiam, vt requirit Arist. in d. c. 3. quia si conuenienter fiat assignatio, secundum eiusdem Philosophi theoriam, dabitur etiam inter huiusmodi terminos conuersio; Assessor enim, non est simpliciter iudicis, vel magistratus Assessor, sed assessorati iudicis Assessor.

119 Non obstat primum contrarium, quia falsum est, in tex. nostro dubitari, an Assessor, mortuo Præside, possit operas suas alteri locare, hoc enim ponitur pro constanti, tamquam id, quod omni careat dubitatione; Principis enim decisio, vt plurimum, est super casu dubitabili, non autem omne id, quod legibus comprehensum est, etiam incidenter.

120 Non obstat secundum, quia respondeo, æquiparationem, de qua in d. l. sed addes, in fine, non procedere in ijs, in quibus est diuersa ratio, vt in proposito, hæres enim conductoris, repræsentat conductorem, at propterea, conductore mortuo, obligatio non dissoluitur, sed hæres Titij Præsidis, Titium repræsentat, non Præsidem, vnde sine Præside non potest dari præsidis Assessor, cum correlatiua sint simul natura, vt post Arist. in d. c. de relati, probat tex. in l. vlt. C. de indic. vidui. toll. l. vlt. ff. de acceptilat. cum similib. præterea non est forte verum, morte conductoris, non finiri locationem operæ; iura enim in contrarium adducta possunt intelligi de locatione rei, vbi enim sit locatio operæ videtur pa-
121 riter fieri à locatore electio personæ, interest enim etiam locatoris, potius operas suas locare vni, quàm alteri, cum vnus sit morosior altero, & propterea vix est etiam, vt famulus, qui tenetur seruire per annum domino, eodem domino moriente, ante annum, cogatur seruire, pro residuo tempore, hæredibus, si, contentus salario pro rata temporis, velit discedere.

122 Non obstat tertium, quia ex diuersis non fit illatio, quando sunt diuersa disperata, secus quando sunt connexa, & correlatiua, quemadmodum magistratus, & Assessor, qui habent se ad inuicem, tamquam principale, & accessorium.

123 Succedit modo secunda dubitatio, in qua, eodem modo, sunt contrariæ DD. sententiæ quarum altera est existimantium, Assessores morte Præsidis liberatos esse ab omni obligatione, & propterea non teneri filio, vel hæredi, succedenti in officium operas præstare, hanc enim firmauit Alex. num. 3. hic cum quo transit Ias. num. 27. & Caccialup. 24. & alij fere omnes, adducti pro communi opinione, in præcedenti articulo, ea adducti ratione.

Quia si Assessores tenerentur hæredibus defuncti Præsidis easdem operas, quas defuncto debebant præstare, non diceretur morte eiusdem præsidis finitum officium Assessorum, sed hoc est falsum, vt vidimus in præcedenti articulo, ergo, & illud, vnde hoc sequitur.

Hoc tamen argumento non obstante, in contrariam opinionem iuerunt post Castrens. hic num. 4. in fine, Dec. Niger, & Bolog. prællegatis in locis. quos sequitur Petr. Calefat nu. 26.

124 Primo per regulam generalem, quia morte alicuius, obligationis conditio non immutatur l. 2. §. ex his infr. de verb. oblig. sed conditio obligationis, de qua agimus, erat, vt Assessores præsidi operas præstare tenerentur, igitur mortuo Præside, conditione obligationis non mutata, easdē tenentur operas hæredi illius præstare.

125 Secundo, quia locator, & Assessor proce-
126 dunt à pari d. l. sed addes, in fine, iuncta l. seq. infr. locati, sed locator tenetur præstare operas locatas hæredibus conductoris l. viam C. locati ergo etiam assessor tenetur seruire hæredibus præsidis.

127 Tertio, si de quo minus videtur inesse, & inest ergo, & de quo magis, sed minus videtur inesse, vt Assessor teneatur, post mortem Præsidis, locare operas suas alteri, si possit, quam, vt teneatur operas præstare hæredi defuncti Præsidis, cui ex conuentione præstare debebat, & tamen inest, quia non potest petere salarium, si commodè alijs potuit locare operas, vt per

DD.hic ergo multo minus poterit petere, vbi potuerit pręſtare operas defuncti præſidis hæredi, & non præſtitit.

128 Quarto, quod non nocet facienti, & alteri prodeſt, vnuſquiſque facere tenetur l.2. in princ. vbi Bart. & DD. infra ſolut.matr. & habetur in l.fluminum infr.de damn.infec.ſed præſtare operas filio defuncti præſidis, qui in illius ſucceſſit officio, Aſseſſoribus non nocet, cum non interſit eorum, an præſidi, vel hæredi operas præſtent,
129 quas tenentur ex conuentione, præſtare, & expediat eis exerceri potius, quam vacare l. legatis §.ornatricibus infr.de leg.3.hæredi autē prodeſt, quia non oneratur duplici onere, & non cogitur nouos conducere Aſſeſſores, ergo tenentur etiam ſucceſſori, & hæredi defuncti præſidis, operas præſtare Aſſeſſores.

Quinto, & vltimo, quia tunc demum non tenerentur Aſſeſſores ſeruire filio, ſuccedenti in officio, quando non eſſet eadem perſona, & idem officium, ſed vtrumque eſt idem, ergo tenentur operas præſtare hæredi, quemadmodum tenebantur præſtare præſidi defuncto. Mi-
130 nor probatur, quia officium ſemper eſt idem, & dignitas numquam moritur, perſona autem
131 eſt eadem, tum quod pater, & filius cenſentur eſſe vna, & eadem perſona, & eadem caro §.ei vero Inſt.de inutil. ſtipul. l. fin. C. de impub. &
132 alijs ſubſtit.can. contradicimus §. hoc autem 35.q.3. Tum quod ſubſtitutus hęres defunctum Præſidē repręſentat auth. de iureiur. à moriente pręſt. in princ.

Non obſtat contrarium, quia, vbi filius datus eſt ſucceſsor pręſidi defuncto, eū repręſentat, nō modo tamquam priuatum, ſed etiam, vt publicam perſonam, tunc enim fingitur officium non finitum, ita ęquitate ſuadente, non poterit igitur recuſare, quin pręſtet operas etiam hęredi, ſuccedenti in officio, niſi aliquam cauſam adducat, ex ijs, quę habentur in l. filius fam. in fine, iuncta l. ſeq. de procur. ſed tunc non integrum ſalarium poſsunt conſequi, ſed tantum pro rata temporis, quo defuncto pręſidi operas pręſtiterunt.

133 Quarto colligo. ſi mortuo pręſide, ante tempus, pręſtiterint Aſseſsores operas alijs, ſalarium reſidui temporis illius non deberi.

Circa hanc concluſionem, quę, ſine difficultate, colligitur ex tex. contingit nihilominus de aliquibus dubitare, propterea, pro exacta explicatione illius, propono quatuor diſcutiendos articulos.

Primus erit; ſi potuerint Aſſeſsores, poſt mortem defuncti præſidis, alteri operas commodè locare, & non locarint, an reſidui temporis ſalarium petere poſſint?

Secundus, numquid, publicus profeſſor, timore belli, vel peſtis, recedens a loco, vbi profitebatur, ſi potuit, pendente peſtis, vel belli tempore, alibi [illegible] eri. poſſit exigere ſalarium à domino vniuerſitatis, vnde diſceſſit?

Tertius, quid ſi locauerint pro minore ſalario, an ſaltem ab hærede præſidis defuncti, poſſint ſupplementum petere?

Quartus, quid ſi locauerint pro maiore ſalario, numquid habenda ſit ratio illius pluris, ita vt minuat, quod debetur ab hæredibus defuncti præſidis.

Redeundo ad primum, ſunt contrariæ, in eo, interpretum ſententiæ, altera eſt negatiua, *quam* tenet gloſ. hic, & in l. diem functo infr. locati Bart. in l. 1. §. dinus de var.& extraord.cognit. Fulgoſ. hic num. 7. Alex. num.27. Dec.num.22. in fine Caccialup. num. 28. Purpur. num. 228. Cagnol. num. 118. ſequuntur etiam Claud. Aquenſ. & Mantua, quos refert Bolog. hic num. 54. & Ripa in tractat. de peſt. ſub tit. de priuil. contrac. cauſ. peſt. num. 130. qui ſub num. 128. teſtantur de communi.

134 Primum autem, virtute gloſ. hoc pacto ratiocinatur. vbicumque aliquis ex contrahentibus, poteſt aliquid facere, & per eum ſtat, quominus faciat, perinde eſt, ac ſi faceret l. habeo ſcribit ſi mihi bibliotecam, quæ eſt in ordine 50, infr. de contra. empt. ſed ſi Aſſeſſor, poſt mortem pręſidis, cum alijs ſit, integrum ſalarium petere non poteſt, vt hic, & in d. l. diem functo infr. locati, ergo eodem quoque modo integrum ſalarium reſidui temporis petere non poteſt, ſi potuit commodè locare operas ſuas alteri, & per eum ſtetit, quominus locaret.

135 Secundo, tunc demum poſſunt Aſſeſſores reſidui temporis petere ſalarium, poſt mortem pręſidis, cum alijs operas ſuas non locant, vt hic, & in d. l. diem functo infr. locati, at ſi commodè potuerunt locare, & non locarunt, locaſſe dicuntur, cum conditio, quam quis potuit adimplere, & non adimpleuit, habeatur pro impleta l. in iure ciuili infr. de reg. iur. l. iure ciuili de condit. & demonſtrat. iuncta l. nepos Proculo infr. de verb. ſignif. igitur non poſſunt, eo caſu, integrum reſidui temporis ſalarium petere.

136 Tertio, ſi vbicumque poſſet Aſſeſſor, poſt Præſidis mortem locare operas, & non locaſſet, reſidui temporis ſalarium petere poſſet, numquam daretur caſus limitationis, hic poſitæ, & in d.l. diem functo, vt ſcilicet Aſſeſſor, poſt mortem præſidis reſidui temporis ſalarium petere non poſset, fatuus enim eſset, qui, cum poſset ſine labore ſalarium integrum habere, ſi alteri, etiam cum poſset, operas locando incommodum, & laborem ſibi quæreret, ſed hoc non eſt dicendum, cum iura adaptentur ad ea, quæ frequenter accidunt l. nam ad ea ſupra de legibus, ergo nec illud eſt admittendum, vnde hoc ſequitur.

137 Quarto, quia illa in dubio eſt admittenda
138 interpretatio, quæ ęquitati magis congruit
139 cum ius noſtrum ſit ar[illegible] qui, & boni l.1.ſup. de iuſt.

de inst. & iur. sed æquitati magis congruit, vt is, qui potest operas suas, post mortem præsidis locare, & non locat, non debeat, residui temporis salarium, ex affectato consequi otio, atque ex ignauia, & negligentia, igitur hęc debet admitti interpretatio, vt integrum petere salarium non possit Assessor, qui potuit, post mortem præsidis, commodè operas locare, & non locauit.

140 Quinto, tunc demum possunt petere integri temporis salarium Assessores, quando per eos non stat quominus seruiant, arg. l. qui operas ff. locati, sed quando potuerunt operas locare, & non locauerunt, per eos stat quominus seruiant, & ex opera præstita salarium consequantur, ergo non debent posse integrum salarium ab hęredibus defuncti præsidis petere.

Sexto, vnusquisque ex æquitate illud facere tenetur, quod sibi non nocet, & alteri prodest l. 2. vbi Bart. & DD. infr. solut. matrim. est tex. in l. fluminum infr. de damn. infec. sed locare operas alteri commodè prodest hæredibus defuncti præsidis, & Assessoribus non nocet, vt patet, quia melius est exerceri in facultate, quę recipit incrementum per exercitiũ, quam vacare l. legatis §. ornatricibus de leg. 3. ergo debet
141 tali casu compelli operas locare, nec enim nouum est, vt interdum, ex æquitate, cogatur quis contrahere, vel distrahere, vt notant DD. ad l. nec emere C. de iur. delib. facit tex. in §. vlt. Inst. de donat.

142 Septimo, ad mentem Ripę, qui grauatur in vno releuatur in altero l. cum, qui ff. de iure iur. sed hæredes defuncti præsidis grauantur in hoc, vt, post finitum officium morte præsidis, teneantur soluere salaria, vt hic, ergo debent releuari in altero, vt possint compellere Assessores ad locandas operas alteri si commodè possint, vel si locare recusent possint compensare cum salario præstando id totum, quod Assessores potuerunt consequi ab alio.

143 Octauo, & vltimo, qui tenetur alicui operas præstare, easdem etiam operas, eo iubente tenetur alteri pręstare, Bart. ad l. si non sortem §. libertus ff. de conditione indeb. Alex. ad. l. in stipulationibus, infr. de verb. obligat. cum alijs adductis per Purpur. hic, sed Assessor tenetur pręstare operas hæredi defuncti præsidis, igitur easdem eodem hærede iubente etiam alteri cogitur præstare.

In contrariam tamen opinionem iuit Rom. num. 3. hic quem omnes referunt, & Alex. sibi contr. num. 3. Iacob. Niger num. 42. & Io. Bolog. num. 55. vers. sed tamen, & pro hac quoque opinione plura afferuntur.

144 Primum autem, quia, si vbi possent locare operas suas, & non locarent Assessores, post mortem præsidis, venirent priuandi salario residui temporis illud sequeretur incommodum, quod fauor retorqueretur in odium, sed hoc non est admittendum, cum sit contra regulam l. quod fauore C. de legibus, ergo nec illud vnde hoc sequitur. Probatur maior, quia, quod possint cum alijs esse Assessores, post mortem pręsidis, in eorum fauorem inductum est, nec dicas introductum esse etiam ob fauorem hęredis defuncti præsidis, vt possint liberari à præstatione salarij, quia illud principaliter non consideratur, sed venit in consequentiam.

145 Secundo, & hoc magis stringit, quod dispositum est sub conditione potestatiua, tunc demum locum habet, cum purificata est conditio, quam implere, & non implere est illi liberum, in cuius voluntate est collata, vt notatur in §.
146 conditiones, inst. de verb. oblig. positum enim in conditione, non intelligitur positum in dispositione, vt notatur in l. 1 C. de pactis, sed hæc dispositio negatiua contra regulam, vt hæredes defuncti legati non teneantur soluere salarium residui temporis, est sub ea potestatiua conditione, si cum alijs fuerint, ergo nisi sit casualiter purificata, vt cum alijs, quibus operas suas locauerint, fuerint, salarium debetur.

Nec dicatur cum Mantua, legem fingere eam conditionem impletam, suadente æquitate, ne hæredes sine causa soluant salarium, opera non præstita, quia probo nullam æquitatem hic subesse, cum hæredes legati non soluant de suo, sed pecuniam publicam, & debitam Assessori, per quem non stat, quominus seruiat l. qui operas infr. locati. vnde licet non seruiat fingitur seruire, quæ fictio cessat, non quando quis potuit cum alijs esse, sed quando realiter fuit, cum in materia, duplici officio assessoris aliquis fungi non possit, d. l. vlt. C. eod.

Nec dicas conditionem haberi per impleta, cum eam potuerit Assessor implere per iura scilicet allegata, quia huic difficultati satisfaciam in solutione contrariorum.

147 Tertio, si Assessor cogeretur, vbi commodè possit operas suas alteri præsidi locare, illud sequeretur incommodum, vt creditor cogeretur personam obligatam mutare, vt patet, sed hoc est falsum l. si mandato meo in §. vlt. infr. mandati, ergo falsum est etiam illud, vnde hoc sequitur, nec dicatur interdum fieri mutationem, per tex. in l. qui autem §. sed, & si quis de constit. pecunia, quia ibi, vt considerat Bolog. non fit mutatio personæ iam obligatæ, sed, cum deberet obligari vna persona, quæ amplius obligari non potest subrogatur alia in locum illius. Nec dicatur cum Cagn. regulam quidem esse, vt quis non cogatur mutare personam obligatam, ex æquitate tamen, vt in casu nostro, cessare interdum regulam hanc, & sic ex causa per tex. in l. vsuras C. de solut. & per ea, quæ tradit Aret. ad l. 2 in fine princip. infr. solut. matrim. & alij, quos congerit Cagn. hic num. 119. quia in proposito, nulla est æquitas, & nulla causa, ex qua Assessor cogi possit. æquitas consistit solummodo in eo, vt, si sponte locet operas suas, non conse-

quantur

quatur duplex salarium, præterea esto, quod esset aliqua æquitas, vel causa, non sufficit nisi scripta sit, & in iure expressa, & ita intelliguntur auctoritates in contrarium adductæ.

Quarto, & nouissimè, vbicumque, mortuo præside, per Assessores non stat, quo minus seruiãt, residui quoque temporis salarium debetur l. qui operas ff. locati, sed tunc stat per eos, cum locant operas, cum non possint duobus seruire, ergo, quamdiu non locant operas, possunt integrum salarium ab hæredibus defuncti legati petere, licet potuerint locare, textus enim noster non loquitur de potentia, sed de actu locationis, qui excludit fictionem, in qua consistit fundamentum petitionis. & certè, si lex nostra, & l. diem functo infr. locati voluisset excludere non modo eum, qui cum alijs fuisset, sed etiam esse potuisset, expressissent, arg. l. fin. C. de instit. & substit. cum longa sit differentia inter actum, & potentiam.

148 Accedat quinto, quòd, si, cum posset Assessor alteri locare operas, & non locaret, amitteret residui temporis salarium, quod debebatur à primo Præside, sequeretur illud incommodum, vt quis cogeretur ad vtilitatem alterius acquirere, sed nemo ad hoc cogitur l. qui autem in princ. ff. de his, quæ in fraud. creditorum, ergo falsum est etiam illud, vnde hoc sequitur.

Non obstant nunc contraria, & præsertim

149 primum argumentum, quia in d. l. labeo, si rectè perpendatur, non erat potestatiua, sed casualis conditio ibi posita; vendebatur enim bibliotheca, non, si ego emissem locum à decurionibus Campanis, sed, si decuriones campani locũ vendidissent, & sic conferebatur in voluntatem alterius, non in voluntatem emptoris. Præterea, in d. l. est conditio conuentionalis, hic au-

150 tem conditio legalis, & mitius agitur cum lege, quàm cum homine.

151 Non obstat secundum, quia falsum est conditionem potestatiuam, quam quis potuit commodè adimplere, & non adimpleuit, pro purificata haberi, hoc enim, si esset, conditio potestatiua, non potestatiua, sed necessaria esset, nec iura in contrarium adducta hoc probant, nempe tex. in l. iure ciuili infra de condict. & demonstrat. & in l. iure ciuili infr. de reg. iur. in illis enim solummodo probatur conditionem potestatiuam pro impleta haberi, vbi is, qui eam implesset, ab eo, cuius intererat non impleri, fuit ita impeditus, vt implere nequiuerit, quod adeo diuersum est ab assumpto in 2. argum. vt non possit inde aliquid consequi aduersus nostram sententiam, arg. l. Papinianus exul ff. de minorib. summa responsionis est hæc, vt conditio potestatiua non impleta, habeatur quandoque pro purificata ex causa, ad fauorem illius, in cuius voluntate est posita, vt in iuribus contrarijs, secus autem in odium, & damnum illius, quemadmodum esset in casu nostro.

152 Nec obstat tertium, quia satis est, vt possit dari casus, sunt enim, qui ocium non amant, præsertim in ijs, quæ per exercitium recipiunt incrementum, cuiusmodi est iuris scientia, præterquamquòd possunt Assessores reperire Præsidem, qui pinguius illis constituat salarium eo, quod debetur ab hæredibus defuncti Præsidis; Præterea regulæ adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, & iura omnia, exceptiones autem, & iura singularia, vt est casus de *quo hic* etiam ad possibilia, licet raro contingibilia, accommodantur l. ius singulare ff. de legib.

Nec obstat quartum, quia non oportet, in proposito, considerare aliquam æquitatem, cum, publicum salarium residui temporis, sit concessum ab ipsis legislatoribus Assessoribus, qui post mortem legati alijs operas suas non locauerint, qui, eo casu, sunt parati, & per eos non stat, incipit autem per eos stare cum locant, nõ cum locare possunt, cum ergo sit diuersa ratio inter potentiam, & actum, non est idem ius statuendum, æquitas enim suadet, vt quamdiu Assessor non sit cum alijs, à mortui præsidis hæredibus, quasi operas præstiterit, salarium consequatur.

Nec obstat quintum, in quo est deceptio, quia vbicumque alijs Assessores operas non locant, cum possint, per eos stat quominus seruiant alijs, cum quibus non conuenerint, non quominus seruiant Præsidi, cui erant obnoxij; salarium autem residui temporis non debetur, vbi per eos non stat, quominus seruiant alijs, sed vbi stat per eos, quominus seruiant Præsidi, cui erant obligati, vnde argumentum reflectitur.

Nec facit negocium sextum, quia tunc cogimur facere, quod nobis non nocet, & alteri prodest, quando illud, quod faciendum venit, non est expressè positum in facultate nostra, vt in proposito locare operas, & non locare. Præterea satis nocet nobis, si cogamur laborare pro eo, quod etiam sine labore possumus consequi.

153 Nec obstat septimum, quia in nullo grauatur hæres præsidis, si integrum salarium soluat quando fingitur seruire ille, per quem non stat. præsertim cum soluat ex aere publico, & ex beneficio principis, quod est latissime interpretandum l. beneficium supr. de constit. principum, & nulla æquitatis ratio patitur, vt possit Assessorem compellere ad operas locandas, vt illius salarij lucrum faciat.

154 Nec obstat octauum, primum, quia negamus Assessorem obligatum esse hæredi defuncti præsidis, eiusdem enim præsidis morte est ab omni obligatione, liberatus, hæres enim non repræsentat defunctum cum dignitate, quo ad dignitatis qualitatem, præterea est speciale in liberto, respectu patroni, ob acceptum libertatis beneficium, vt teneatur, eodem etiam patrono iubente, operas præstare.

155 Succedit modo secundus articulus, in quo quidem

quidem, supposita communi, in præcedenti, aduersus, quam difficile esset in iuditio obtinere, videtur respondendum, publicum professorem, qui recessit, timore belli, vel pestis, ab vniuersitate, non posse salarium petere a primo conductore, si, pendente peste, vel bello, pro eodem potuit salario operas suas alteri locare.

Ea scilicet ratione, quia vbi est eadem ratio eadem fieri debet iuris dispositio l. a Titio infr. de verb. oblig. sed eadem ratio, quæ est in Assessore, post mortem præsidis, est etiam in professore recedente timore pestis, & forte etiam maior, ergo debet eadem fieri iuris dispositio, vt quemadmodum scilicet Assessores, qui potuerunt, post mortem præsidis operas locare, & non locauerunt, exigere ab hæredibus residui temporis salarium non possunt, ita quoque non possint iuris professores, per quos steterit quominus, pendente peste, operas locarent, illius calamitosi temporis salarium à primo conductore exigere.

Contrarium tamen decidit Ioan. Franc. Rip. in tractat. de pest. in tit. de priuileg. contract. caus. pest. num. 129. &, præterquamquòd probant hanc opinionem omnia argumenta, supra adducta, in precedenti articulo, pro posteriore opinione, quam veriorem esse statuimus potest etiam comprobari speciali hac ratione.

Tunc demum professori recedenti ab vniuersitate, causâ belli, vel pestis esset imputandum, quòd calamitoso eo tẽpore pendẽte, cum potuisset alteri operas locare non locasset, si liberatus esset à prima obligatione, & certum esset quanto tempore esset pestis duratura, sed neutrum est ex his, vt nemo dubitat, ergo nihil imputandum est ei, quòd alteri operas non locauerit.

Et sic non obstat contrarium, quia immo diuersa, & contraria ratio est in professore, recedente, ab ea, quæ est post mortem Præsidis in Assessore. Assessores enim releuantur in hoc, vt per mortem Præsidis liberentur ab obligatione, & possint liberè alijs operas locare, etiam inuito hęrede Pręsidis defuncti, ergo debent grauari in alio, vt cogantur locare, si commodè possint, arg. l. eum, qui ff. de iureiur. DD. autem quemadmodum non possunt tempore pestis, inuito conductore, a contractu recedere, ita etiam ipsi non debent inuiti suas operas alteri locare, ne cogantur personam obligatam mutare cõtra d. l. si mandato meo §. vltimo ff. mandati, & ne cogantur acquirere ad alterius vtilitatem, contra l. qui autem in princ. infr. quę in fraud. credit.

156 Subsequitur modo tertius articulus, in quo sunt pugnantes DD. sententiæ, altera est existimãtium, posse Assessorem, qui locet operas suas, pro minori honorario, petere, & consequi supplementum ab hęredibus defuncti legati, & hanc opinionem ascribunt Bald. hic in antiqua lectura, quem sequitur Angel. & Castrens. nu. 7. Caccialup. q. 15. num. 26. Curt. Iun. num 14. & alij communiter, vt de communi testatur Rip. in tract. de peste in tit. de priuileg. contract. caus. pest. num. 124. qui eandem defendit, deinde distingnit, pro qua plura afferuntur.

157 Primum autem, virtute, hoc modo ratiocinatur. idem iudicium est de parte, quo ad partem, quod de toto, quod ad totum l. quę de tota ff. de rei vendic. sed si nihil fuisset post mortem Præsidis Assessor consequutus, quia operas non sublocasset, totum salarium posset petere, vt hic, & in d. l. sed addes in fine eum l. seq. ergo, si partem, ex operę sublocatione, fit consequutus partem, quam non receperit, quia pro minori salario conuenerit, poterit ab hęredibus defuncti legati petere.

158 Secundo, hoc pacto argumentatur, per secundum contractum, eatenus videtur recessum à primo, quatenus eandem afferat vtilitatem secundus, quòd si afferat minorem, adhuc potest ex primo, in eo, quod pluris nostra interfit. l. si quis à Titio ff. pro socio l. prædia ff. de actio. empti, sed in proposito, in secunda locatione Assessor non tantum consequitur, quantum ex prima ei debebatur, igitur, quasi in ea parte à prima non sit recessum, agere poterit, in eo, quod pluris eius intersit.

159 Tertio, valet argumentum de tempore ad rem, arg. l. miles ita ff. de milit. testam. cum alijs adductis per Euerardum in loco a tempore
160 ad rem, sed pro rata temporis, quo vacauit, post mortem Præsidis, anteaquam cum alio fuerit, petere potest salarium Assessor, ab hæredibus defuncti legati, ergo eodem modo petere potest pro rata rei, & salarij, cum pro minori locauit.

In contrariam tamen opinionem, iuit Laucel. Dec. quem refert Ripa præallegato in loco, tenet etiam Sebast. Sap. hic num. 6. &, pro hac opinione, plura afferuntur.

161 Primum autem, virtute, ita ratiocinatur. vbicumque cessat ratio, cessat etiam iuris dispositio l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron. c. cum cessante de appellat. sed vbicumque locauit Assessor operas suas alteri, etiam pro minori salario, cessat ratio, ob quam fuit inductum, vt residui temporis salarium posset petere, ergo debet cessare etiam iuris dispositio. minor probatur, quia ratio, ob quam Assessor potest petere salarium, etiam pro tempore, quo non seruiuit, est, quia, cum per eum non steterit fingitur assedisse, sed pro eo tempore, pro quo fuit cum alio, cessat hęc fictio, cum per eum steterit, ita vt non possit fingi, cum duobus eodem tempore seruiuisse, cum hoc sit impossibile, in hac
162 materia l. vlt. C. eod. Nec tollit vim huius argumenti responsio Ripæ dicentis cessare rationem fictionis, sed non rationem interesse. & propterea succedere regulam §. affinitatis, Inst. de nupt. quia, tunc demum vera est illa regula, quando rationes duæ, ex quibus vna cessat, ambæ

ambæ per se sunt sufficientes, vt docuimus ad l. 1. C. de edendo num. 50. in fine, quod non est in casu nostro, ratio autem interesse, vel non est ratio petitionis, vel non est ratio per se sufficiens, sed impulsiua tantum.

163 Accedat secundo, quod lex generaliter loquens debet generaliter intelligi, sed lex nostra, & lex diem functo, infr. locati, generaliter statuunt, non posse Assessorem residui temporis salarium petere, non distinguendo, an conuenerit pro minori, vel æquali pretio, ergo generaliter debent intelligi, vt excludant Assessores à petitione salarij residui temporis, etiam, si pro minori salario locauerit.

164 Non obstant nunc contraria, & præsertim primum argumentum, quia procedit, vbi non possit assignari diuersa ratio, vt in casu nostro, nempe fictionis, quæ habet locum in eo, qui non locauit operas, in eo verò, qui locauit pro minori precio nequaquam.

Nec obstat secundum, quia procedit in casu vbi secundus contractus fiat cum eodem, & veniat in executionem primi, & tendunt ad eundem finem secus, vbi tendat ad diuersum finem, vt hic, vbi conuentio fit cum alio.

Nec obstat tertium, quia argumentum quoque de tempore ad rem, cessat ob diuersitatem rationis, vt per Euerardum in dicto loco à tempore ad rem, ratio autem diuersitatis est, quia vbi locat operas suas pro tempore, pro eo tempore, pro quo non locat, potest habere locum fictio, de qua supra, sed quando locat pro toto tempore, etiam pro minori salario, cessat fictio, cum non possit esse apud duos eodem tempore d. l. vlt.

Ad hoc igitur, vt is, qui locat operas suas alteri, pro minori pretio, supplementum consequatur ab eo, cui prius locauit, sed seruire non potest, ex causa impedimenti, orti ex parte conductoris, si impedimentum est perpetuum, vt in casu nostro, quia Præses fit mortuus, cautela est, vt Assessor paciscatur cum hærede defuncti Præsidis, saluum esse sibi regressum contra eũ, ad illud minus, protestans se alioquin alijs operas suas non locaturũ, vt in simili fit in §. quantitas instit. de lege falcid. in §. sed quia hæres institu. de fideicom. hæredit. & in §. 1. Instit. de eo cui libert. causa bona addicũtur, si verò impedimentũ perpetuũ non sit, sed temporale, vt puta, quia necessariò fit Assessori, vel publico professori recedere à loco, & à personis, quibus obligauit operas suas ex causa belli, vel pestis, cautela est, vt non simpliciter, vel pro certo tempore operas locet, sed pro tempore impedimenti, sic enim semper esset paratus ad reuertendum, cessante impedimento, & nunquam per eum staret, quia eo modo non recessisset à primo contractu, nisi enim hoc modo faceret, non solum non posset consequi supplementum, sed si, cessante causa belli, vel pestis, non posset reuerti, teneretur ad interesse, quia per ipsum staret, quominus primo conductori operas præstaret l. aduocationis C. de condit. ob causam l. 2. C. locat. glos. est in l. si vno §. item cum quidam infr. locat. sibi enim imputare deberet, qui non cauetus egisset arg. l. 2. in fin. C. de furt. primam cautelam habes ea lo. Bapt. Caccialup. hic num. 26. secundam ex Ripa in tractat. de pest. in tit. de priuileg. contrac. caus. pest. num. 126.

165 Sed hic, retenta communi, in præcedenti articulo, contingit rursus dubitari, an, si Assessor, post mortem Præsidis, locauerit operas suas alteri pro maiori salario, illius pluris sit habenda ratio aliqua, vtrum scilicet debeat fieri commutatio salarij, quod debetur a primo, & eius quod habuit a secundo, ita vt non plus habeat, quam salarium conuentum cum primo, & prima facie videtur concludendum ad fauorem hæredis defuncti Præsidis, illud pluris, quod consequitur à secundo, prodesse debere hæredi, ad exonerandum eum, pro ea parte, ea ratione,

166 Quia, qui sentit commodum debet etiam sentire incommodum l. secundum naturam ff. de reg. iur. §. illud instit. pro socio, & qui in vno grauatur, debet in altero releuari l. eum, qui ff. de iureiur. sed hæres defuncti Præsidis grauatur in hoc, vt debeat supplere salarium, vbi Assessor pro minori locat, secundum communem opinionem, de qua in præcedenti articulo, ergo debet in hoc releuari, vt exoneretur à præstatione illius portionis salarij, quam habuit vltra connentum cum primo præside.

Contrarium tamen decidit hic Io. Bapt. Caccialup. q. 16. num. 27. & sequitur Curt. Iun. hic num. 15. Sebast. Sap. num. 6. & Ripa in d. tit. de priuileg. contrac. caus. pest. num. 127.

167 Primum, quia tunc demum posset haberi ratio illius pluris, quod consequuti sunt a secundo, quando per mortem primi Præsidis non essent soluti ab omni obligatione, sed sunt soluti, vt supra probatum est, igitur hæredes defuncti legati nihil iuris habent in eo pluri, quod sunt consequuti, sed tantum exonerantur pro rata temporis, quo vacui non fuerunt, vt hic dicitur.

168 Secundo, si illud pluris, quod Assessor consequeretur à secundo Præside, cum quo conuenisset, computaretur in summa conuenta cum primo, & ab hærede debita, industria, & diligentia Assessoris, qui noluit manere ociosus, non sibi, sed alteri prodesset, sed hoc non est admittendum l. 1. C. de palud. ergo nec illud vnde hoc sequitur.

169 Tertio, & vltimo, idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito l. vlt. §. vlt. ff. de leg. 3 sed, si proponamus Assessorẽ, post mortem Præsidis, operas pro minori salario locasse, non nocet hæredi, quia non tenetur ad supplementum, vt concludebamus sup^a aduersus communem, ergo, in casu opposito, si pro maiori locauerit, non debet prodesse.

170 Accedat quarto illud, quòd quis, ex sua diligentia, vel ex alterius stultitia acquirit, non debet in alterius redundare vtilitatem l. 3. ff. ad l. Falcid. sed locans operas, post mortem Præsidis pro maiore honorario, illud plus, vel ex sua diligentia, vel ex stultitia conducentis acquirit, ergo non debet in vtilitatem hæredis mortui Præsidis redundare.

Non obstat argumentum adductum ex aduerso, primum, quia non est absolutum, hæredem grauari in eo, vt teneatur supplere salarium, cum posteriore Præside conuentum, & nos cum Rom. contrarium sentimus, præterea, non potest considerari aliquod grauamen, quia hæres, non de suo, sed de publico soluit, ex Principis beneficio, quòd latissimè est interpretandum, & satis releuatur ex eo, quòd Assessor operas suas locat, nisi enim locasset, ad integrum salarium fuisset obligatus, rationi ergo consentaneum est, vt is, qui spontaneo se subiecit labori, si quod pluris ex d. prouenit labore, sibi non alteri acquirat.

171 Quarto, colligitur ex hoc tex. salarium soli Præsidibus in principio officij, quæ conclusio probatur in tex. (si legamus præstitum, vt habetur in aliquibus Codicibus) sine difficultate.

Cæterum, quia hæc quoque conclusio dubia est, ob litteræ huius variationem, idcirco, pro exacta illius explicatione, duos discutiam articulos.

Primus erit, quo tempore sit præstandum salarium magistratibus, & officialibus, an scilicet in principio, vel in fine officij.

Secundus, numquid, si ex consuetudine, vel statuto debeatur in fine officij, si contingat Præsidem mori ante tempus, statim debeatur salarium Assessoribus, vel debeat expectari tempus conuentum, vel præfinitum à statuto, vel consuetudine.

Quod attinet ad primum, sunt pugnantes DD. sententiæ, altera est existimantium, in dubio, salarium deberi in fine officij, nulla scilicet, de tempore solutionis, existente consuetudine, vel statuto, hanc enim firmant Anton. de Butr. & Imola in c. si propter sterilitatem de locat. Io. de Platea in l. 1. C. de primipil. lib. 12. sequitur etiam Ias. hic num. 10. & Dec. num. 4. & 5. Io. Baptist. Caccialup. hic in 5. q. num. 17. Alciat. num. 29. Lancelliot. Dec. & Claud. Aquen. quos refert hic Cagnol. num. 126. qui num. 128. in fine dicit, hanc veriorem esse sententiam in puncto iuris, licet postea distinguat. in eandem sententiam videtur ire Sebast. Sap. hic num. 30. quam probat etiam Petr. Caiæfat. hic num. 33. testans consuetudinem, esse contra communem opinionem, eidemque præualere, ex Mathesil. in tract. de elec. vers. verior. opin. in princ. & vtramque opinionem defendit Iacob. Niger num. 7. quicquid sit, plura, pro hac sententia, in medium afferuntur.

Primum, adducitur tex. in l. 1. C. de primipil. lib. 12. ita inducendo, si salarium, & commodum, quod debetur alicui ex dignitate, deberetur, & solueretur ab initio, commoda primipilatus, non inciperent deberi post administrationem, sed antea. At incipiunt deberi post administrationem finitam d. l. 1. vbi glos. facit tex. in l. Titio in princ. infr. ad municip. ergo non in principio officij, sed in fine solui debet honorarium.

172 Secundo, adducitur tex. in l. Archiatri C. de profess. & medicis lib. 10. ita inducendo, si salarium, pro labore intellectus, & scientiæ, ab initio, non in fine solueretur, medicis deberent dare salarium infirmi, vbi inciperent curari, non autem postquam sani sunt effecti, medicorum curatione, at non cum infirmantur, sed postquam sani effecti sunt, debent salarium soluere, pro obsequijs præstitis, vt patet in d. l. Archiatri, vbi notat Bart. igitur salarium, non in principio debetur, sed in fine.

Tertio, adducitur tex. in l. 1. in princ. C. de suffrag. ita inducendo, si salarium deberetur ab initio, vtique non veniret pro suffragio, & patrocinio præstandum, cum ea, quæ optauerint consequantur, ij scilicet, qui pro suffragio promiserunt, sed postquam voti cópotes facti sunt, desideria sua explicare cupientibus, debent promissa implere, & satisfacere suffragantibus, & patrocinantibus. d. l. 1. in princip. l. quisquis C. de postul. ergo salarium in fine, non in principio debetur.

173 Quarto adducitur tex. in l. post duos C. de aduoc. diuers. iudic. hoc modo inducendo, si salarium ab initio deberetur, & solueretur, fisci aduocatus, postquam officium peragere cœpisset, non diceretur transmittere ad hæredes, & successores salarium, quod esset pars patrimonij illius; transmittimus enim, quæ adhuc non sumus adepti, sed transmittere dicitur, vt patet in d. tex. & est tex. in l. final. C. de domestic. & protector. & est tex. in l. si quis in sacris C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. ergo, non soluitur ante cœptum officium, & ab initio, sed post finitam administrationem.

174 Quinto, salarium, quod debetur magistratibus, aduocatis, & professoribus, æquiparatur mercedi, quæ debetur ex locatione, & conductione l. sed addes in fine, iuncta l. sequen. ff.
175 locati. At merces, ex causa locationis, in dubio, conuentione cessante scilicet. &, circumscripta consuetudine, debetur in fine, non in principio, cap. propter sterilitatem, extra locati, iunctis traditis per Abbat. ibi num. 4. in 3. notabili, hinc enim fit, vt ob sterilitatem, quæ contingit, in fine anni fiat remissio mercedis, non præstitæ scilicet, non autem fit restitutio, est doctrina Bart. ad l. eadem C. de locat. & condict. & ad l. Iulianus §. offerri per illum tex. infr. de act. empti, tradit Hieronymus Gigas in tra-

in tractat. de pest. q.93.& alij, quos adducit Cagnol. hic num. 128. ergo etiam salarium debet solui in fine, non in princ. officij.

176 Sexto, & vltimo, illud quod debet aliquo anno solui, debetur in fine illius anni l. qui hoc anno, eum ibi notatis infr. de verb. oblig. sed salarium pro officialibus debetur pro anno, vt supponimus, ergo non nisi in fine anni solui debet, præsertim in casu nostro, in quo, ante annum, non est impletum ex parte eius, cui salarium debetur, arg. d. l. Iulianus §. offerri.

His tamen, & similibus non obstantibus, in contrariam opinionem iuerunt plerique ex interpretibus, opinantes salarium præstandum esse in principio officij, hanc enim opinionem, omnes ascribunt Bald. quem sequitur hic Castrens. nu. 3. Alex. nu. 4. Socin. Sen. nu. 10. Curt. Iun. nu. 29. Iacob. de Sant. Georgio nu. 5. Stephan. Forcatul. in sua Necyom. dialog. 61. num. 5.& alij communiter, & præsertim glo. l.& Bart. ad l. 1. §. diuus infr. de var. & extraord. cognit. nu. 16. & hanc quoque sententiam, pluribus comprobatur argumentis.

177 Primum autem, omisso tex. nostro, in quo propter lectionum varietatem, fundamentum fieri non potest, hoc pacto, virtute, argumentantur, per tex. in l. properandum §. illi procul vers. honorarijs C. de iud. nisi ab initio veniret soluendum salarium, vtique aduocatis, ante sententiam, non deberetur, sed debetur, & exigitur ante d. §. illi procul vbi glos. in verb. protrahunt, ergo ab initio, non in fine salarium debetur.

Secundo, nisi salarium aduocatis in principio daretur, vtique non conuenirentur ad pecuniam restituendam, vbi per eos staret, quo minus fidem impleret, sed, eiusmodi in casu, conueniuntur l. final. C. de condic. ob causam l. qui operas ff. locati, & l. 1. §. diuus ff. de var. & extraordin. cognitionibus, ergo salarium soluitur ab initio.

178 Tertio, vbicumque salarium, ex dispositione legis, vel statuti debetur, ab initio debetur Bart. ad d. §. diuus num. 16. in fine vers. in ijs verò, sed Præsidi debetur ex legis dispositione, vel ex contractu, subrogato in locum dispositionis legis, l. fori C. de aduoc. diuers. iudic. vbi glos. in verb. castrense Bart. in d. §. diuus num. 11. vers. quarto quæro, ergo debetur ab initio.

179 Quarto, & vltimo, omissis alijs leuioribus, vbicumque pecunia soluitur, non modo pro opera, sed etiam ratione impensarum, quę præcedunt, tunc solutio debet fieri ab initio, vt docet Bald. ad l. diuortio in princ. ff. solut. matrim. per tex. in l. si verò non remunerandi §. vlt. infr. locati, sed Præsidibus, & similibus magistratibus, pecunia, & honorarium, non modo pro opera datur, sed etiam ratione impensarum, quæ præcedunt, vt nulli dubium est, igitur debetur ab initio.

Et ex his veriorem esse arbitror hanc magis communem sententiam, à qua in consulendo, & iudicando, non recederem.

180 Nec obstant contraria, & præsertim primum argumentum, petitum à d. l. 1. C. de primipil. lib. 12. quia illa verba, post administrationem, intelliguntur communiter, post administrationem cœptam, non autem post administrationem finitam, vt intelligit glo. ibi, quod probatur ex verbo, debuerint, quod videtur supponere debitum ab initio, fit etiam probabilis hæc expositio ex eo, quia, si illa explicarentur, post administrationem finitam, parum commodè diceretur de illis commodis, incipiant deberi, quandoquidem, post finitam administrationem, non incipiunt deberi, sed absolute debentur.

181 Nec obstat secundum, quia, in d. l. Archiatri, non agitur de salario publico, sed de eo, quod offertur ab infirmo, qui curatur, & statuitur, vt sanus offerat, quia dum esset morbo correptus, & in ea necessitate constitutus, facile posset à versuto medico decipi, præterquamquòd ab initio ignoratur qualitas curationis, & laboris, cum plerumque, non sit certa infirmitatis qualitas, & duratio.

182 Non obstat tertium, de d. l. 1. C. de suffragio, quia respondent DD. tunc litigatorem ea, quæ optauit consequi, quando aduocatus suscepit causam, promittendo defensionem, præterea ille textus, non facit ad rem, cum ibi suffragium non pro aduocatorum patrocinio accipiatur, sed vt rectè docet Alciat. lib. 2. Paradoxorum c. 14. pro auxilio illius, qui Principem exorat, vt aliquem diplomate iuuet, vel summa potestate sontem liberet, vel quidquam aliud etiam iustum concedat, ita vt, si, ob hanc causam, aliquid promisero, vt Principem exores, vt illud mihi beneficium tribui facias, ex suffragio tibi obligabor.

Nec obstat quartum, primum, quia potest dici transmitti etiam illud, quod est præstitum, quando adhuc non est perfectè debitum, & acquisitum, vt puta, quia opera integra non sit præstita, præterquamquòd admittimus salarium præstandum esse ab initio, sed postquam is, cui debetur, cœpit operari, vt patet in dictis iuribus, in quibus potuit etiam accidere, vt ex contingentia facti, non esset ab initio præstitum licet deberetur.

Nec obstat quintum, quia æquiparatio inter locationem, & conductionem, & negocium, de quo agimus, consistit solummodo in eo, vt si casus accidat in personam conductoris, ita, vt per locatorem non stet, quominus operas præstet, nihilominus integra merces debeatur, & ita procedat tex. in d. l. sed addes in fine: in alijs autem omnibus melior

melior est conditio præstantis operas liberaliores intellectus, & doctrinæ, quàm præstantis operas mercenarias, & vulgares.

Nec obstat textum, quia procedit, vbi tempus est appositum in gratiam debitoris, ita, vt non designet tempus operationis, & officij, sed faciat obligationem in diem.

183 Si quis tamen velit contrarias, in hac materia, conciliare opiniones, adhibeat hanc distinctionem, aut loquimur de mercede, aut de honorario, si de mercede, concludendum est deberi in fine anni, per d. c. si propter sterilitatem extra locat. vbi Abbas num. 4. & per ea, quæ tradit Bart. ad l. Iulianus §. offerri infr. de act. empt. si de honorario, aut datur solius dignitatis intuitu, aut ob incommoda, & occupationem, primo casu debetur ab initio, arg. §. filiusfamilias insiit. quib. mod. ius par. potestat. soluitur, Auth. episcopalis C. de episc. & cleric. Secundo autem casu, aut principaliter datur ob impensas, & soluitur ab initio l. legatus anteaquam, supra de legib. in fine, & l. 2. C. eod. lib. 10. aut principaliter ob honestum laborem, & occupationem, & tunc, aut loquimur de medico curante infirmos, aut de magistratibus, officialibus, & aduocatis, & alijs virtute præditis; primo casu, aut medicus habet salarium à priuato, & illud debet consequi in fine curationis d. l. Archiatri, aut habet salarium publicum, & illud debet habere in principio, quia cessat, in salario publico, ratio, qua nititur decisio d. l. Archiatri, si verò versamur in alijs virtute præditis indistinctè, siue salariũ publicum sit, siue priuatum, debetur in principio, vel saltem post cœptam administrationem, non in fine l. final. C. de aduoc. diuers. iudic. l. qui operas infr. locati, & d. l. 1. in §. diuus ff. de varijs, & extraord. cognit.

184 Subsequitur modo secundus articulus, in quo dissentiunt interpretes hic, sunt enim, qui credant, post mortem Præsidis, deberi Assessoribus residui temporis salarium, nec esse expectandum anni finem, à lege, vel statuto præfinitum, & hanc opinionem, post Bald. firmat Castr. hic num. 5. & sequitur Ias. nom. 23. cum seq. adscribit etiam hanc sententiam, pro qua testatur de communi Purpurat. hic num. 215. Io. Bapt. Caccialup. hic in 14. q. num. 25. sed re vera ibi Caccialup. non tractat hunc articulum, & contrarium tenet in q. 19. num. 30. declarat tamen Castrens. hanc sententiam, vt procedat, dummodo caueant Assessores, & comites hæredibus defuncti Præsidis de restituendo, si contingat ipsum alijs operas locare, arg. totius tituli ff. si cui plus quam per l. Falcid. & nititur hæc opinio pluribus, ijsdéque vrgentissimis argumentis.

185 Primum, quia non debet expectari, quod expectari non releuat l. quid si dubitet, & l. cum hæres infr. de acquir. hæred. & l. aliquando §. final. ad S.C. Velleia. cum similibus, sed expectare tempus conuentum, vel præfinitum à statuto, vel consuetudine, nihil releuat, ex quo nihilominus officium non exercebit, quod morte Præsidis finitum est, vt supra cum communi opinione concludebamus, igitur nihil est, cur dictum tempus expectetur.

186 Secundo, quia, cessante causa dilationis, cessat dilatio l. si quis hæres de acquir. hæred. & l. à filia §. alumno infr. ad senatusconsul. trebel. sed mortuo præside cessat causa, ob quam differebatur solutio salarij, cum ante tempus sit finitum officium, nec speretur exercitium illius, ergo debet cessare etiam dilatio, & consequenter statim solui.

187 Tertio, quod statim debetur, statim debet solui, arg. l. cedere diem de verb. obligat. sed salarium residui temporis, post mortem Præsidis statim debetur, vt probatur in tex. nostro, in verbo debetur, quod est præsentis temporis ergo statim solui debet.

Quarto, qui grauatur in vno, debet releuari in altero Leum, qui in princ. de iureiur. sed Assessor grauatur in hoc, vt non possit alteri operas locare, vt hic, ergo debet releuari in altero, vt statim, post mortem Præsidis, salarium consequatur.

188 Quinto, adducitur tex. vrgentissimus in l. si in lege §. domos infr. locati, hoc modo inducendo, ita se habet Assessor ad honorarium, post mortem Præsidis ante tempus, prout se habet locator, ad mercedem domus locatæ, pro certo tempore, vbi conductor, ante finitum tempus, habitationem deseruerit, sed locator, si colonus, vel inquilinus habitationem, vel culturam deseruerit, statim ad totam mercedm agere potest d. §. si domus, ergo eodem modo Assessor, Præside mortuo, statim potest integrum salarium petere.

189 Sexto, & vltimo idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero l. filio, quem pater ff. de lib. & posth. l. filius fam. infr. si certum petatur, sed vbi verè præstitit operas Assessor statim, finito scilicet officio, debet habere, virtute suppositæ consuetudinis, integrum salarium, ergo eodem modo post mortem Præsidis, cum fingatur præstitisse, vt per Bart. communiter receptum hic, & officium finitum sit, debet statim integrum salarium habere.

Horum tamen argumentorum minime ratione habita, in contrariam opinionem iuit Alex. hic nom. 34. Dec. num. 13. Io. Bapt. Caccialup. q. 19. num. 30. licet Purpuratus ascribat ei contrariam opinionem, sequitur etiam Curt. Iun. num. 11. Sebast. Sap. nu. 3. Nig. nom. 14. Purpur. num. 225. Iacob. de Sancto Georg. num. 30. & 31. Cag. num. 88. Claud. Aquens. quem refert, & sequitur Bolog. hic nu. 22. & hæc re uera est magis communis opinio, vt testatur Cagn. num. 88. &, pro hac quoque opinione, plura afferuntur.

190 Primum autem, virtute, hoc modo ratiocinatur

tiocinatur Alex. vbicunque aliquid debetur in diem, sub conditione, purificata conditione, expectandus est dies l. in illa, quæ est in ordine §. infr. de verb. oblig. & l. si enim §. homo infr. si quis cautionibus, & l. vxori vsumfructum villæ, infr. de vsufruc. leg. At honorarium debetur Assessoribus sub conditione, si seruiant, & in diem, hoc est in fine anni, licet ergo, pro purificata habeatur conditio operarum, cum habeantur pro præstitis, quatenus per eos non stat post mortem Præsidis arg. l. qui operas infr. locati, & l. 1. §. diuus ff. de var. & extraord. cogn. expectandus est tamen finis anni, & sic dies præfinita a statuto, vel consuetudine.

Nec tollunt huius arg. vim responsiones DD. dicentium in d. l. tempus esse repetitum, quia, in casu etiam nostro, intelligitur repetitum, cum conditio operæ referatur ad finem anni, quo tempore, ex consuetudine, vel statuto præstandum est salarium, & dicere in d. l. conditionem esse potestatiuam; hic autem mixtam, & ibi defectum esse in promissore, hic in reo, cui promittitur, est assignare differentiam in facto, non in iure.

191 Secundo, per mortem alicuius conditio obligationis non immutatur l. 2. §. ex his infr. de verb. obligat. sed conditio obligationis honorarij, in proposito, est vt debeatur Assessoribus, ex conuentione, vel ex consuetudine, vel ex dispositione statuti, in fine anni, igitur non debet per mortem Præsidis immutari, nec dicatur nouam esse obligationem, subrogatam ex æquita-

192 te, per quam statim possit peti salarium, quia nulla est æquitas, vt citius satisfiat præ-

193 stanti operas ficte, quam præstanti vere. Præterea, noua obligatio, subrogata in locum primæ, quo ad tempus solutionis, sapit naturam primæ, arg. §. fuerat, instit. de act.

194 Tertio, salarium residui temporis non potest cum effectu deberi, quamdiu non est certum Assessores non esse futuros, eo anno, cum alijs, vt patet ex hoc tex. & ex l. diem functo infr. locati, sed hoc non potest esse certum, nisi in fine anni, ergo antea non debetur.

195 Quarto, si statim, post mortem Præsidis, deberetur salarium Assessoribus, sequeretur illud incommodum, vt melioris conditionis esset, qui non præstasset operas, quam qui præ-

196 stasset, & plus operatur fictio, quam veritas, cum qui vere operas præstitit, non debeat habere salarium, nisi post annum, & finito officio, ex consuetudine, vel statuto, vt supponimus, sed hoc non est dicendum, quia non plus operatur fictio, quam veritas, sed idem l. qui ad certum infr. locati l. legem C. eod. ergo nec illud, vnde hoc sequitur.

197 Quinto, si statim, sequuta morte Præsidis, deberetur salarium Assessoribus, circa eandem, & eandem personam, eandem ob causam, concurrerent duo specialia, alterum esset quod fingeretur seruire, qui operas non præstitit, & sic, quia consequeretur Assessor salarium pro opera non præstita, alterum, quod plus tempore consequeretur, quam is, qui, re vera, operas præstitisset, sed hoc non est admittendum, cum sit contra notata in l. 1. C. de dotis promiss. ergo nec illud debet admitti, vnde hoc sequitur.

198 Sexto, & vltimo, vbicunque salarium non debetur simpliciter ex conuentione, sed vel ex dispositione legis, vel ex conuentione subrogata in locum dispositionis legalis, debet expectari finis illius temporis, vt eiusque expectatio sit frustratoria, c. commissa in fine de elec. lib. 6. sed salarium, de quo agimus, debetur ex dispositione statuti, vel legis, vt docet Bart. ad l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraord. cog. num. 7. ergo non debet solui statim post mortem Præsidis, sed expectandum est præfinitum tempus a statuto.

Non obstant contraria, & præsertim primum argumentum, quia immo, vtilis est dilatio, & expectatio, soluitur enim in fine anni, ob duplicem causam, vt considerat hic Bologn. propter vsum rei scilicet vel operæ, qui non est præstitus, ante finem anni, & propter commoditatem soluentis, & commodum interusurij, quod non est modici momenti §. plus Inst. de act. quamobrem, licet cesset vnum, quia scilicet opera non amplius speretur, non cessat alterum, commoditas soluentis scilicet, & interusurij, & propterea non cessat dispositio.

Nec obstat secundum, quia eadem responsio tollit difficultatem; cessat enim vna ex causis non vtraque, præterea, vbi aliquid debetur ex dispositione legis, etiam sine causa, expectandus est finis temporis a lege statuti, vt mox dicebamus per d. c. commissa in fin. de elect. lib. 6.

199 Nec obstat tertium in cuius maiore assumitur pro fundamento id, de quo disputamus, negamus enim, sequuta morte Præsidis, statim salarium deberi, nec facit negocium verbum, debetur, præsentis temporis, quod legitur in hoc tex. quia intelligitur deberi tempore suo, ita, vt non includat tempus præsens, sed potius excludat indebitum, vel dicen-

200 dum est, statim deberi, sed in diem, & propterea, ante quam dies veniat non potest fieri exactio §. omnes Inst. de verb. oblig. quando enim dies cessit, & non venit, orta est obligatio, & actio, sed dilatoria exceptione obstante, nō potest habere locum exactio. vt tradunt DD. ad d. l. cedere diem infr. de verb. signif.

201 Nec obstat quartum, quia in nullo grauatur Assessor, quatenus prohibetur alijs locare operas, quia non prohibetur simpliciter, sed, si velit exigere salarium ab hærede defuncti Præsidis, quod si facere posset, consequeretur eodem tempore duplex salarium, quod esset absurdū, quandoquidem, vt possit, si velit, locare operas suas alteri, est inductum in fauorem Assessoris, vt per Rom. hic num. 3.

202 Non obstat quintum, petitum à d. §. si domus, quia ibi conductor fuit in culpa, cum recedendo ab habitatione, & deserendo culturam contraueniat contractui, vnde, cum statim conueniatur, non potest opponere de obseruatione contractus, cum ipse prius contrauenerit, & propterea non potest se iuuare ex contractu, quem nixus est impugnare, arg. l. ex eo de reg. iur. lib. 6. & l. cum proponas C. de pactis, not. in l. vbi pactum C. de transac.

203 Nec obstat sextum, quia lex. fingit seruire eo modo, quo verè seruiret, quia ars immitatur naturam §. minorem Inst. de adopt. l. adoptio supr. eod. sed si verè seruiret, expectaretur per totũ tempus anni, ergo eodem modo, quando fictè operas præstitit, quia, vt dicebamus, non debet plus operari fictio, quàm veritas d. l.
204 legem C. locati. Præterea fictio, non fingit super impossibile, vt per Bart. & DD. ad l. si is, qui pro emptore de vsucap. sed est impossibile, vt in instanti, quis seruiat pro sex, vel quinque mensibus, ergo non potest fingi, satis est enim, vt pro eo tempore, quo non præstitit operas, fingatur præstitisse.

205 Sexta conclusio est, quæ colligitur ex hoc tex. secundum intellectum, quem probauimus, si Præses ante tempus successorem accipiat, Assessoribus resi tui temporis salarium non deberi.

Circa hanc conclusionem, contingit de pluribus dubitari, idcirco, illius occasione, tres propono discutiendos articulos.

Primus erit, an Assessoribus residui temporis, salarium debeatur, si ante tempus, Præses successorem accipiat.

Secundus, an officiali remoto, propter culpam, debeatur saltem salarium, pro eo tempore, quo seruiuit.

Tertius quid, si officialis sponte recedat ante tempus.

Circa primum articulum Bart. distinguit hic num. 4. & propterea, vt diligenter ipsius theorias examinemus, faciam breuiter quinque inspectiones.

Prima erit. an Assessoribus debeatur salarium residui temporis, quando ipse Præses, cum comitibus, reuocetur.

Secunda, quid si solus remoueatur, ob culpam Assessoris.

Tertia, quid si ob culpam propriam.

Quarta, quid si ob culpam propriam, & Assessor fuit cum alijs.

Quinta, quid si sine culpa, vt maiore dignitate decoretur.

Sexta, quid si remoueatur, & non constet de causa.

206 Quod attinet ad primam, omissa disputatione, concludendum est; Assessoribus residui temporis salarium non deberi, ita concludit Bar. hic, & sequuntur eum DD. omnes, & probatur conclusio generalitate tex. nostri, nec non quia, hoc casu, Assessores necesse est, vt reuocentur, vel ob propriam culpam, quo casu nihil illis debetur, vt modo dicam, vel ob odium
207 quo princeps eos persequatur, damnum autem quod alicui contingit, ob odium, inimicitias, & persecutiones, sibi est imputandum, vt optimè probat l. si merces §. culpæ infr. locati, & l. pen. in princ. infr. solut. matrim.

208 Quod attinet ad secundum, eodem modo concludendum est salarium non deberi c. damnum de reg. iur. lib. 6. l. qui proprio §. procurator ff. de procurat. l. quod quis de reg. iur. quinimmo sunt, qui putent Assessorem teneri Præsidi, ob suam culpam remoto, ad interesse, arg. d. l. si merces in §. culpæ, & d. l. pen. ita post Ias. & Iacob. Niger dicit Io. Bologn. hic num. 61. tenet etiam Caccialup. q. 23 num. 27. & Curt. Iun. num. 52. ego tamen circa hoc subsisterem, cum possit considerari aliqua Præsidis culpa, qui improbi Assessoris vsus sit opera, arg. §. item exercitor Inst. de oblig. quæ ex quas. delict. nascuntur.

209 Quod attinet ad tertiam inspectionem, communis omnium est opinio, Assessoribus residui temporis salarium deberi, ita post glos. Bart. hic num. 4. Castrens. num. 9. quem sequuntur omnes, & præsertim Alex. num. 29. in fine, & num. 10. Ias. num. 30. Caccialup. in d. q. 23. num. 27. Purpur. num. 243. & Bologn. num. 62.

210 Primum, quia, nisi, hoc casu. petere possent salarium Assessores, culpa vnius noceret alteri, sed hoc non est admittendum, cum sit contra l. si quis in suo §. legis C. de in off. testam. ergo nec illud, vnde hoc sequitur.

211 Secundo ad mentem Purpur. quia, si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo. & de quo magis, Auth. multo magis C. de sacros. eccles. cum alijs vulgaribus, sed minus videtur inesse, vt debeatur salarium, si Præses moriatur, & sic casus accidat in persona conductoris, quàm si remoueatur, & sic causa cessationis officij sit culpa, cum magis debeat obligare culpa, quàm casus l. si quis domum l. si quis fundum infr. locati, & tamen inest, quia si moriatur Præses ante tempus, salarium residui temporis Assessoribus debetur, vt hic, & in l. diem functo infr. locati, ergo multo magis debetur, vbi Præses fuit sua culpa remotus.

Tertio, vbicumque est eadem ratio, debet fieri eadem iuris dispositio l. à Titio infr. de verb. obligat. l. illum C. de collat. sed illa ipsa ratio, ob quam consequuntur salarium residui temporis Assessores, si moriatur Præses, ante tempus, viget etiam quando, ex culpa sua, accipit successorem ante tempus, cum nihilominus per eos non stet, quominus seruiant; quæ ratio consideratur in l. qui operas infr. locati, & in l. 1. §. diuus infr. de var. & extraord. cognit. ergo debet fieri eadem iuris dispositio, vt residui temporis, eodem modo, salarium consequatur.

212 Contrariam tamen opinionem veriorem esse

arbitror,

arbitror, Asseſſoribus ſcilicet reſidui temporis
ſalarium non deberi, & licet non ſit aliquis, qui
ex profeſſo hoc teneat, ſatis tamen videtur in-
clinare, atque adeo probare meam hanc ſenten-
tiam, Hug. Donel. lib. 18. com. de iur. ciuili c. 2.
verſ. ad hunc locum, & Steph. Forcatul. in ſua
Necyomantia dialog. 62. num. 7. dum poſtre-
mam huius legis partem explicant, quicquid ſit,
poteſt hęc ſententia pluribus comprobari.

Primum per tex. noſtrum, lex enim generali-
ter loquens, debet generaliter intelligi l. 1. §. ge-
neraliter ff. de leg. pręſt. ſed lex noſtra generali-
ter ſupponit reſidui temporis ſalarium non de-
beri, vbi Præſes ante tempus, ſucceſſorem acci-
piat, ergo debet hoc verum intelligi ex quacun-
que cauſa remoueatur.

212 Secundo, tunc demum debetur reſidui tem-
poris ſalarium Aſſeſſoribus, quando integrum
debetur Præſidi, vt ſentit Bart. hic, ne ſuum ſibi
officiũ ſit damnoſum l. videlicet ff. ex quib. cauſ.
maior. & ne afflictio addatur afflicto, contra l.
diuus ſupr. de off. Præſidis contra l. pœnam §.
vlt. ff. ad l. Pompeiam de paricid. cum ſimili-
bus, ſed quando Præſes remouetur ex quacunque
cauſa, præſertim ob culpam, reſidui temporis
ſalarium non debetur, vt hic admittunt omnes,
& infra nos quoque docebimus, ne ſcilicet du-
213 plici ſalario grauetur Princeps, vel Reſpub. &
ſic vtilitas priuata publicæ præferatur, contra l.
vtilitas C. de primip. lib. 12. igitur, nec tenen-
tur illud Aſſeſſoribus præſtare, nec dicatur cul-
pam Præſidis non debere Aſſeſſoribus nocere,
quia huic difficultati ſatisfaciam in ſolutione
contrariorum.

214 Tertio, acceſſorium ſequitur naturam ſui
principalis c. acceſſorium de reg. iur. lib. 6. l. cum
principalis infr. de reg. iur. l. fin. C. de non nu-
merat. pecun. ſed Aſſeſſor eſt acceſſorium ad Pręſ-
ſidem, qui, ſi remoueatur ob culpam ante tem-
pus, non conſequitur reſidui temporis ſalarium,
215 ergo nec illud conſequi debet Aſſeſſor, ne plus
ſit in acceſſorio, quàm in principali, contra §.
fideiuſſorem, inſt. de fideiuſſo.

216 Quarto, Ius ſingulare habet in contrarium
ius commune l. ius ſingulare, ſupr. de legib. ſed
ſpeciali, & ſingulari iure factum eſt, vbi mo-
riatur Præſes ante tempus, vt in ſolatium hæ-
redis, illius anni integrum conſequatur ſala-
rium, & reſidui temporis Aſſeſſoribus perſol-
uat, arg. l. fin. C. de ſubſtit. ergo in contrarium
eſt ius commune, in quocunque alio caſu, ſo-
lummodo enim voluerunt in caſu mortis, qui
maiore pietate dignus eſt, conſulere officialibus,
non autem in alijs caſibus frequentioribus, ne
læderent publicam vtilitatem, facilius enim ac-
cidit legatis mutatio, etiam ſine indignatione
Principis l. 2. verſ. hoc amplius infr. de his, qui
notat. infam. mors vero legati, non ita frequen-
ter accidit.

217 Quinto, & vltimo, vbi ceſſat ratio, ceſſat etiã
iuris diſpoſitio l. quod dictum ff. de pactis l. adi-
gere §. quamuis de iure patr. ſed in caſu, vbi re-
mouetur Pręſes ob culpam propriam, ceſsat ra-
tio, ob quam reſidui temporis ſalarium cõcedi-
tur Aſseſsoribus quando moritur ante tempus,
ergo debet ceſsare etiã diſpoſitio, dictum ſala-
rium concedens. Probatur minor, nam ratio
dictę ceſsionis erat, quia fingebatur reſiduo quo-
que tempore ſeruire, quia ille Pręτor defunctus,
cenſebatur viuere per gloriam, cum eſſet mor-
tuus pro Republica, arg. §. 1. Inſt. de excuſat. tut.
vel curat. ſecus in caſu noſtro, quia Præſes re-
motus, vel efficitur priuatus, vel nanciſcitur
dignitatem incompatibilem, vnde non poteſt
fingi Aſſeſſor, reliquo tempore ſeruire illi, tan-
quam Præſidi.

218 Non obſtat primum contrarium, quia culpa
vnius non poteſt nocere alteri, qui nihil com-
mune habeat cum culpoſo, ei autem, qui illi ac-
cedit, nocere poteſt, quatenus principale tra-
hit ad ſe acceſſorium l. quod per manus ff. de iur.
condic. l. ex pupillari ff. de vulg. & pupil. cũ alijs
adductis per Dec. ad rub. C. de edendo num. 1.
219 Præterea nõ caret culpa, qui improbo homini
conſilium prębet, quique ei ſeruire eligit. Ac-
cedat etiam, quod remotio Præſidis, facit ceſ-
220 ſare beneficium, & lucrum reſidui temporis,
non infert damnum temporis præteriti, & huic
221 etiam, qualicunque, indemnitati, facilius
conſulere poſſunt Aſſeſſores, vbi ante tempus
Præſes remoueatur, quam ſi moriatur, remoto
enim ſtatim mittitur ſucceſſor, cui poſſunt Aſ-
ſeſſores ſe denuo conciliare, vel maturè alia
via ſibi conſulere, quod non ita facile eſt, vbi
Præſes moriatur, cum non ſtatim mittatur ſuc-
ceſſor, vt conſiderat Donel. prææallegato in loco.

Nec obſtat ſecundum, quia patet ex ſupra-
dictis, diuerſam eſſe rationem, inter caſum mor-
tis, & caſum remotionis, & quia licet, non re-
periretur diuerſa ratio, ſatis eſt diuerſum ſer-
222 uari, vt dicitur in tex. noſtro; non enim cu-
iuslibet obſeruationis poteſt reddi certa ratio l.
non omnium ſupr. de legibus.

Non obſtat tertium, nam ratio ſufficiens, non
eſt, quia per Aſſeſſores non ſteterit, niſi fingantur
operas pręſtitiſſe, huiuſmodi autem fictio locũ,
in propoſito, habere non poteſt, vt ſupra docui-
mus.

223 Suppoſita tamen vera communi ſententia,
ſuccedit modo quarta inſpectio, nunquid, remo-
to Præſide, ob culpam propriam, debeatur ſa-
larium Aſſeſſoribus, etiam ſi cum alijs fuerint
reliquo tempore.

In propoſita difficultate, ſunt pugnantes DD.
ſententiæ, altera eſt exiſtimantium, hoc caſu re-
ſidui temporis deberi ſalarium Aſſeſſoribus,
etiam ſi cum alijs fuerint, hanc opinionem tenet
gloſ. fin. hic ſequitur Bart. ante num. 1. verſ. alij
hic dicunt, ſequitur Caſtrenſ. in l. ſi in lege §. ſi
domus, & in l. ſed addes §. fin. infr. locati, & hic
num. 9.

num. 9. & videtur tenere etiam Alciat. num. 16. & Iacob. Nig. num. 48. & pro hac opinione afferuntur non nulla satis vrgentia.

Primum, adducitur tex. noster, hoc modo inducendo, ille in dubio admittitur intellectus, per quem fit relatio ad proxima l. hęredes palam §. sed, & si noram ff. de testam. Bart. in l. quæsitum §. si quis fundum ff. de fund. instr. & l. talis scriptura de leg. 1. Boer. decis. 146. num. 2. Cephal. consil. 296. num. 17. vol. 2. sed vltimus glos. intellectus, per quem probatur, si Præses remotus sit ab officio, ob culpam propriam, indistinctè deberi residui temporis salarium Assessoribus, siue scilicet fuerint cum alijs, non refertur ad proximum versiculum modo si nō postea comites cum alijs eodem tempore fuerint, ergo hic intellectus est admittendus.

Secundo, eodem modo se habet Præses ad Assessorem, quo conductor ad locatorem l. sed addes in fine iuncta l. seq. infr. locati, sed vbicumque, ob propriam culpam, remoueatur, vel recedat conductor à re conducta, integra locatori debetur merces, etiam si eodem tempore rem, à qua expulit ex causa primum conductorem, alteri locauerit l. si in lege §. si domus infr. locati, inducendo, vt per Decium hic num. 12. in fine, ergo eodem modo, vbi, ob propriam culpam ab officio remoueatur Præses, debetur integrum residui temporis salarium Assessoribus, etiam si alijs eodem tempore operas locauerint.

224 Tertio, & nouissimè, omissis leuioribus, si dentgandum esset, in casu, in quo versamur, residui temporis salarium, vbi Assessor alteri eodem tempore operas locasset, procedò nulla alia ratione id fieret, nisi, quia non posset fingi duobus eodem tempore seruire, cum id sit impossibile de iure l. final. C. eod. & fictio, non habeat locum super impossibile l adoptio infr. de adopt. §. minorem Inst. eod. sed hæc ratio, non est sufficiens, quia in odium delinquentis, admittitur etiam fictio super impossibile l. ita vulneratus, alias si ita ff. ad l. aquil. docet Angel. quem omnes referunt ad l. eadem infr. de duobus reis, quem ab Aret. & Alex. impugnationibus defendit Alciat. hic num. 7 (6. ergo, nihil est impedimento, quominus debeatur integrum residui temporis Assessoribus salarium, etiam eodem tempore locantibus alijs operas suas, si Præses remoueatur ante tempus, ob culpam propriam.

His tamen, & similibus non obstantibus, in contrariam sententiam iuit Fulgos. num. 8. Alex. num. 10. & 11. Ias. num. 34. Iacob. de Sancto Georgio num. 12. & 13. Caccialup. q. 23. num. 38. Curt. Iun. num. 46. in fine, cum seq. Sebast. Sap. num. 31. vbi testatur de communi, Purpur. num. 243. in fine, Cag. num. 58. & 59. vbi refert etiam Claud. Aquens. Bolog. num. 65. sentiunt etiam Hug. Donel. lib. 18. comm. de iur. ciu. c. 2. vers. ad hunc locum, & Forcatul. in sua Neeyomant. dialogo 62. num. 7.

Primum autem, potest induci tex. noster a maiori, hoc modo, si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergo nec de quo minus, sed magis videtur inesse, vt debeatur residui temporis salarium Assessoribus, eodem tempore locatoribus alijs operas suas, vbi Præses moriatur, quā

225 vbi remoueatur, cum magis faueant iura, in proposito Assessoribus in casu mortis, quàm in casu remotionis, & pietatis ratio postulat, & probat hic tex. secundum communem, & veriorem intellectum, & tamen non inest, quia residui temporis salarium non debetur, vt patet hic, ergo multo minus debebitur, vbi remoueatur Præses ex quacumque causa.

226 Secundo, vbicumque stat per eum, qui non præstat operas, quominus illas præstet, ita vt fingi non possit præstitisse, salarium non debetur, arg. l. 1. §. diuus ff. de var. & extraord. cognit. l. qui operas, & l. sed addes in fine iuncta l. seq. facit etiam lex nostra iunctis traditis per Bart. hic ante nu. 1. quem omnes recipiunt. At vbi quis post remotionem Præsidis præstat tamquam Assessor operas alteri, per eum stare dicitur, quo minus præstet, ita vt præstitisse fingi non possit, arg. l. fin. C. eod. ergo ab eo, non debet salarium consequi.

227 Tertio, ita se habet Pręses ad Assessorem, prout se habet conductor ad locatorem d. l. sed addes. At conductor, si culpa sua recedat à contractu, & à re locata tenetur solummodo, quatenus interest locatoris l. dominus horreorum §. final. infr. locati, ergo Præses, quoque, non nisi ad interesse tenetur Assessoribus, & sic, quatenus, eum alijs non sint.

228 Quarto, & vltimo nemo debet ex culpa alterius fieri locupletior, satis est enim, vt indemnis conseruetur l. 3. §. vltimo ff. de eo, quod certo loc. fact. l. cum in fundo §. quid si mulier infr. d. iur. dot. l. dominus horreorum § fin infr. locati, sed indēnis conseruatur Assessor, si post remotionem Pręsidis delinquentis, consequatur vnum salarium, ergo non debet habere duplex salarium, sed vnum tantummodo; nec dicas, in d. l. 3. §. vltimo rationem haberi, etiam lucri, vt habetur in finalibus verbis illius legis, quia replico aliud esse, vt quis habeat lucrum cessans, aliud quod fiat locupletior, satis enim habet lucrum cessans, si salarium consequatur, vbi alijs operas suas non locet Assessor. Accedat etiam quod d. l. 3. procedit in culpa commissa immediatè aduersus eum, cui cessat lucrum, quod non est in casu nostro, vbi ob culpam remoueatur Præses, qui peccauit in alium quemlibet

229 particularem, potius, quàm in Assessorem, culpa autem, quę non ordinatur ad casum, & ad damnum, non attenditur, vt dicit Dec. hic num. 11. per tex. in l. verum ff. de furt. & per l. si is, cui ff. de act. & oblig.

230 Non obstant nunc contraria, & pręsertim primum argumentum, petitum a l. nostra, primum

mum quia, cum patiatur varios intellectus, in ea non potest fieri fundamentum, per doctrinam Bar. ad l. in ambiguo de reb. dub. præterea verus, & communis intellectus, postremæ particulæ huius legis, est ille, quem tradidimus in expositio-
231 ne literę, nec obstat illud, quod dicebatur, relationem debere fieri ad proxima, quia procedit, vbi, ex pluribus dictis, ęque principalibus, aliquod est proximum, sed quando dictum principale est remotum, quod autem dictum est incidenter est proximum, relatio fit non ad illud, quod dicitur immediatè, sed ad illud, quod principaliter dictum est, vt docet Bart. in l. final. §. final. de lib. legat. & in l. centurio in 3. q. princip. de vulg. & pupill. vt considerat etiam Dec. hic num. 12. relatio enim fieri debet ad ea, quibus conuenit, non ad alia, vt notatur in l. si idem, cum eod. §. final. infr. tit. proxim. Iaf. ad l. 1. C. de liber. præter.

232 Non obstat secundum, quia falsa est illius minor, nec probatur in d. §. si domus, & contrarium tenet ibi Bart. & alij DD. communiter, solummodo enim ibi dicitur, locatorem aduersus desertorem habitationis, & culturæ, statim agere posse, sed non exprimit ad quid, nec est intelligendum, vt agere possit ad mercedem totius quinquennij, ita vt possit etiam deinde alteri locare, quia nimis, eo modo, ex alterius culpa locupletaretur, intelligere ergo debemus ad interesse, eum agere posse, vt per Dec. hic num. 12. declarando d. tex. per l. dominus horreorum §. fin. eod. tit. locati, quatenus scilicet non posset sublocare pro eadem mercede, vel eos fructus ex illis bonis percipere, qui compensarent integram quinquennij mercedem, falsa est ergo illatio, quam faciebat Castr. hic num. 9. & aliæ, quæ fiunt a Iaf. num. 31. cum seq.

233 Non obstat tertium, primum, quia quatenus posset fingi super impossibile, fingi posset super impossibili de facto, vt in d. l. si vulneratus nō de iure, vt hic, repugnat enim ęquitas. Præterea illud procedit iure speciali ex causa incertitudinis, ne remaneat delictum, in altero ex vulnerantibus, impunitum, hinc admittit ipsemet I.C. absurdam esse huiusmodi fictionem, sed eam admittit, ne quid absurdius sequatur, vt scilicet vterque, vel alter ex illis remaneat impunitus, in contrarium ergo, in alijs casibus, erit ius commune, arg. l. ius singulare, supra de ll. præsertim vbi delictum non remanet impunitum, vt in casu nostro, vbi satis punitur Præses officij priuatione, quæ, sine dedecore, non videtur contingere l. testamento centurio, infr. de manumis. testam. item delictum ibi dirigebatur ad damnum domini ipsius serui, ideo, in odium delinquentis, fingitur super impossibile, & is, qui recepit damnum, consequitur duplicem ęstimationem, secus in casu nostro, vt supra dicebamus.

234 Accedat etiam, quod, ex parte agentium, non est impossibile, vt duo eundem interficiant, licet ex parte patientis, nemo possit bis mori, satis enim occidere dicitur, qui affectu occidendi, dirigit sufficientē operationem, ad interficiendum, & fictio ibi refertur ad occisores, non ad interfectum, quatenus autem dubitatur, an fictio possit procedere super impossibile, distinguas, aut est impossibile de iure, & nō potest, quia deficit fundamentum æquitatis, quo nititur fictio, aut est impossibile de facto, & tunc *rursus* distinguas, aut est impossibile in genere, vt puta maiorem esse natu filium ipso patre, & super hoc impossibile, non habet locum fictio, aut est impossibile in specie, vt puta, vt homo viuat, qui mortuus est, vt viuus, pro mortuo habeatur, & super hoc impossibili potest fingi, vt post Barr. declarat Dec. ad l. verum est de reg. iur. num. 3. vel dicas, aut impossibile est ab initio, & fictionem non recepit, aut ex post facto, non ab initio, & fictionem recipit, vnde ab initio duo possunt vnum interficere, ex post facto nequaquam, fingi tamen potest, vnum à duobus interfectum.

235 Subsequitur modo quinta inspectio, circa quam, omissa disputatione, concludendum est, salarium residui temporis, Assessoribus non deberi, per generalitatem tex. nostri, & per rationes supra adductas contra communem, in tertia inspectione, & quia fauor retorqueretur in odium, contra l. quod fauore C. de legib.

236 Superest sexta, in qua, prima facie, videtur concludendum, Assessoribus, residui temporis salarium, deberi, vt videtur concludere Alex. hic num, 30. ea potissimum ratione.

237 Quia factum principis, quamuis iniustum, non debet, nisi ei nocere, cui infertur iniuria l. Lucius infr. de euict. sed per factum principis, de quo agimus, non nisi Præsidi est facta iniuria, non debet ergo Assessoribus nocere, & esse impedimento, quominus illis residui temporis salarium denegetur.

Contrarium puto verius, cum Dec. hic num. 23. non ea ratione, quia, in dubio, præsumatur remotus culpa Assessorum, sed primum, per generalitatem huius tex.

238 Secundo, quia, qui remouet aliquem à lucro, videtur etiam ab oneribus liberare, arg. l. is, in potestate, infr. de leg. præstand. facit tex. in §. illud Inst. pro socio, & in l. secundum naturam, infr. de reg. iur. sed in proposito, mittendo Princeps successorem, ante tempus, remouet Præsidem à lucro, vt patet, ergo debet intelligi etiam, vt liberet eum ab oneribus.

239 Non obstat d. l. Lucius, quia ibi, non idcirco factum Principis nocet tantum emptori, quia ei tantum noceat, cui facta est iniuria, sed quia, cum tale factum, sit casus fortuitus, post perfectam emptionem, & venditionem, ad emptorem pertinet, vt docet Bart. ad l. si per imprudentiam, in princ. eod. tit. de euict. & hæc est ratio, quæ consideratur in illo tex. Præterea non

nocet

nocet, vt supra dicebamus, sed facit cessare beneficium.

240 Subsequitur modo secundus princeps articulus, an magistratui, & officiali, ob propriam culpam ab offitio remoto, debeatur saltem salarium pro tempore, quo fuit in offitio, nam de residui temporis honorario, non dubitatur, illud enim non deberi, certo certius est, cum opera non sit præstita, arg. l. Iulianus §. offerri infr. de action. empt. nec debeat quis ex dolo, vel culpa, lucrum consequi l. siue hæreditaria de neg. gest.

In proposita igitur difficultate, dissentiunt interpretes, opinantur enim aliqui, nec salarium quidem temporis præteriti, ante remotionem deberi, hanc opinionem adscribit Iac. de Aren. & Angel. hic, Bolog. num. 56. vers. contrariam, sed in meis codicibus hanc l. Iac. de Aren. non interpretatur, & Ang. nihil ad rem dicit, probat tamen hanc sententiam Bald. ad l. Nesennius infra de excus. tut. in fin. sub num. 5. qui, & ipse eam Iacob. de Arena adscribit, quicquid sit, pro hac opinione plura afferuntur.

241 Primum autem, adducitur tex. in d. l. Nesennius, quæ potest hoc modo induci à minori, si de quo minus videtur inesse, & inest ergo, & de quo magis, sed minus videtur inesse, vt tutor, cui relictum est legatum, vt tutelam administret, si ab ea, sine culpa, excusatus remoueatur, integrum amittat legatum, quam, vt Præses, si remoueatur, ante tempus, ob culpam, integrum amittat salarium, & tamen inest, quia integrum legatum tutor remotus amittit d. l. Nesennius ergo multo magis debet inesse, vt magistratus ob culpam remotus, integrum etiam præteriti temporis, amittat salarium.

242 Secundo, adducitur tex. in l. Meuia infr. de annu. leg. quæ potest induci a proportione, hoc modo, ita se habet legatarius ad legatum, quod sibi relictum est, vt administrationem rerum alicuius suscipiat, & ad propriam solicitudinem reuocet, prout se habet Præses ad salarium, quod sibi datur, vt prouinciam sibi traditam gubernet, At si propter culpam, & fraudem repellatur a rerum administratione sibi iniuncta, legatarius integrum amittit legatum d. l. Meuia ergo Præses quoque, ob culpam, vel dolum remotus ab officio, integrum etiam præteriti temporis amittit honorarium.

243 Tertio, adducitur tex. in l. etiam si partis infr. de leg. 1. qui per locum, a re, ad tempus, sic potest induci. quicquid dicitur de rei parte, dicendum est de parte temporis l. miles ita §. & quia diximus infr. de milit. testam. sed, qui pro parte rerum administrandarum onus, non implet, totum amittit emolumentum, ergo integrum etiam salarium amittit, qui pro parte temporis magistratus, munia non implet.

244 Quarto, adducitur tex. in l. Iudices C. de annon. & tribut. lib. 10. quæ potest ita induci, si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo, & de quo magis, sed minus videtur inesse, vt Iudices, qui negligenter se gesserint, circa administrationem, omnia, quæ in administratione positi, perceperunt emolumenta reddere compellantur, quàm, vt remoti ob delictum, vel culpam, integrum salarium amittant, cum magis videatur debitum salarium ei, qui fuit in officio, vsque ad finem tolleratus, per ea, quę scribit Castr. hic nu. 2. & tamen inest, quia negligentes Iudices reddere omnia emolumenta ex administratione percepta compelluntur d. l. iudices, ergo multo magis magistratus remoti, integrum salarium debent amittere.

245 Quinto, periurus priuatur omni commodo, quod poterat sperare ex negocio, super quo iu-
246 rauit l. si quis maior C. de transact. At magistratus, qui remouetur ob culpam, necesse est,
247 vt sit periurus, cum iurauerit, in principio officij, se diligenter, & ex fide, in eodem offitio versaturum, vt in auth. de iureiur. quod præstatur ab his, igitur omni honorario, & emolumento, ex dicto offitio proficiscente, est priuandus.

248 Sexto, vbicunque quis, culpa sua non implet negocium susceptum, semper potest repelli, per exceptionem non implementi l. iulianus §. offerri infr. de act. empt. faciunt tradita per Bart. ad l. qui insulam §. qui ædem infr. locat. ita vt sit differentia inter eum, qui defecit culpa sua, & eum, qui casu impeditur, iuxta l. si fundus, & l. si in lege §. colonus inf. locat. At magistratus, ob culpam remotus, sine dubio defectu, & culpa sua, non implet, vt nemo dubitat, ergo ab omni salarij repetitione, ratione non implementi, semper potest repelli.

249 Septimo, qui in vno peccat, fit omnium reus, cap. deffleat, de reg. iur. in antiquis cum alijs adductis per Curt. iun. hic num. 45. faciunt, quod tradunt DD, ad l. si ex falsis C. de transact. dum
250 dicunt testem falsum in vno, esse falsum in omnibus, At magistratus remotus ob culpam, necesse est, vt peccauerit in vno, atque adeo in multis, ergo debet esse reus in omnibus.

His tamen argumentis non obstantibus, in contrariam iuerunt opinionem, ferè omnes interpretes, hic Bart. ante numerum primum, & num. 3. Castr. num. 2. Alex. num. 31. Ias. num. 45. Dec. num. 21. Caccialup. q. 23. num. 35. Sebast. Sap. num. 22. Niger num. 53. Cagnol. num. 208. Io. Bolog. num. 56. ita vt, hæc sit communis, & recepta scribentium opinio, vt de communi testatur omnes, & præsertim Bolog. præallegato in loco, & Petr. Calæfat. num. 113. & num. 120. & pro hac quoque opinione, plura afferuntur, ego autem eligam potiora.

251 Primum igitur, Bart. virtute, sic ratiocinatur, tunc demum, Præses remotus ante tempus, ob culpam, totius temporis, etiam præteriti amittere deberet salarium, si administratio,

& salarium essent indiuidua, sed vtrunque diuisionem recipit l. Seio in princ. infr. de annu. legat. ergo nulla est ratio, ob quam debeat integrum salarium amittere. Nec dicas cum Dec. d. l. Seio ad rem non facere, quia ibi sine aliqua culpa remouebatur amicus ab administratione, nam replico contra Dec. argumentum Bart. non esse petitum a decisione illius l. sed a ratione, quae generalis est. Praeterea culpa, ob quam remouetur Praeses, in proposito, influit vim suam in tempus futurum, non in praeteritum rationibus mox s. bijciendis.

252 Secundo, quia, si magistratus remotus ob culpam, deberet priuari integro salario, illud sequeretur incommodum, vt priuatiua pœna, quae diuidua est, delicti limites egrederetur, sed hoc non est admittendum, cum sit contra l. Rescriptum, infr. de ijs, quibus, vt indig. contra l. sancimus C. de Pen. contra l. mater in fin. C. de oper. libert. contra l. Pedius, circa finem ff. de incend. ruin. & naufrag. cum alijs adductis per Curt. Iun. hic num. 42. ergo nec illud vnde hoc sequitur.

253 Tertio, si praefatus magistratus, salario etiam praeteriti temporis priuaretur, sequeretur illud incommodum, vt quod recte gestum esset, a subsequenti delicto mutaretur, sed hoc consequens est falsum l. 2. infr. de itiner. actuque priuat. ergo, & illud vnde hoc sequitur.

254 Quarto, ita se habet magistratus ad honorarium, prout se habet locator ad mercedem l. sed addes in fine infr. locati, At locator, qui culpa sua non implet locationem, non integram amittit mercedem, sed pro rata vsus, & quatenus interfit conductoris l. si fundus §. similiter infr. locati, ergo nec magistratus non implens officium, quia ob culpam sit remotus, integrum

255 debet amittere salarium, praesertim cum melior sit conditio praestantis operas ingenij, & doctrinae cum dignitate, quam praestantis materialem vsum rerum, vel operas mercenarias, & vulgares.

256 Non obstat primum argumentum, ex aduerso allatum, quia in d. l. Nesennius, non coepit tutor administrare tutelam, deinde fuit ex culpa remotus, sed a principio sponte se excusauit, non mirum ergo si legatum datum, vt tutelam administraret, ad eum, nec in parte pertinet, nec in totum, qui nec coepit tutelam administrare, recipiebat enim dictum legatum tacitam conditionem, si administraret. Praeterea legatum ibi est indiuiduum l. neminem, infr. de legat. secundo.

Non obstat secundum, quinimo retorquetur, quia in d. l. Meuia, si legatarius remoueatur ab administratione per fraudem, amittit integrum legatum pro sequentibus annis, sed non restituit annuum legatum, quod accepit pro annis, quibus interuenit rebus sui nepotis.

257 Non obstat tertium, quia in d. l. etiam partis administratio tutoris, qui datur personae non patrimonio, est indiuidua §. ad certum tempus vers. certe, Inst. qui testam. tut. dar. pos. §. ad certum tempus, in princ. vnde, cum sit diuersa ratio inter rem, & tempus, in proposito, corruit argumentum de re ad tempus.

258 Non obstat quartum, quia d. l. iudices, non loquitur de salario, sed de alijs emolumentis, vel si per emolumentum intelligas salaria, vt intelligit glos. dicas dd. iudices, cum non fuerint

259 puniti pœna remotionis, in qua ignominia est l. testamento centurio infr. de manumiss. testamento, puniuntur priuatione salarij, quod minus est, quam priuati officio, & salario, pro tempore, vel dicas illud esse speciale, vt dicunt omnes fauore principis, & exactionis tributorum.

260 Non obstat quintum, quia procedit quo ad pœnam periurij, & alias pœnas propter delictum impositas, non quo ad salarium, quod respondet labori, debet ergo priuari catenus,

261 quatenus non seruit, aliud etiam forte est in contrahente, in quo efficit iuramentum obseruantiam instrumenti indiuiduam, aliud in iudice, qui iurat generaliter super administratione fu-

262 turarum causarum, sua natura separatarum inter se, hinc in syndicatu, si male se gessit in vno, in altero non punitur.

Non obstat sextum, quia procedit in indiuiduis secus in diuiduis, & separatis, vt in casu nostro, docent omnes hic, & Bart. ad l. 1. §. diuus infr. de var. & extraord. cog. in fine.

263 Non obstat septimum, quia illud quoque procedit in indiuiduis, & praesertim d. cap. desicant procedit in foro poli, non in foro fori,

264 nam, cum ad salutem aeternam sit necessaria omnium praeceptorum obseruatio, qui in vno peccat omnium factus est reus, quo ad administrationem gratiae. non recedo igitur a communi declarando eam, vt per Castr. hic num. 2.

265 & per Petr. Calaefat. hic num. 121. cum seqq. ex quorum dictis colligitur, in hac materia, eiusmodi distinctio. Aut officium est indiuiduu, aut diuiduum, si indiuiduum, officialis a Principe remotus ante tempus, indistincte priuatur vniuerso salario l. 2. C. de legat. lib. x. apertius probat l. 1. & 2. infra de legation. tradit Bart. ad l. 1. §. diuus in fin. ff. de var. & extraord. cognit. sequitur Alex. hic num. 31. Cagnol. num. 208. in fin. & alij communiter, & in primis Petr. Calaefat. num. 121. si vero officium est diuiduum, aut culpa, vel delictum, ob quod officialis remouetur concernit, & respicit vniformiter totum tempus, Aut non, si totum concernit tempus officij, totius temporis salario priuatur, vt per Bart. ad l. Iudices C. de annon. & tribut. lib. x. sequitur Calaefat. hic; quicquid dixerit in contrarium Alex. & Curt. Iun. si vero culpa, & delictum non concernat totum officij tempus, aut versamur in casibus in iure expressis, & tunc toto

toto etiam salario priuatur, iuxta d. l. Iudices C. de annon. & tribut. lib. x. aut versamur pœnitus in dubio, & tunc non priuatur officialis remotus salario, nisi pro rata temporis, & in his terminis locum sibi vendicat cōmunis Bart. & aliorum opinio, pluribus supra non vulgaribus argumentis comprobata.

266 Circa tertium autem articulum, omissa disputatione, arbitror ita esse distinguendum. aut loquimur de mercede, aut de honorario. primo casu, indistinctè recedens sponte, siue cum causa, siue sine causa, siue cum licentia, siue sine licentia, pro eo tempore, quo abfuit, priuatur salario, nisi reddat operas omissas, arg. eorum, quæ tradit Bart. ad l. si vno §. item cum quidam infr. locat. circa finem decidit Ias. hic num. 46. Caccialup. q. 34. num. 45. sequitur Io. Petrus Surd. cons. 42. num. 21. vol. 1.

Secundo autem casu, aut is, qui debet habere, honorarium recedit cum causa, vel sine causa, si cum causa, vt puta pestis, vel belli, aut interim alteri operas præstat, aut non, si præstat, pro eo tempore, non debet habere salarium pro munere, a quo recessit, arg. l. nostræ, & l. sed addes in fine iuncta l. seq. tradit Ripa in tractat. de pest. in tit. de priuileg. contract. caus. pest. num. 123. Surd. cons. 42. num. 22. vers. quinto respondeo, aut non locauit operas alteri, sed fuit vacuus, & integrum debet habere salarium, quia per eum non stetit l. qui operas infr. locat. Ripa in d. loco nu. 114. cum seq. Surd. in allegato loco, Aut recessit, & deseruit munus sine causa, & tunc aut sine licentia, si sine licentia, aut munus erat indiuiduum, & integrum amittit salarium, arg. l. etiam si partis de leg. 1. aut diuiduum, & amittit, pro ea parte, pro qua nō seruit, arg. l. si fundus §. similiter infr. locat. si cum licentia, aut interim locauit operas alteri, aut non, si locauit debet pro ea parte habere salarium arg. l. nostræ sentit Surd. dicto cons. 42. n. 22. vers. quinto respondeo, si non locauit, aut recessit reuersurus, & futuri temporis salarium non debet habere, satis est enim, vt liberetur ab implemento muneris, aut recessit reuersurus, & tunc aut honorarium, quod habet is, qui recedit, est constitutum a Publico, & pro eo etiam tempore debetur, & ita procedunt adducta per Ias. hic num. 41. cum seq. aut debebatur a priuatis, & non debetur, per ea, quæ tradit Surd. in d. cons. 42. num. 22. vers. quarto respondeo.

Et hæc sufficiat dixisse circa hanc legem. si quis velit plenius videre adeat Caccialupum, qui hanc materiam absoluit hic per 50. Quæstiones, quas redigit ad conclusiones cum suis ampliationibus, & limitationibus, & Bolog. hic num. 69. cum seq. vsque ad finem.

LAVS DEO.

INDEX VERBORVM, ET RERVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

Assessor,

Consuetudo

D

Quo

sicut

E

F

Fauores

Legatus

M

V Magistratus

aut

N

O

Ordinario,

Praefectus

Princeps

Q

R

T

Tutoris

FINIS.

